RACEMATIONUM CAROLI IALLONGI SICULI MOTYCANI, TÙM DIUINI, TÙM ET HUMANI...

Carlo Giallongo

Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
71
NAPOLI

Digitized by Google

605185
Racc. Vill. H 71

RACEMATIONVM CAROLI IALLONGI SICVLI MOTYCANI,

TVM DIVINI, TVM ET HVMANI Iuris, interpretis floridiſsimi.

EX CAESARVM, DOCTISSIMORVMQ. VIRORVM, *ſelectarum, cura, omniq; non leui diligentia, ac intercutaneo ſudore, exaratarum, codicibus.*

Aduocatis, Iudicibus, Cauſidicis, Iuriſq; Pontificij, Cæſareiq; deniq; profeſſoribus, practicabilium, in quibus communes, magiſq; communes ſententiæ, hoc aſteriſco * inſignium rerum, præfiguntur.

CVM SVMMIS, ET INDICE, LOCVPLETIBVS, in operis calce adiectis, decoratarum.

142

Nunquam hucvſq; in lucem, emerſarum.

LIBER PRIMVS

CVM PRIVILEGIO PER ANNOS DECEM.



MESSANÆ
Ex Offic. Petri Breæ, per Laurentium Valla. 1605.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

bus publicis gerendis, vel oppreſſorum quærelis, omniùmq; poſtulatis audiendis, mira quadam diligentia, aſſiduitate, & dexteritate, cum maxima cunctorū lætitia, benigniſsimas aures, patientiſsimâſq; accomodantem, adeò, vt omnes, à ſe cum bona gratia dimittat: quid de modeſtia tua, atq; virtutum omnium regina temperantia, dicam? quid de benignitate in cunctos ferè mortales? quæ tanta eſt, quātam lingua aſſequi dicendo nemo ſe ſperare putet: iam omnes has in te poſitas, nemo eſt, qui non videat, nemo, qui non intelligat: ò muſarum; meumq; delitium, illud explorantiſsimum eſt, obſtupuere cuncti: cùm olim Præſes in hoc Siciliæ Regno, ab Inuictiſsimo, vereq; Catolico Philippo, maximo Hyſpaniarum Rege, creatus fuiſſes, incredibilem ferè tuam in gubernando ſcientiam. in deliberando grauitatē, in adminiſtrando prudentiam: ò ingenij acumen fœlix, altiſsimùmq; mentis conſilium; animi conſtantiam, vt quàm fueris oculatiſsimus, in rebus peragendis, & quibus dotibus inſignitus, ſpledoreq; ſcateas, marte aperto vniuerſi, ne dum per hanc inclitam Siciliæ Inſulam, verùm etiam per totam Italiam, atq; Hyſpaniarum regiones proteſtantur: Iuſtitiam nempe colis, eiuſq; trutinam tanta rectitudine ſubſtines, vt neminem fauori, nullum gratiæ, ac potentiæ locum permittas, minimèq; concedis, deplorandos homines, ab opulentis flocci-pendi, atq; proſterni; ad te pro iuſtitia confluunt, literarum præterea ſtudioſos, beneficijs amplecteris, meritis exornas, & in ſumma tua ſtupent poteſtate: O fęlix Siciliæ Regnum, quod talem nactus es Principem, Illuſtriſsimùmq; Marchionem, lumen, & decus mortalium, tot virtutibus, Regijſq; moribus præditum: enarrarem hic cæteras, innumeraſq; generoſiſsimi animi tui dotes, ſed non poteſt eam amplitudinem recipere epiſtolaris breuitas: at, ſilētio non inuoluam, me tam hebetem non eſſe, quin nouerim, vel cogitem, quàm nihil tali, tantoq; Marchione dignum, mea tenuitas afferre valeat. niſi vetera me impuliſſent exempla, quemadmodum à magnanimis, circūſpectiſsimiſq; viris comprobatum accepimus; datoris potiùs animū, quàm datæ rei magnitudinem, & ob id Regum, Sacerdotùmq; moris fuit, Deo ſuperantiſsimo, mundi huius opifici, nullaq; prorſus re indigenti modicum thus, aut myrrham, deuotè offerre: tenuiſsimū nempè munus, ſed Saluatori noſtro haud ingratum: eo accedit, pleroſq; duces in ipſo prælij, & glorioſi ferè campi diſcrimine conſtitutos, Ioui Deo pocillum mulſi pro victoria vouiſſe, meminerisq; animi verè Regij propriùm eſſe, qualiacunque vel ab infimæ fortunæ hominibus, data munera non aſpernari, quod veterrimi illi Perſarum Reges obſeruabant; vnius cuiuſq; enim munera, quamuis exigua, hylari vul-

lari vultu accipiebant: omni igitur arrogantiæ ſuſpitione carere videor, ſi ipſe, vti iuſtitiæ deæ Sacerdos, huiuſcemodi pauculas racemationes amplitudini tuæ dicare, auſus fuerim, atq; tutorem veluti inſtituere optauerim, prudentum patrum veſtigia imitatus, qui, vt illorum filij honeſtiùs habeantur, grauiſsimum aliquem virum, ſummaq; authoritate munitum, procreant eum in tutorem: accipe itaq; micantiſsime Princeps, ſerena fronte, haſce laborum meorum primitias, ſub fęlicibus peregregij nominis tui auſpicijs, in lucem gradu lęto emergentes; quibus apud omnes gentes, nunc teſtatum eſſe volo, locupletiſsimum immenſi erga te, amoris mei, & obſeruantiæ teſtimonium; teq; oro, atq; rogo, vt me, tanquam glebæ tuæ deuinctiſsimum defendas, atq; protegas, & ſermonem meum claudere volens, dominationem veſtram, altiſsimus Deus, Princeps optime, prudentiſsimeq; Marchio (vt aſsiduis rogo precibus) bene fortunet, conſeruet, & cuſtodiat cum vniuerſa prole perlongari Neſtoris annos diutiſſimè; incolumem, atq; fęlicem, virtutumq; omnium dotibus cumulatum, fęlicitate donet æterna: Beneuale, iterumq; perpetuò, & fęliciſsimè vale. Mohac 24. Aprilis 1605.

Digitized by Google

IO. BAPT. LEVÆRANI TARENTINI

AD AVCTOREM.

HIS quia tu iuris doctis electa Racemis
Colligis, appares alter in orbe decor:
Parcet auara tibi, nec Clotho ſtamina ſcindet,
Et viuet nomen tempus in omne tuum.
Arma togam ſubeant decus immortale perennis
Totius, & Motucæ ſplendor, & orbis honos:
Hic labor eſt magnus, fuerit, ſed gloria maior,
Quod ſcribis docta nam ratione probas.

EIVSDEM AD AVCTOREM.

VIna racemifera preſſa dant vitis, vt vua,
Illaq; mortales iugiter ore bibunt:
Vinea ſic legum Iallongi culta Racemos;
Vnde bibas iuris lector amice merum.

AD AVCTOREM.

PIncerna à Phario pendentibus vua racemis
Dum premitur regi potus, & inde datur.
Regales aditus, decora ampla, & munera mille
Contulit; auctorem ſat venerata ſuum
Iallonge, innumero ſ legum de vite racemos
Decerptos ſtudio nobiliore premis
Orbiq; vndantem dulci cratera lyco
Porrigis, & doctis pocula grata viris
Aſtrea arridens limen ſibi pandit honoris,
Præmia quin tanto digna labore parat.

Digitized by Google

PHILIPPVS, &c.

VICEREX, & Generalis Capitaneus in hoc Sicilię Regno, Magnifico Carolo Iallongo V. I. D. Regio fideli diletto; da voſtra parte ſiamo ſtati ſupplicati, e per noi prouiſto del tenor ſeguente, videlicet; Illuſtriſsimo, & Eccellentiſsimo Signore; il Dottor Carlo Iallongo della Città di Modica, dice à V. E. che con molte ſue vigilie, e trauagli hà fatto alcun'opere Iuridice, e pretende quelle intitulare Racemationes, e farle ſtampare, e perche ſi troua vn'atto dell'Illuſtriſsimo Duca di Maqueda penale non ſerbandoſi alcuni requiſiti contra la forma di tutte le ſtampe del mondo, ſupplica perciò à V. E. reſti ſeruita concederli licenza d'hauerſi à ſtãpare, ſeruandoſi la forma delle pramatice in queſta materia oſſeruate, nõ obſtãte l'atto predetto, che lo receuerà à gratia particolare, vt Altiſſ. Del qual memoriale fattane relatione per l'Illuſtriſſ. Preſidẽte Rao, prouittimo à 18. del preſente meſe di Giugno, fiant litere, come ſi demoſtra nella Regia Secretaria, per executione della quale noſtra preinſerta prouiſione, vi damo, e concedemo licentia, e facultà che liberamente poſsiate, & vogliate fare ſtampare detta voſtra opera, chiamata Racemationes, che noi per le preſenti ordinamo à tutti, e qualſiuoglia Stampatori, che ad ogni ſemplice voſtra requeſta, ſoluto iure more ſolito, vi debbiano quella ſtampare, & imprimere, ſotto la pena infraſcritta, & queſto non obſtãte detto, e qualſiuoglia altre Pramatici, atti, e conſtitutioni in contrario dictanti, alle quali, pro ac vice tantum, diſpẽſamo, e coſi exequirete, e non altrimente, per quanto la gratia di ſua Maeſtà tenete cara, e ſotto pena di docati mille, d'applicarſi al Regio Fiſco; Dat. Pan. die 29. Iunij pr. Ind. 1603.

EL DVQVE DE FERIA.

Dominus Vicerex, & Generalis Capitaneus mandauit mihi Alex. Cauaretta, viſa per de Intrigliuolo, Tarrago, & Veglia.

Vidit Intrigliolus.
Vidit Tarrago.
Vidit Veglia.

Digitized by Google

Ego Carolus Iallongus Motucenſis, iuriſprudens, 34. iam attingens annum, cum huiuſmodi proteſtatione preuia, aggreſſus fui, vt ſubiecta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, exiſtimentur omnia mea ipſa conſcripta, ſub cuius determinatione, regulo, atque reformo.

Digitized by Google

RACEMATIONVM CAROLI IALLONGI SICVLI MOTYCANI IVRECONSVLTI PRÆCLARISSIMI NON ILLEPIDARVM.

LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM.

De materia mandati diſceptatur, ſignãter ſuper illo punto, an ſi cui mandatum fuerit, vt rẽ locet, vel vendat, locatæ rei, ſeu venditæ, pretium recipere permictatur ?

SVMMÆ.

1 *Mandatum alicui de aliqua præparatione, ad principale ex conſono ſcribentium ore, minimè porrigi.*

2 *Mandatũ ſi cui fuerit, vt rem locet, vẽdatuè, an eius rei pretiũ recipere poſſit? examinatur, & num. 9. vbi de veriori, & illuſtriori ſententia.*

3 *Prudentiſſimi Pauli pronuntiatum, l. hoc iure ff. de ſolutio. enarrari.*

4 *Vlpiani verba, l. quicunq; § non tamen. ff. de Inſt actio. expendi, ac ponderari.*

5 *Mandatum alicui factum, vt rem vendat, ſeu locet, mãdatum quoq; videri, vt exigere valeat.*

6 *Procurator conſtitutus ad vendendum, pretiũ recipere poterit, atq; de ipſo fidem habere, tamquam hæc illi comiſſa. & num. 8.*

7 *Procuratorem mandatum excedentem, dominum obligare, ſi id in quo exceſſit, mandati eſſet conſequutiuum.*

10 *Mandatum habentem ad vendendum, locandumuè mandatũ ad huc habere ad pecuniã, vel mercedem recipiendum ex illius natura.*

RACEMATIO PRIMA.

SVPREMI legum vertices, cæteriq; noſtri & circũſpectiſsimi in hac ciuili ſapientia tùm veteres, cùm & recentes interpetres, iuriſq; coryphæi non brachio lento tangendam, non à veſtibulo ſalutandam eſſe cenſent, eã & non flocccei pendendam facti ſpeciem, quæ nobis obuia fit, atq; ideo cùm ſparſim apud illos comperiatur, libuit in gratiam curioſi lectoris, breui aliquid velut apis, præſertim tempore veris ſuauiter excerpere, ac floſculis interſparſis illam mirum in modum exornare, vt ipſi publicè ſic ſic ſpectandam exhibere valeam, profectô haud ingratam, minimæque iniucundam ſtudioſis quoq; adoleſcentibus rem facturum ipſe arbitror. Deo igitur auſpice, paucioribus quàm fieri poſsit agam fuco, ac multiloquio ſemotis, à quibus & ego longè abſum, vt cum Iacob. Menoch. Patauinæ Accademiæ ſplendore conſ. ſuo 627. lib. 7. exordiar.

1 Communis † eſt ſcribentium ſententia* vt ſi alicui ex aliqua mandatum fuerit præparatione, mandatum id, ad principale minimè porrigi ſic vnanimi conſenſu memoriæ reliquere Philip. Dec. ad rub. C. de edend. nu. 3. Carolus Ruyn. conſ. 59 lib. 5. Lud. Roma. conſ. 330. & conſ. 461. Felin. cap. cum dilecta poſt nu. latè 11. verſ. amplia duodecimo, de re-

Digitized by Google

de reſcript. adeo vt pronuntiatum illud, vt quæ ſtatuta ſunt de præparatione actus ad principalem extendi actum, coangustetur lo cum ſibi non vendicare in mandato quibus aggrego Iacob. Menoch. conſ. 103. num. 33. lib. pr. cum ſimilibus vbi declarat.

An itaq; in venditionis, locationiſq; con-
2 tractu ſit † idem ſtatuendum? vtpote ſi cui mandatum ſit vt rem locet, aut vendat, illi herclè locatæ rei, vel venditæ pretium recipere facit? ſententia concors ſuperius citata id permittere non cenſet; Et primò ex Vlpiani reſponſo l. pr. §. igitur præpoſitio, ff. de exercito. actio. quo in loco Vlpianus tradit, vt ſi ad nauem locandum præpoſitus quis ſit, vecturam penſionemuè ei exigere impermiſſum erit ad idem & 2. adducitur, prudentiſſimi Pauli pronuntiatum, l. hoc iure, ff. de ſolu
3 tio. hoc iure † vtimur, vt litis procuratori non rectè ſoluatur. nam & abſurdum, eſt cui iudicari actio non datur, ei ante rem iudicatam ſolui poſſe, ſi tamen ad hoc datus ſit, vt & ſolui ei poſsit, ſoluendo ei liberabitur, hæc paulus. aitidè igitur datur intelligi procuratorem ad litigandum minimè videri datum ad exigendum, eiq; haud rectè ſolui. 3. loco huic ſententiæ congruit l. ſi procurator meus ff. de procurat. contexus eſt l. ſed ſi tantū ff. de pact. quibus in locis Vlpianus, atq; Paulus idē recenſere cū concordātibus alijs expēdi valerent, quæ hîc pro inſertis habeantur.
4 Quarto & vltimo expendendum fore † putaui, tex. l. quicunque, §. non tamen omne, ff. de inſt. actio. vbi præpoſitus ad emendum, vendere nequit, & è contrario. eo namq; loci ponderando, dum Vlpianus inquit, idem ſi fortè ad emendum eum præpoſuero, tenebor dūtaxat ex vendito. Sed neq; ſi ad emendum, & ille vendiderit, neq; ſi ad vendendum, & ille emerit, debebit teneri, idque Caſsius probat. & per illum tex. & cæteros concomitātes Iacob. Menoch. conſ. ſuo 189. num. 8. lib. 2. cum ſimilibus expreſsè voluit Io. Cephalus conſ. 338. num. 16. lib. 3.
5 Atqui legiſtarum dux † Barto. l. filiæ ff. de ſolutio. Philip. Dec. l. filius poſt num. 6. C. de pact. & conſ. ſuo 330. num. 3. quibus aſſecla fuit non contemnendus ille doctor Beneue. Stracca, tracta. de contract. mercat. tit. mandat. num. 23. in eiuſmodi iuere ſententiam, vt ſi alicui mandatum fuerit vt locet, vel vendat., mandatum quoque videri, vt exigere poſsit, ad quam opinionem comprobādam expendi aſſolet primum Alpheni vari cōſtitutio in l. qꝫ ſeruus, ff. de ſolutio. apertè cauit, Philip. Corne. cōſ. 263. poſt n. 8. lib. 4.

6 Secundo potiſsimum † loco, ſuffragatur, Iaſ. l. cum ita, §. qui ſibi aut filio, de verbo. obligatio. num. 13. quo loci adnotat procuratorem conſtitutum ad vendendum, pretium recipere poſſe, ac de ipſo fidem habere, tam quam hæc illi commiſſa fuiſſent vt ibi per eū. affluentiùs coadiuuantem enimuerò quamuis regula ſit, mandati fines diligenter cuſtodiendos eſſe ex conſcriptis à Rolando Vallenſi conſ. ſuo 53. num. 29. lib. 4. attamen procurator facere valebit illud, quod in neceſſarium ſubſequens uenit ad tradita, per vlpianum atq; Pomponium l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procurato. argu. eorū quæ ſcribit Iacob. Mandell. conſ. 36. num. 6. his accedat, Albert. Brun. tract. ſuo de form. & ſollemnita. ſub articu. illo de implemen. & obſeruant. formæ, & ſollemnita. verſ. inſuper exceſſus non vitiat, vbi aſſerit, quòd ſi fiat id quod proximum, vel vicinum eſt mandato, exceſſum minimè vitiare, commemorauit Iaſ. l. ſi procurator num. 8. & inferiùs, C. de procurato. Curt. iun. conſ. 19. num. 16. vbi de communibus ſuffragijs.
7 Tertiò pro hac parte † facit quòd tametſi pro comperto habeatur, mandatum ad exigendum inſtrumento probandum eſſe, quemadmodū poſt multos ſcribit Ioſeph. Maſcard. de probatio. conclu. 1010. num. 7. lib. 2. nihilhominus procurator excedens mandatum dominum obligat. ſi id in quo exceſsit, eſſet mandati conſequutiuum, vt ſi mandatum eſſet quòd rem venderet, cauendo de euictione, dominum aſtringeret, Vlpianus Sanxit, l. Iulianus. §. ſi procurator ff. de actio. empt. & per illum tex. Ioſeph. Maſcard vbi ſupra cōclu. ſua 1160. num. 14. lib. 3. dictè ſenſit ſocc. iun. conſ. 22 num 24. lib. 3 vbi poſt Barto. l. ſi liæ, ff de ſolutio. ait, procuratori ad uendendum, ſi ſoluatur, id in conſequentiam mandati uenire. eo accedat, Andr. Alciat. conſ. 67. num. 19. lib. 8.
8 Quartò & poſtremo † loco, fulcitur opinio hæc, auctoritate Cæſaris Vrſilli in additamentis quæ compilauit ad Neapolitanas deciſio. per Matthæum Affl ct. redactas congruentiq; ordine ſubnixas, 285 num. 19 quoquidē loco, poſt alios copioſè admonet procuratorem conſtitutum ad uendendum pretium recipere poſse, & cum liber ſit impreſſus p eū citatus, nō immeritò ſilētio inuoluo.

Vtriuſq; ſententiæ argumentis iactis quid concludendum? & nempè poſteriorem hanc ampl ctor ſententiam, vtpotè veriorem &
9 cum ea tanquam † illuſtriori verulſè dormiā quemadmodū recentiſsimè ſic iudicauit Pyrrus Affra.

Digitized by Google

rus Alfa. præceptor meus ordinarius iuris in-
terpres in frequentiſsimo Gymnaſio Neapo
litano ad Rub. C. de edend. poſt num. 50.
qui animaduertit quemlibet ſoluere poſſe ei
cum quo contrahit ex comulatis à micantiſ-
ſimo Scæuola in l. filiæ, ff. de ſolutio. optimè
conducũt in ſimili cõgeſta à Iacob Menoch.
conſ. 37. num 65. lib.pr. conſ.121. num.11.
& inferiùs lib.2. conſ.203. num.19. & in ſpe
cie num 32. lib.3. vbi ait procuratori permiſ
ſum eſſe connexos facere actus actui cuius
cauſſa conſtitutus fuit procurator poſt Curt.
Iun. in l. diligenter, ff. mandati, & de conne
xis, ſiue coherentijs, idem eſt iudicium. ad
hoc And. Alciat. conſ.161.num.4. lib.5. lo-
cupletiùs ſcribit, Andr.Gail. obſer.35.num.
10.lib.pr. practica obſeruatio. Aymon Saui-
lianus conſ. ſuo 748. num.16.lib.5. famigera
tus ille vir Tyber. Decia. conſ. 22. num. 43.
num.46. lib.4. conſ. 21. num.16. lib.5. conſ.
54. num. 12. lib.3. & iam pulchrè ſenſit Ni-
cola. Mozzius ſuo tractat. de contractib. tit.
10 mandat. col. 4. de naturalib. mandat. venio
ad quartum, num.17. fol. mihi 135. quo loci
ſtatuit † Mozzius ille, ex natura mandati eſ-
ſe, habentè mandatum ad vendendum, ſeu
locandum, mandatum ad huc habere ad pe-
cuniam, vel mercedem recipiendum, vt ibi
per eũ ad quẽ candidũ reijcimus lectorem.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur an bona fidei commiſſo obnoxia,
vel alienari prohibita permutari cõcedan
tur, atq; vtrùm permutatæ res, vel ex re-
rum fideicõmiſſo ſubiectarum pretio em-
ptæ fideicommiſſariæ efficiantur, adeò vt
tamquàm fideicõmiſſo ſuppoſitæ, vel ſub-
rogatæ reſtitui debeant.

SVMMÆ.

1 *Permutatæ res, vel emptæ ex pretio rerum fi-*
deicommiſſo ſubiectarum, an efficiantur fi-
deicommiſſariæ ita vt tamquàm ſubroga-
tæ reſtitui debeant fideicommiſſario, & n.4.
2 *Paulus Iuriſconſultus in l. ſi donatæ, §.1. de*
dona. inter virum & vxor. expenditur, Pa-
peniani quoq; pronuntiatum, in l. impera-
tor, §. vltimo de lega.2. & num.3.
5 *Bona fideicommiſſo ſuppoſita, & alienari*
probibita, an permutari valeant, remiſ-
ſiuè per Franciſcum Mant. in tractat. de co-
niect. vltima: volun. lib.7. tit.8. poſt nu.23.
6 *Alienationis vno actu permiſſo, cenſetur*
quoq; permiſſus omnis alius actus illi ſi-
milis.
7 *Doctorum turbam penè tranſcribi ad antepo-*
ſitam facti ſpeciem.
8 *Bona fideicommiſſo ſuppoſita permutari non*
valere, ſi teſtator ad illa affectionem ha-
buerit.

RACEMATIO 2.

PVlchra, & non innenuſta ea mihi
ſemper facti ſpecies viſa fuit an em-
1 ptæ res, vel permutatæ † ex bono-
rum fideicõmiſſo ſubiectorum pre-
tio fideicommiſſariæ efficiantur vt ſic reſti-
tuendæ veniunt fideicommiſſarijs? multilo-
quio obmiſſo, quod abhorrui valdè reſpon-
detur affirmatiuè & pr. ex diſpoſitione Iuriſ-
conſulti Pauli l. ſi donatæ, §. pr. ff. de donat.
inter viru. & vxor. eò loci inquit paulus, ſi
2 ſponſus alienum anulum † ſponſæ muneri mi
ſit, & poſt nuptias pro eo ſuum dedit, Qui-
dam vt nerua putãt fieri eum mulieris, Quia
tunc factam donationem confirmare vide-
tur, non inchoare nouam, Quam ſententiam
veram eſſe accepi concordat lex filiæ ſuæ, §.
vltimo de condit. & demonſt. vbi paulus idẽ
cenſuit.

Secundo loco extenditur l. imperator, §.
vltimo & paulo poſt de leg. ſecund. quo in
loco, lucupletiſsimus eſt mihi teſtis Papi-
3 nianus † inquiens (cum rogatus quicquid ex
hæreditate ſupererit, poſt mortem ſuam re-
ſtituere, de pretio rerum venditarum alias
comparat. deminuiſſe, quæ vendidit, non
videtur. Sed quod inde comparatum eſt vi-
ce permutati dominij reſtituetur) hæc pru-
dentiſsimus illæ Papenianus.

Tertio loco in hanc quoq; ſententiam ci-
tatur egregium Iaſonis conſilium 231. lib.2.
vbi in terminis ſcriptum reliquit, vt ibi per
eum, cui aſſentiri viſi ſunt, Iacob. Mandel.
in ſuo conſ. 97. num. 21. Andr. Alciat. conſ.
66. nu.19. & inferius lib.9. Aymon Craueƈt.
conſ. 295. num. 4. Quibus in locis conclu-
4 dunt, † hæredem bona aliqua alienantem &
ex pretio non nulla alia comparantem fidei-
commiſſario reſtitui debere tamquàm ſubro
gata in locum bonorum fideicõmiſsi. Quæ
ſententia ſtabilitur adiumento Iacob. Me-
noch. conſ. 70. lib. pr. vbi inquit rem, cum
re fideicommiſſo ſuppoſita permutatam fi-
deicommiſſariam effici. Tiberius Decianus
conſ. 9. num.25. lib. 1.

Poſtremo loco accedat ad prædictorũ cõ-
probationẽ Tyber. Decia. cõſ. ſuo 52. nu.33.

Digitized by Google

lib.1. vbi, & doctè & copioſè ad ſaturitatem, & Franciſcus Mant. ſuo nobiliſsimo tract. de coniect. vltima. volunt: lib. 7. tit. 8. nu. 22. & inferius fol. 177. vbi declarat, vt ibi per eum, & faciunt congeſta, ab Afſli. deciſ. 336. num. 3. vbi Cæſar Vrſillus, enimuerò deter minabatur permutatam rem cum dotali effi ci dotalem cum alijs ſimilibus à Fraciſ. Mãt. vbi ſupra deductis. Qui non ineleganter poſt
5 num. 23. quærit † an bona fideicomiſſo ſuppoſita, alienariq; prohibita permutari valeant, & remittit ſe ſocc. Iunio. in conſ. 28. num. 5. lib. 2. Mandello. quoq; albenſi in præcitato conſ. 97. quibus in locis ſummæq; hãc examinant materiam, & iam Mandellus ipſe, determinare cenſetur affirmatiuè, eciùs quàm negatiuè nu. 10. & num. 13. hoc tamen temperamento, dũmodo fideicõmiſſum me lioris, non edepol deterioris efficiatur conditionis, ex Martiani Opinatiſsimi viri ſententia, l. ſicut, §. ſed ſi permiſerit, ff. quibus mod. pign. vel Hypo. ſolu. vbi deciditur quòd
6 ſi permiſſus eſt † vnus alienationis actus, cenſetur permiſſus quoq; omnis alius actus illi ſimilis, eundemq; afferens effectum, & nempè meliorem, atqui ſecus ſi deteriorem. quod iuriſconſulti pronuntiatum mirabile nuncupauit Bart. eo loci ſi Albenti. ſuperiùs citato num. 50. & num. 51. credimus, vt ibi per
7 eum, quò me remitto. hunc ſpectant quæ † abundè ſcripſere Io. Cepha. conſ. 20. num. 4. lib. 1. Roland. Vallenſis conſ. 86. lib. 4. ſocc. Iun. conſ. 90. num. 2. lib. 3. aliqua idem conſ. 120. lib. 1. Io. Ceph. conſ. 144. num. 40. lib. 2. Alex. conſ. 124. num. 11. lib. 4 & conſ. 49. num. 7. lib. 3. declarauit ſocc. Iun. conſ. 33. num. 4. num. 17. lib. 3. Nicolaus Bellon. conſ. 1. num. 9. Io. Ceph. conſ. 281. lib. 2. Iacob. Menoch. conſ. 215. num. 151. & copioſiùs conſ. 213. pulchriùs conſ. 202. num. 110. & Paulo inferiùs lib. 3. idem conſ. 86. num. 65. lib. 1. & de permutatione per tranſennam vide ſi tibi otium erit Tyber. Decia. conſ. 57. lib. 3. Andr. Alciat. conſ. 64. lib. 8. Aym. Sauilian. conſ. 739. num. 25. conſ. 609. num. 1. conſ. 445. num. 2. conſ. 435. num. 3. conſ. 425. num. 92. & amplè inferius conſ. 406. nu. 11. affluenter Tyber. Decia. conſ. ſuo 55. nu. 76. lib. 3. Iacob. Menoch. conſ. 340. num. 41. & Inferius lib. 4. cũ ſimilibus And. Alciat. cõſ. 110. lib. 9. idem And. conſ. 30. lib. iſto Io. Cepha. conſ. 86. n. 13. lib. pr. Ioſep. Maſcar. conclu. ſua 1280. nu. 23. lib. 3. de pro. vbertim Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 973. conſ. 982. num. 23. & latè inferiùs Iacob. Menoch. cõſ. 993. num. 17. lib. 10. Idem conſ. 694. nu. 20. conſ. 662. num. 5. lib. 7. & conſ. vlt. num 34. lib. 3. & conſ. 334. num. 32. lib. 4. cum concordantibus Tyb. Decian. conſ. 43. num. 15. num. 22. lib. 3. vbi exuberantiùs habes idem, venuſtiùs cauit, conſ. 27. lib. pr. nouè Pet. Surd. deciſ. 15. deciſ. 208.

8 Cæterùm † coanguſtationem recipere videntur ſuperiùs adducta, quod quamuis res fideicommiſſo ſuppoſitæ cum alijs vtilioribus rebus permutari valeant, attamen locũ ſibi minimè vendicant, ſi apparuerit teſtatorem ipſum, ad res ipſas affectionem habuiſſe ex coaceruatis à Pau. Caſtrenſi conſ. ſuo 269. lib. pr. & poſt eum Fran. Mant. vbi ſupra ſub num. 23. cum alijs concomitantibus.

ARGVMENTVM.

Duas hoc in loco in materia ſpolij difficultates explicari quàm breues haud herclè in celebres. Tyb. Decia. multa eggregia cantat, conſ. 3. num. 19. num. 73. & num. 115. libro 4.

SVMMÆ.

1 *Caput Alphonſi Regis loquentis de ſpolio infra bimeſtre, an obtineat ſibi locum quoad fructus, & de qua poſſeſſione interpretandum? & num. 2.*
3 *Spoliatum minimè dici poſſe reſtitutum, niſi omnia vſque ad obolum, fuerint reſtituta.*
4 *Ceſſionarius exceptione ſpolij ſibi ceſſi vti valere, ac ſi ipſemet ſpoliatus fuiſſet.*
5 *Priuilegia cuncta, & commoda cedenti cõpetentia, in ceſſionarium tranſire.*
6 *Ceſſionarium tunc reſtituendum, cùm ſpetiatim remediũ poſſeſſorium recuperandæ ceſſum fuerit.*

RACEMATIO 3.

CVm negari nequeat verborum prolixitatem valdè Infeſtum fuiſſe ſapientibus, & qui probè reſpondent ad rẽ ipſam deuenire debeãt abſq; genericis pronuntiatis, quę apponi ſolent ornatus cauſſa, eam ob rem, fauſtu ſemoto, verborumq; pompa, ne in caſſum papyrum denigrare exiſtimer, quemadmodum dicebat Iaſon, conſ. ſuo 5. in initio lib. pr. & poſt eum Roland. Vallenſ. conſ. 46. lib. 4. cum concor-
1 dantibus † aggredior in præſentia duas has difficultates nouiter excitatas, quarum potiſsima eſt, an ſtante Alphonſi Cæſaris capite ritus

Digitized by Google

te ritus, in hoc Regno loco ſatis ſuperq; vul-
gato loquentis in materia ſpolij quo cauetur,
vt par eſt, vt cum agitur de ſpolio infra bi-
meſtre perpetratm conſtito antequàm audia-
tor aduerſarius in defenſionibus ſuis fiat re-
ſtitutio, & poſteà audiatur. nùm inquam, ob
tineat ſibi locum etiam quo ad fructus, & in-
telligendum veniat de poſſeſsione per con-
ſtitutum adepta, an ne dumtaxat de poſſeſ-
ſione naturali, qua quis realiter fuerit deie-
ctus? Iucunde lector, non elaborando vbi nõ
2 expedit, † intrepidè concludẽdum eſt, quòd
ex quò ſpolij cauſſa conſiſtit in deiectione,
& minimè ex ſimplici animi abnegatione, &
quia eſt pœnalis, atque odioſa, dictumque ca
put, loquatur per verbum illud reſtitutio,
quòd nempè attendendum minimè videtur
ad poſſeſsionem huiuſmodi ex conſtituto pro
uenientem, ſed tantummodò ad naturalem,
quemadmodum fuſius, & in proprijs termi-
nis declarat, And. Alciat. conſ. ſuo 10. ante
num. 3. & paulò inferiùs lib. 5. ſecundũ meã
impreſsionem, vbi in ſpecie interpretatus eſt
caput id, Alphonſi Regis in cauſſa comita-
tus Colliſani pro Illuſtri Don Antonia, cõtrà
3 Dominam Dianam vt ibi per eum, † & reſpe
ctu fructuum pleno tradidit ore ex modernio
ribus, conſiculus Ioſeph Cumia in ritu Ma-
gnæ Curiæ eodem capite quamuis in ordine
ſit 40. num. 186. vbi inferiùs elargauit, &
num. 190. & non immeritò quandoquidem
ſpoliatus dici minimè poſsit reſtitutus, ni (vt
indoctum inquit vulgus) vſque ad obolum fa
cta reſtitutio fuerit, ex Curt. Iunio. conſ. 41.
ad finem ac Roland. Vallenſ. conſ. 53. num.
25. lib. pr. & poſt eos, cæteroſq; concomitã-
tes, pulchrè Iacob. Menoch. conſ. ſuo 758.
num. 16. lib. 8. Andr. Alcia. conſ. 26. num. 4.
lib. 6. Io. Cepha. conſ. 236. num. 12. lib. 2.
latè Marcus Aquilinus in l. naturaliter, §. ni-
hil commune, num. 58. de acquirend. poſſeſ-
ſion. par. pr. fol. 224. And. Gail. obſerua. 75.
num. 2. & num. 8. lib. 2. prat. obſerua. Altera
4 † difficultas eſt, fac obſecro ſpoliatum Iura
ſua cæſsiſſe ex annotatis ab Aymo. Sauilia.
conſ. 191. poſt num. 2. ac Roland. Vallenſ.
conſ. ſuo 28. num. 22. lib. 2. & ab alijs paſsim.
nunquid cæſsionarius ipſe exceptione ſpolij
ſibi ceſsi vti valeat, adeò vt illum ſuffrage-
tur ad impediẽdum litis ingreſſum, ſicuti iu-
uaret ſi cæſsionarius me met ſpoliatus fuiſſet
ad tradita per Ioſep. Cumia cap. ritus 8. num.
2. cum ſimilibus, & quidem inuenio per mul
tos ſcribentes non ire inficias, in cæſsiona-
rium iura omnia, atque priuilegia ceſſæ rei
competentia tranſire ex Imperatorum Dio-
clitiani, & Maximiani conſtitutionibus l. ſi in-
ſolutum C. de actio. & obligat. & per illum
tex. & alios concordes Iacob. Menoch. conſ.
5 758. lib. præcitato † quo in loco ſpetiatim
num. 3. ait quòd quemadmodum ipſi ſpolia-
to competit exceptio aduerſus ſpoliatorem
agere volentem petitorio iuditio ad impe-
diendum litis illius ingreſſum; pari quoque
melodia, conſoniſque carminibus compete-
re debet ceſsionario. hûc congruunt inſignia
exempla Franciſci Burſat. conſ. 55. num. 37.
lib. 1. quo loci, omnia priuilegia, & commo-
da cædenti permiſſa ratione rei ceſſę inquit
ipſe Franciſcus ea tranſuolare in ceſsionariũ
hæc inſignis ille Iacob. num. 4. & per totum
ferè. ex conſiculis admonuit Ioſeph Cumia
6 vbi ſupra capite ritus 40. num. 108. vbi † enu
cleat, vt reſtituendus ſit cæſsionarius, cui ex-
preſsim cæſſum fuerit remediũ hoc poſſeſſo-
riũ recuperãdę, ſecùs ſi nõ expreſsim vt ibi-
dẽ per eum. faciũt congeſta per Tyb. Decia.
conſ. ſuo 47. lib. 5. vbi amplè Aym. Sauilia.
conſ. 783. num. 5. lib. 5. vbi alios citat. ſcribit
And. Alciat. conſ. 17. num. 18. lib. 7. & an le
gitimæ exceptiones, vel articuli legitimi ad-
mitti valeant huiuſmodi decreto minimè mo
uente? pulchre tangit Aym. Sauillia. conſ.
365. lib. 3. vbi reſpondit pluribus medijs af-
firmatiuè, & quid de ſpoliato à Iudice an an
te omnia reſtituendus? multa attulit exem
pla And. Gail. obſerua. 76. lib. 2. practica
obſerua. vbi quoque ad finem ait, quòd ſi iu-
dex perperã aliquid fecit, id reuocare poſſe
abſq; partis citatione, quinimmo iudici noto
riè grauati de facto reſiſti poteſt d. Gloritius
in Cõme. cap. ſuper literis n. 332. de reſcrip.

ARGVMENTVM.

Mirum in modum hoc in loco laudatur indu-
ſtria, ſed ex aduerſo plurimum damnatur
atque proſternititur negligentia, inſimul
& inertia.

S V M M Æ.

1 *Vxorem induſtrioſam omni ſuſpitione turpis
lucri carere, & quicquid lucrari, ſibi adi-
piſci.*

2 *Diuitias exoriri à caſu, vel induſtria, natu-
ramque humanam, citiùs pronam ad vo-
luptatem.*

3 *Vendidi ancillam, & non fui in mora tradẽ
di, ſi alij vendiderim, & conſequutus fue-
rim pretium, & poſt modum moriatur, non
valebis à me pretium euellere. & num. 5.*

Pauli-

4 *Pauli locus l. 3. ff. ad l. falcid. expenditur, & breuiter enarratur.*
6 *Ambaſciatoribus datum, ad rem publicam minimè pertinere demonſtratur.*
7 *Induſtriam propriam nemini obeſſe; atque aliorum inertiam prodeſſe, ex doctorum turba s.*
8 *Negligentiam quibus carminibus in camera Roberti Regis deſcripta fuiſſe, remiſſiuè oſtenditur.*

RACEMATIO 4.

QVàm infelix, & ærumnoſa ſit negligentia ipſa, nemitem fugit, induſtriam verò à cunctis ferè mortalibus ſummopere laudare teſtatiſsimum eſſe videtur, apud iureconſultos præſertim hylari fronte latè defendi quemadmodū
1 † eorum fructuoſiſsima loca ſatiſq; nota, nobis demonſtrant. vt ecce ſi vxor aliquam haberet artem, aut obſtetrix, vel textrix, cuius exercitij cauſſa pæcunias non nullas coegiſſet quòd tunc omnis ſuſpitio ſilet turpis lucri eam ob rem, mulier ipſa tamquam ſua ex induſtria partas ſibi acquirit pecunias illas: & ſic Pomponij Sancio l. quintus mutius, ff. de donatio. inter vir. & vxo. proſternitur Ioac. Mynſ. obſerua. 92. num. 7. centu. 2. ſingu. obſerua. idem ſi maritus non eſt induſtrioſus, nec ab opibus eſt inſtructus, & maximè ſi vxor habeat paraphernalia de quibus adnotata, per Aym. Sauilia. conſ. 61. num. 7. lib. 1. ſubtilis Doctor Franc. Aret. conſ. 31. Ange. conſ. 141. & videndus eſt Tib. Decia. conſ. 47. num. 13. lib. 2. poſt eos Ioſep. Maſca. de probatio. concluſ. 214. num. 11. & num. 13. lib. pr. vbi alios citat. antecellit igitur induſtria; profectò acquiſita per fratrem induſtrioſum aliqua bona propria habentem quāuis in communione cum alijs vitam degat,
2 acquiſita putantur de bonis proprijs † diuitia non aliunde exoriri niſi à caſu, vel induſtria, tamen ſi natura humana citiùs prona eſt, ad voluptatem, atq; defidiam, quàm ad laborem, & induſtriam ex conſcriptis ab eodem Maſcard. vbi ſupra conclu. 31. num. 44. num. 46. & num. 48. cum concordantibus. Sed inexperti ad hominum obſequia ſociandi non ſunt, nec ad Dei huius mundi opificis ſeruitium applicandi ex congeſtis, per Ioan. Cepha. conſ. ſuo 2. lib. 3. & alijs, competitur, induſtriæ ratione maiorem lucri partem ex ſocietate prouenientem, induſtrioſo tribui, quàm alteri, qualitate perſonæ & opera, à iudice corām quo agitur, animaduerſa, vt in ſpecie, reſpondit Lud. Roma. conſ. 168. num. 6. hûc cōuenire videtur, tradita per Phylip. Dec. l. illud, num. 13. C. de collatio. quo loci, voluit vt ſi plures ſint ſocij alicuius exercitij, illis exercentibus perſonam conſtitui debere ſalarium ex conſuetudine competentem. pulchrè docuit Philip. Corne. conſ. 116. lib. 4 dum inquit, vel ſalarium deberi, vel ſaltem maiorem lucri partem ſocio magis induſtrioſo contribui debere & poſt eum, & alios, Horat. Mandoſius, in addittamētis ad Indo. loco præallegato ad verbum non reperiri, cū ſimilibus. & prænotādus eſt Iacob. Menoch.
3 conſ. ſuo 228. num. 30. lib. 3. † at ne multis te morer, principalis intentio noſtra eſt, & examinandi Scopus, is, qui mihi obuius ſit, ſi ipſe vendiderim tibi ancillā meam, & poſtmodum aliqua de cauſſa minimè acceptiſti eam, & non ſum in mora tradendi, ſi cuipiam vendiderim eandem met, atq; ideò pretium cōſequutus fuerim, & ex inde contingat, illam in fata concedere, priuſq; in mora tradendi ſim, numquid tibi emptori pateat facultas pretium id, poſtulandi, quòd nempè ab alio & ſecundo conſequutus ſim? beneuolentiſsime iunior, multiloquio ommiſſo quod prudentiſsimos ſthomacari aſſolet clariſsimi iuris eſſe arbitror, vt cum Roland. Vallenſ. exordiar conſ. ſuo 60. lib. 4. poſtulationem tuā,
4 rationem non habere, & in primis † expenditur pro hac detégenda ſententia, paululo cus, l. 3. ff. ad leg. falcid. quo loci paulus ait, ſi hæres inſtitutus eām hæreditatem, quæ ſoluēdo non eſt, vendiderit: vix quidem poterit perſuaderi, non fuiſſe eam hæreditatem ſoluendo, quæ emptorem inuenerit. vera autem ratione nihil legatarijs debebitur: quia magis ex ſtultitia emptoris habere videtur hæres inſtitutus, quàm ex bonis defuncti ecce quomodo quicquid hæres ex ſua acquirit diligentia, vel alterius ſtultitia in hæreditate non cōputatur, & ſic quando aliquis percipit emolumentum ex propria induſtria, ſeu alterius fatuitate, huiuſmodi lucrum cum alio communicare minimè tenetur paripaſſu & in caſu iſto.
5 Secundò loco † in ſimili ſuffragatur, Rapha. Cuma. reſponſum 178. poſt num. 2. quē ſequitur Phylip. Dec. conſ. 7. poſt num. quod 2. vbi fundata eſt, exactoris intentio, qui ex induſtria, & aliunde non ex pecunijs domini fuerit lucratus & ſi camerarius, in ſoluendo, vel recipiendo, ſolutiones pro domino, aliquid lucretur, lucrum id ſibi & non domino acquiritur. vt ibi per eum.

Tertiò ad idem facit And. Alciat. cōſ. 12. num. 22.

Digitized by Google

num. 22. num. 24. & inferiùs lib. 5. quibus in
locis ſubtiliter, & copioſè docuit, facti ſpe-
6 cie de qua ibi, lucrum † prouenientem prin-
cipis non eſſe, ſed theſaurariorum Illuſtriſsi-
morum Ferrariæ Ducum & procurator pote-
rit licite lucrũ ex re domini facere & ob id,
ſecundum eum, huiuſmodi induſtria potiùs
mæretur laudem neq; ad alterius quàm ipſo-
rum vtilitatem eſt trahenda cuius verba, la-
tiùs non tranſcripſi ſed hùc pro inſertis ha-
beantur. tu illum videto. vbi quoque num.
25. ſubiungit donatum ambaſciatoribus rei-
publicæ ad rempublicam minimè pertinere,
ſed eis adipiſci quemadmodum immemor
non fuit, Matth. Afflict. cap. 1. num. 23. de
fæudo guardiæ lib. 1. feudo: videndus eſt
Aym. Sauelia. conſ. ſuo 937. num. 5. lib. 5.
cum ſimilib.

Quarto & vltimo rectè cõcordat pauli pro
nuntiatum, in l. venditor ex hereditate, ff.
de hæredita. vel actio. vendi. vbi in terminis,
& ponit ſecurim ad radicem ad præcidendã
ſententiam hanc ſic per illum textum affluen
ter conſuluit Curt. Iunio. conſ. ſuo 179. num.
7. lib. 2. in quam opinionem irruo facillimè
ex eo, quòd nos habemus, induſtriam pro-
priam nemini obeſſe debere, ac aliorũ iner-
tiam prodeſſe ex adnotatis, à Iacob. Mãdel.
conſ. ſuo 38. num. 5. cum concordantibus,
hùc coaceruari poſſent perdocta, ac perpul-
chra inferiùs deductorum iuris interpetrum
reſponſa, in materia & induſtriæ & negligen-
7 tiæ † quemadmodũ ſcripsére Tyber. Decia.
conſ. 58. num. 22. conſ. 73. num. 8. conſ. 80.
num. 12. lib. 5. idem conſ. 25. num. 70. conſ.
36. num. 46. & paulò poſt, conſ. 39. num. 3.
num. 8. lib. 1. idem conſ 42. num. 12. & infe
rius lib. 2. conſ. 47 num. 11. & inferius conſ.
78. num. 36. num. 53. lib. 4. conſ. 111. num.
6. lib. 3. Iacob. Menoch. conſ. 778. num. 3.
lib. 8. & conſ. 9. conſ. 12. num. 23. conſ. 35.
num. 18. conſ. 46. num. 6. conſ. 75. num. 7.
lib. pr. conſ. 222. num. 6. num. 8. conſ. 228.
num. 14. num. 19 num 138. conſ. 239. num.
14. conſ. 246. num 66. lib. 3. idem conſ 118.
num. 17. conſ. 155. num. 34. conſ. 161. num.
7. lib. 2. & conſ. 570. lib. 6. Aym. Sauilia.
conſ. 329 num 12. num. 13. conſ. 353 num.
13. & inferius conſ. 354. num. 7. conſ 433.
num. 32. conſ. 456. num 4. conſ. 497. num.
5. conſ. 531. num. 8. conſ. 550. poſt num. 9.
lib. 3. idem conſ 573. num. 7. num. 12. conſ.
605. num. 8. conſ. 693. num. 6. conſ. 694.
lib. 4. idem conſ 952. num. 15. conſ. 972. nu.
31. lib. 5. And. Alciat. conſ. 118. lib. 8. Io.
8 Ceph. conſ. 86. nu. 10. lib. 1. & † vide quæſo:
qui verſus eſſent deſcripti in camera Regis
Roberti circa negligentiam ipſam literis au-
reis, And. Barbat. conſiculum meum in cap.
cum acceſsiſſent, poſt nu. 25. de conſtitutio.
And. Alciat. conſ. 107. num. 6 lib. 9. & conſ.
102. lib. 5. Alex. conſ. 133. poſt principia,
& conſ. 30. ſub num. 8. lib. 2. cum ſimilibus,
Philip. Dec. conſ. 6. poſt num. 2. Alex. conſ.
99. lib. 2. conſ. 183. num. 5. lib. 7. Andreas
Alciat. conſ. 12. num. 3. lib. 5. & conſ. 89 in
initio lib. 8. Philip. Dec. conſ. 255. num. 3.
Roland. Vallenſ. conſ. 52. num. 19. num. 26.
conſ. 63. num. 49. lib. 4. cum concomitanti-
bus alijs à Tibe. Decia. conſ. ſuo 46. num. 80.
lib 2. facit etiam quod Tib. idem, ſcribit cõſ.
28. num. 11. lib. 4. vbi ſi maritus fuerit moro-
ſus circa exactionem dotis vxori tenetur.

ARGVMENTVM.

De Nobilitate, & Marchionibus, Ducibus, & Comitibus, quo titulo decorẽtur, & multis alijs euenientibus ratione continuati ſermonis, & de maioritate dignitatis amplè Iacob. Menoch. conſ. ſuo 257. lib. 3. & an clarior ſit nobilitas quę à virtute deſcẽdit quàm quæ à natalibus? Aym. conſ. ſuo 855. ſupra num. 2. lib. 5. demonſtrat.

SVMMÆ.

1 *Nobilitatem non præſumi, ſed probandam eſſe demonſtratur.*

2 *Nobilem præſumi qui qualitatẽ habet in hæreditatem, ex qua, nobilitas inſurgit ſicut in habente Marchionatum, Ducatum, Comitatum.*

3 *Marchiones, Duces, Comites, atque Princeps, ſpectabiles denominari ex Cæſarum pronuntiatis, demonſtratur prærogatiuam tamen quàdam ſeruari, & num. 4.*

5 *Principes, Duces, Marchiones, & Comites, Illuſtriſſimi nuncupantur ex communi Italiæ conſuetudine; & quid de liberis eorum, & quo dignitatis titulo afficiendi, & nu. 6.*

7 *Duces, Marchiones, & Comites, vnde duxerint originem remiſſiuè.*

8 *Filij Doctorum an patris retineant dignitatem, atque ideò eodem met fulgeant titulo?*

RACEMATIO 5.

ILlud inter omnes cõſtare traditum
eſt, nobilitatem minimè præſumi,
1 † ſed per allegantem probari debe-
re, ſatis ea colligi ratione videtur,
rem ipſam aduentitium eſſe, neq; nobis à na-
tura pro-

tura prouenientem: cùm ortum habeat ex ſibi accidentibus, vel progenitoribus Bal. in cap. 1. §. ſi ruſticus vbi alij, & Matthæus Affl. eo loci num. 6. de pac. tenen. ſocc. conſ. 246. lib. 2. Roland. Vallen. conſ. 67. num. 27. lib. 3. vbi anxioma excerpunt magis popularem quem præſumi, quàm nobilem Tyb. Decia. conſ. 66. lib. 3. num. 5.

2 Quod † nempè pronũtiatum multis ſolet excipi modis, inter quas exceptiones ea, & non infrequens, reperitur inſerta, vt locum ſibi minimè vendicet, in eo, qui habet inhærentem qualitatem, ex qua nobilitas inſurgit, vtpotè in habente Marchionatum, Ducatum, Comitatum, & alia ſimilia; profectò iſta præſumi faciunt illos, qui ea tenent, nobiles eſſe, ex eo, quòd principibus acceptiores exiſtimantur Bar. eleganter & latè in l. 1. C. de dignita. lib. 12. ſic poſt multos affluenter tradit Ioſep. Maſcar. conclu. 1090. lib. 2. num. 5. fol. 422. de probatio. Aym. Sauilia. conſ. 757. lib. 5. & conſ. 952.

3 Et cũ res ita ſe habeat † atq; ideò de Marchionibus, Ducibus, & Comitibus, ſit raciocinatio facta haud impertinenter mihi viſum fuit hoc in loco parumper explicare, quo titulo, quaue prærogatiua hodierni Duces, Marchiones, ac Comites nuncupandi erunt edepol. breuiter dicendum erit, eiuſmodi Duces, Marchiones, & Comites ſpectabilitatis titulo fulgere Alex. in rub. ff. de iuriſd. om. iud. Iacob. Niger in l. 1. num. 24. de off. eius cui manda. eſt iuriſd. ſcriptum reliquere Imperatores 11. Theodoſius, & Valent. l. 3. C. de off. mag. offit. ponderando eo loci, dum inquiunt, viris ſpectabilibus Comitibus, & illi met Cæſares in l. præcipimus, ac Imperator Iuſtinianus, in l. ſi quando, C. de appella. Imperatorem quoq; Leonem, haud latuit, in l. 1. C. off. comit. orient. & quod prænotatum eſt, de Marchionibus, & ſimilibus. idem cenſendum erit, de ijs qui principis titulo ſunt hoc in Regno decorati, & præ-

4 cognoſcendum † nihilominus eſt, quòd ſupra citati Duces, & alij quamuis eadem coronentur dignitate, actamen traditum eſt quandã inter eos prærogatiuam ſeruari, nãq; Principes, cunctos alios, antecellere debent Duces, Marchiones, & Comites, Marchiones deniq; Comites, & videndus erit Tyber. Decia. conſ. 7. conſ. 19. quæ ſtupenda nuncupo inter Ducem Ferrariæ, cum Duce Florentiæ lib. 3. & pro eiſdem Sereniſſimis Ducibus, vberrimè conſuluit Aym. Sauilia. conſ. 982. lib. 6. & non nulla pro ſuperius adductis Iacob. Menoch. conſ. 302. lib. 4. & conſ. 126. num. 10. lib. 2. & conſ. 902. num. 69. lib. 10. cum ſimilibus, & de huiuſmodi dignitatibus Comitatuum, ac Marchionatuum multa pulchra ſcribit, Aym. Sauilia. cõſ. ſuo 855. lib. 5.

5 Atqui animaduertendũ. ex concordi quadam † Italiæ totius conſuetudine paſsim obſeruari videmus, Principes, Duces, Marchiones, ac Comites, Illuſtriſsimos nuncupari quemadmodum ad hoc teſtes mihi ſunt locupletes Actendolus, lib. 1. de ſingu. certamine Itale ſcripto. cap. 12. Carol. Ruin. conſ. 104. num. 1. lib. 5. Freccia de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dicat. March. num. 7. eo trahantur Aym. Sauilia. conſ. 579. poſt num. 1. lib. 4. Tyberius Decia. conſ. 19. num. 18. & inferius lib. 3. idem conſ. 21. lib. 1.

6 Sed diſceptemus obſecro, ſi Principes, Duces, & Marchiones, atq; Comites Illuſtriſsimi vocantur † an idem ſtatuendum erit, in omnibus ex illis deſcendentibus adeò, vt eodem dignitatis tit. afficiendi ſint? & videtur concludendum, tantumodo filios illos hoc tit. nuncupari ad quos dignitas, & Principatus, & Ducatus, & Comitatus transfertur, cum ſcriptum ſit limitatam cauſſam limitatũ producere effectum. ex Florentini Iureconſulti reſponſo l. in agris, ff. de acquiren. rer. domini. & per illum tex. Iacob Menoch. cõſ. 327. num. 4. lib. 4. cum alijs concordantibus. actamen Actendolus is ſuperiùs deductus in ea ſententia fuit, vt exiſtimet, poſteriores omnes eodem appellari titulo quamuis Comitatus, Ducatus, & ſimiles, ad eos minimè tranſuolauerit. moris namq; eſſe cenſuit, Actẽdolus inquit, cui aggrego Aym. Sauilia. conſ. ſuo 855. & in ſpecie num. 4. lib. 5.

7 At illud quoq; † ſilentio non inuoluò, vndè originem traxerint iſtæc vocabula Ducum, Marchionum, & Comitum, & nempè Duces, ac Comites erant, qui certo militum numero præerant ad locorum cuſtodiam quorundam hoſtibus finitimorum de Cæſaris. ſententia in l. 2. §. ſancimus itaq; C. de off. præfe. preto. aph. pari paſſu, & hodierni Marchiones, Duces, & Comites, præſunt parti certe Regni, explicant vbertim And. Alciat. cap. 32. lib. de ſingu. cert. Cuiacius cap. 1. de hijs qui feudum dare poſſunt, quos omnes aſſequutus eſt Pyrrhus Alfanus, ad l. 1. de off. eius cui mandat. eſt iuriſd. num. 7. num. 10. & inferius fol. 47. latiſsimè per totum examinauit Iacob. Minoch. conſ. 302. lib. 4. Tibe. Decia. conſ. 84. lib. 5. conſiculus Ioſep. Cumia ad preludia cap. ſi aliquem Iacob. Siciliæ Regis, num. 193. & inferiùs.

8 Sed quæſo † quid cenſendum de Doctorũ

filijs

filijs an patrum retineant dignitatem? & ſub ſequenter eodem met dignitatis tit. decorandi ſint Guido Pap. deciſ. ſua 380. num. 2. reſpondet idem de filijs doctorum iudicari debere, ut ibi per eum quem refert & ſequitur Pyrrhus vbi ſupra num. 11. aliqua pulchra relatuque eximia ſcribit Iacob. Menoch. conſ. ſuo 677. lib 7. ſi non piget ipſum conſulus.

ARGVMENTVM.

De malefico homicidium patrante extra patriam, nùm plectendus à Iudice originis.

SVMMÆ.

1 *Iudex originis homicidam extra territorium delinquentem, an punire, & inquirere valeat? examinatur, & num. 4.*

2 *Antonini ac Seueri Cæſarum pronuntiata in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. enarrari.*

3 *Delicta impunita remanere non debere ne cæteris delinquendi occaſio præſtetur.*

5 *Bonifatij Octaui conſtitutio cap. 2. §. ſtatuto de lib. 6. conſtitu. expenditur.*

6 *Sententia, & verior, & receptior eſt, quòd Iudex originis plectere non valeat ſubditum extra patriam delinquentem.*

RACEMATIO 6.

CONditionis clariſſimæ viros, & interpetrum ſanè cumulum iàm pro comperto habeturi apud nos teſtatum reliquiſſe præcipuum id, in crimina
1 lium cauſſarum tractatione, † nempè Iudicē originis inquirere, & punire poſſe maleficos, vel delinquentes, extra ciuitatem in illorum patria vt potè pro Iunioribus, fac Motycanū perpetraſſe homicidium Syracuſis, aliquo Syracuſanorum interfecto, an mohac patria mea, de homicidio ipſo inquiri, & plecti valeat? Iucunde lector, nonnulli ex profeſſo, auſi ſunt, in eam deſcendere opinionem, quā paulò ſuperiùs actulimus. permoti primùm eo Cæſarum Seueri ac Antonini reſponſo, in
2 l. 1. C. vbi de crim agi oport. † Inquiunt enim Cæſares 11. quæſtiones eorum criminū, quæ legibus, aut extra ordinem coercentur, vbi commiſſa, vel inchoata ſunt, vel vbi reperiūtur, qui rei eſſe perhibentur criminis, perfici debere, ſatis notum eſt. patet itaq; quem puniri poſſe duobus in locis, & in loco perpetrati maleſitij, & in loco vbi homicida is comperitur. nonnulla congeſſit Alex. conſ. 166. lib. 7.

Secundo loco mouētur ex quò publicè intereſt delicta puniri Iuliani pronuntiato in l. ita vulneratus ad finem, ff. ad leg. aquil. Iudicemq; ipſum originis prouinciam improbis hominibus expurgare debere ſplendidis ad hoc teſtibus, Vlpiano in l. congruit & paulo, in l. 111. ff. de off. preſid. quæ pauli verba doctè explicauit Pyrrhus Alfanus ad rub. de
3 off. eius cui mandata eſt iuriſdictio num. 8. † Delicta igitur non debent impunita remanere ne cæteris delinquendi materia detur Roland. Valleuſ. conſ. ſuo 16. num. 9. lib. 2. Tyber. Decia. conſ. 27. num. 11. lib. quoque 2. cum concordantibus alijs. ab And. Alciat. conſ. 16. num. 9. lib. 2. atque Aym. Sauilia. conſ. ſuo 488. num. 5. lib. 3. vbi locupletiora habes.

Ad idē & tertio ſuffragātur, Petrus Ancharanus cap. vltimo de foro competen. Philip. Franc. cap. 2. §. ſtatuto in extremo, de conſtitu. lib. 6. Rapha. Fulgo. conſ. 149. num. 2. ex recentioribus Iulius Clarus criminali practica quæſt. ſua 39. poſt verſiculum illum ſed quæro cum ſimilibus.

4 Atqui alteram † & contrariā amplexi fuere ſententiam, Signorol. conſ. 128. Angel. conſ. 27. conſiculus And. Barbat. cap. cum contingat, num. 26. de foro competen. Alex. conſ. 111. lib. 1. Hyppo. Marſil. in l. vltima num. 35. ff. de iuriſdic. om. iud. Ioannes de Amicis conſ. 60. num. 10. Thomas Grāmat. Neopol. deciſ. 26. num. 9. Rorand. Valleuſ. conſ. 19 num. 8. lib. 2. ex quorum verborum complexis, datur manifeſtè intelligi, originis Iudicem neq; punire, neq; inquirere poſſe meleficum talem delictum patrantem extra patriam, & inter cætera loca ea, illos, impellunt quorum potiſſimum eſt pauli, in l licet. §. vlt. ff. naut. capo. ſtabu. vbi quempiam duobus in locis plecti, atq; puniri non poſſe Paulus ait, ponderando eo loci, dum dicitur, ne ſæpius de ejuſdem hominis admiſſo quæratur.

5 Secundò † ad idem expenditur conſtitutio Bonifatij Octaui cap. 2. §. ſtatuto, de conſtitu. lib. 6. quo loci ſcribit, Epiſcopi ſtatuto, quo in omnes, qui furtum commiſerint, excōmunicationis ſentētia pmulgatur: ſubditi eius furtū extra ipſius diœceſim committentes minime ligari noſcuntur. hæc ille Bonifatius.

Ad idē & tertio confert, Pauli ad edictum Sancio L. vltima vbi ſcribentes, ff de iuriſdi. om. iud. vbi Iudicis offitium minimè plus ſe extendit, quàm ſe illius iuriſdictio extendat. eo accedat, Teſſaurus deciſ. 90. poſt

Digitized by Google

nu 6. ſcribit Tib. Decia. conſ. ſuo 94. nu. 6. & inferius lib. 2. quo loci ſapienter declarat.

6 Quarto, & vltimo † vt verum fatear, comperi, periculo, recentiſsimè Iacob. Menoch. ſic ſubſtinere conſ. ſuo 911. lib. 10. vbi Doctorum turbam tranſcripſit more ſuo, & demùm ſententiam hunc poſteriorem vti veriorem ** ac receptiorem fouit, reijectis cæterorum auctoritatibus, de quibus ibidem, & iam in fonte videri apud eum poterunt, cum qua quidem ſententia ipſe nõ inſuauiter dormirem, nouè dominus Octauius Gloritius in cap. ſuper literis, de reſcript. in glo. niſi forſan, num. 429. quem adoleſcentem audiui extraordinariè, ius ciuile interpretantem magna cum eius laude in publico Gymnaſio Neapolitano.

ARGVMENTVM.

De tutoribus & ad quæ teneantur, & quibus ſubiaceãt periculis, ſi pupillares pecunias in emptionem prædiorum non expenderint, vel ad honeſtum lucrum poſuerint, ac de illorum negligentia quo pacto probari debeat, & quod dicatur honeſtũ lucrum. & de quæſtu adepto ex pupillari pecunia aut reſtituendus? ſcribit Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 937. lib. 5.

SVMMÆ.

1 *Tutores expaueſcere debent ne doloſi exiſtimentur ob non confectionem inuentarij, vel in rationum libris conficiendi, alioquin iuramentum in litem inter catera minimè eni tabitur.*

2 *Tutores nùm compellantur pecunias pupillares ad honeſtum lucri partem ponere? expenduntur multi viri.*

3 *Tutores hodie teneri pupillarem pecuniam, vel in emptionem prædiorum, vel mercatoribus tradere ad honeſtã lucri partem aliàs in id, quod intereſt condemnandos. ſi moroſi fuerint. & num. 8.*

4 *Pupillus quæ probare debeat aduerſus tutores, vt vſuris, vel detrimentis, ſubiaceant ob non factas cum pecunijs pupillaribus acquiſitiones. & num. 5. vbi permulti citãtur.*

6 *Tutores in dolo præſumi ex eo quòd pupillaris pecunia in emptionem prædiorum cõuerſa non fuit, nec in honeſtum lucrum poſita.*

7 *Negligentiam non directè probari oportet, ſed benè indirectè, ne teſtium depoſitiones corruant.*

8 *Anatociſmum ſuccintè declaratur.*

9 *Commiſſarij procuratores, an aſtringãtur ad ea ad quæ tenentur tutores?*

10 *Vſuræ vſurarum, fructus fructuum, an veniant? remiſſiuè, & prænotandus eſt Fran. Milanenſis conſiculus Deciſio. 8. num. 352. lib. 1.*

RACEMATIO 7.

Veteribus maiori curæ pupillorum quàm, cæterorum perfectam ætatẽ attingentium res fuiſſe vetuſtiſsima nos docuere monumenta idq; permulta, & prudentiſsimorum virorum dogmata, & Cæſarum pronuntiata, ſuis vberrimis in locis apertiſsimè demonſtrant quamobrẽ,

1 † Inter cæteros is, ſemper pectoribus tutorum inſedere oportet, vt quàm celerrimè inuentarium conficiant, ne incidant in dolum ex adnotatis, à Rapha. fulgo. conſ. 96. vel quaſi ſuſcepti ab offitio remoueantur, ex Rapha. Cuma. conſ. ſuo 15. ac rationum libros conficere ipſius minoris per ea quæ genericè tradunt, Iaſo. conſ. 219. lib. 2. idem conſ. 111. lib. 1. doctè Ioac. Myn. obſer. 39. ſingu. obſer. centu. 6. Roland. Vallenſ. conſ. 49. lib. 1. & prænotandus eſt, Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 1391. lib. 3. de probatio. quòd ſi non fecerint, ſeu fecerint, & exhibere nolint, ob dolum, vel culpam quoq; ipſorum leuem, aduerſus eos iuratur in litem quarta verò illorũ hæredes, minimè iuratur niſi ob dolum hæredum ipſorum ex congeſtis ab And. Alciat. conſ. ſuo 31. num. 6. lib. 5. ſcribit Io. Ceph. conſ. 388. num. 9. lib. 3. quando iuramentum in litem aduerſus tutorum hæredes deferri poſsit, vt ibi per eum. cum ſimilibus ab Aymo Sauilia. conſ. 947. lib. 5 cõſ. 433. num. 13. Paulo poſt, lib. 3. & n. 17. ac Roland. Vallẽſ. conſ. 72. num. 7. & Inferius lib. 4. Sed ad pupp pam in ſpecie me conferens, ſciſcitatur à multis

2 numquid tutores † aſtringantur pecuniã pupillarem ad honeſtam lucri partem ponere? & nempè concluſiuè loquendo, memoriæ prodidere ante ſignatus legiſtarum Dux, Bar. in l. tutor qui repertorium, §. ſi poſt depoſitionem, ff. de adminiſtra. tuto. atq; in l. Diui Seuerus vbi Paulus Caſtrenſ. vbi Alex. ff. ad leg. falcid. Salycetus vbi quoq; alij in auten. nouiſsime, C. de adminiſtra. tuto. Illuſtris Doctor Franciſ. Aret. conſ. 31. poſt num. 3. Ludo. Roma. conſ. 425. verſ. 10. vt pupillarem, & idem conſ. ſuo 139. poſt num. 5. & conſ. 28. & conſ. 188. num. 4. conſiculus meus, And. Barbat. conſ. 10. lib. 4. Paulus Pariſ.

lus Pariſ. conſ. 84 num. 20. lib. 1. Phylip. Dec. conſ. ſuis 178. circa finem vbi declarat & idem conſ. 191. poſt numer. 2. & conſ. 255. num. 4. & idem conſ. 430. num. 4. & conſ. 562. num. 12. & conſ. 632. Soce. conſ. ſuo 2. lib. 1. circa extrema Petrus Surdus decisio. 179. num. 10. ex quorum mente, aceruatim colligitur tutores hodie aſtringi pecu-
3 niæ † ſummam in emptionem prædiorum ex pendere, vel illam non nullis mercatoribus tradere ad honeſti, ac minimè illiciti lucri partem recipiendum ex regionū more, quòd ſi ipſi culpoſi fuerint, ex quò percommodè lucra ea minoribus adipiſci valerent, dubio procùl condemnandi veniunt in id, quod intereſt, qua ex re, ex paueſcendum putent, tutores ſi in ea ciuitate, vel prouincia, vbi nō infrequens eſt redditnum annuorum venditio ſimileſuè negotiationes honeſtæ ne in maximam irruant perniciem. exclamant namq; Cæſares, & perſtrepunt iura aduerſus flagitioſiſsimos tutores, à qua quidem ſententia non diſſentit Hyſpanus is Dida. Couar. cap. 2. lib. 3. varia. reſolutio. poſt num. 1. cum concomitantibus. at pulchrum erit, qui-
4 nimò † opere pretium diſceptare, herclè poſita pro vera cōcluſione, qua cautum eſt, temporibus hodiernis tutores teneri pecunias pupillares ad honeſtum dare lucrum, vel in emptionem prædiorum, ut iſto reſpectu ad intereſſe condemnentur, ſeu ad vſuras, ob non factas cum pecunijs pupillaribus acquiſitiones, quæ ſint futurę partes probationeſuè per aduerſarios? Humaniſsime lector, compertiſsimum apud noſtros, & eminētiſsimos iuris interpetres eſt, duo ea nempè probari debere primùm venalia fuiſſe prædia, quæ emere potuiſſent. alterum eſt, tot pecunias ad tutorum manus perueniſſe, quòd prædia ea, quæ venalia erant adipiſci valerent, vel illos idonea habuiſſe prædia, quæ acquirere potuiſſent, ſi voluiſſent. Roland. Valſenſ. quæſt. 64. num. 20. de lucro dot. quandoquidem in prompto pecunias habuiſſent pupillares idoneas ad huiuſmodi acquiſitiones
5 vt inſigniter cauēre † Imperatores Arcadius & Honorius, in l. tutores, vel curatores, C. de adminiſtra. tutor. atq; ij, Diocletianus, ac Maximianus Ornatiſsimi Cæſares, in l. quicquid, C. arbit. tut. Phylip. Dec. in l. contractus vbi Hyeron. Cagno. num. 80. & Inferius de regu. iur. modernus Borgninus Caualca. tracta. ſuo, de tuto. & curato. num. 115. poſt Bar. in l. tutor qui repertorium, §. poſt depoſitionem, ff. de adminiſtra. tuto. Aymon. Sauilia. conſ. 21. nu. 5. lib. 1. idem conſ. 1000. in bellarijs pro genero incipit quia in reſpōſo corollario, & condimento, lib. 6. num. 37. Petrus Surd. deciſ. 318. num. 8. Plotus in l. ſi quando, C. vndeui, num. 217. Caro. Ruin. conſ. 92. num. 3. lib. 5. Paulus Pariſ. conſ. 84. num. 20. lib. 1. And. Alciat. egregiè conſ. ſuo 8. nu. ad huc 8. lib. 1. Philip. Dec. conſ. 178. circa extrema, & idem conſ. 562. num. 12. Alex. conſ. 74. in extremo lib. 6. & poſt illos Ioſeph. Maſcard. conclu. 467. num. 27. lib. 1. de probatio. Decius idem conſ. 430. & conſ. 632. And. Barbat. cap. bona fides poſt principia depoſit. Iacob. Menoch. conſ. 127. nu. 13. lib. 1. Io. Cepha. conſ. 429. num. 68. lib. 3. & adſtipulatur Roland. Valleaſ. conſ. 49.
6 num. 34. lib. 1. † Aymon Sauilia. conſ. 366. lib. 3. num. 12. & inferius vbi multa ſimilia habes. docuit Ioſeph. Maſcard. conclu. 1391. num. 10. lib. 3. vbi inquit, tutorem præſumi in dolo ex eo, quòd pupillorum pecunia in emptionem prædiorum conuerſa non fuit, nec inhoneſtum lucrum poſita. hûc ſpectāre videtur, illud iuris anxioma, negligentiam quippè probari, ſi hæc duo ſimul concurrant quòd quis facere potuit aliquid, & obligatus minimè fecit, vt poſt cæteros concludit Maſcard. idem concluſ. 1088. num. 5. lib. 2. de probatio. vbi num 8. ſubiungit, quòd ex quò negligentia non eſt aliquid formatū, quo ſenſu corporis percipi poſsit, eiuſq; eſsētia viſu, vel auditu aliouè corporeo ſenſu nō percipiatur, ob id directè per teſtes probari nequit, immo teſtes aſſerentes ſimpliciter atq; directè aliquem negligentem, dicerentur citiùs
7 per intellectum † Iudicare, quàm deponere, ſeu teſtificari de facto, ad quod ſunt adhibiti, quamobrem illorum dictum vitiaretur ex traditis ab Innocentio Romano Pontifice cap. cum cauſſam, de teſtibus, ac Bar. conſ. ſuo 102. cariſsime Domine, Carolus Ruin. conſ. 52. num. 8 lib. 5. cum concordantibus. atqui negligentia ipſa indirectè quidem probari poterit, vt putà dicit ipſe Maſcard ſi volo probare tutorum ipſorum negligentiam, in non emendo prædia pro pupillis, probare debeo eo tempore prædia fuiſſe venalia, quæ emi potuiſſent, ſi tutores voluiſſent, etenim ex quò potuerunt, & aſtricti minimè fecerūt, probatur negligentia præcitata, vt ibi per eum, qui alios citat ad ſuffragandā ſententiā hanc, illū videto ſi placet, & vidēdus eſt Pet. Surdus deciſ. ſua 326. nu. 75. ex quibus omni-
8 bus † breuiter cōcludendū eſt, tutores ipſos teneri pecunias pupillares ad aliquod honeſtū cōuertere lucrū, vel in pdiorū annuorū, vel reddituum emptionem, vel in quācunq;

Digitized by Google

haud diſsimilia his legitimã acquiſitionem, & præſertim ſi tutores ipſi mercatores fuiſſèt, quorum honeſtum quippè lucrum quoq; aplicandum eſt eoſq; teneri ad anatociſmũ, hoc eſt, lucrum lucri, quemadmodum, & doctè, & copioſè reſpondit famigeratus ille vir And. Alciat. conſ. ſuo 8. num. 9. & inferius, lib. 1. cum concomitantibus, & ſimilibus. Quibus omnibus exagero Iacob. Menoch. conſ. 863. per totum, vbi pulcherrimè docuit lib. 9. idem conſ. 213. num. 48. nu. 54. lib. 3. Tyber. Decian. conſ. 36. num. 6. num. 11. lib. 4 & conſ. 85. num. 32. lib. 2. Hiero. Magon. decicìſ. 1. & obiter adnota quæſo quandam facti ſpeciẽ ab Aym. Sauilia. conſ. ſuo 937. lib. 5. de pecunia pupillari ſi in negotiationem aliam verſa fuerit à tutoribus,
9 quàm teſtator iuſſerat, † ceterùm apud ſtrenuos, iuriſq; peritiſsimos, dubitatum inueni, nùm hæc ſuperiùs citata ſibi locum vendicent in commiſſarijs, vel procuratoribus teſtamentarijs in tantùm, vt teneantur ad lucra lucrorum præcognoſcendi ſunt, Iacob. Menoch. conſ. 579. num. 4. lib. 6. & Rapha.
10 Fulgo. conſ. 51. per totum, † at illud obſeruatione, vel adnotatione dignum erit, an vſuræ vſurarum, fructus fructuum, peti valeant, & an vſuræ, vel intereſſe debeantur à pupillis? tangunt, And. Alciat. ſparſim loquendo, conſ. 10. num. 7. lib. 8. Io. Ceph. conſ. 85. num. 7 & inferiùs lib. 1. Tyber. Decia. conſ. 49. num. 50. & Paulo poſt lib. 2. And. Alc. conſ. 8. num. 10. lib. 1. & quæ dicantur vſuræ centeſimæ. & quæ ſemiſſes, latè Socc. in l. 3. verſ. venio ad ſecundundum, & num. 3. & num. 4. ff. ad leg. falcid. doctè Tybe. Decia. conſ. 2. nu. 77. nu. 78. lib. 1. & quid de lucris lucrorum, Aym. conſ. 433. nu. 28. lib. 3. vbi de mercatoribus, & an currãt hæredi tutoris differenti ſolutionè idem ſcribit in l. qui Romæ. §. ſeia num. 16. de verbo. obligatio. cum ſimilibus. à Socc. Iun. citatis conſ. ſuo 148. num. 16. lib. 1. vbi pulchrè de vſuris reſpectu tutorum, ac de deſcrimine damni emergentis, & lucri ceſſantis, articulandiq; practica, And. Gail. obſerua. 6. lib. 2. practica. obſerua. & de periculo finita tutela ad quem pertineat, ſi non petãtur curatores dari idem obſer. 96.

ARGVMENTVM.

De aſſecuratoribus, promiſſoribus, & de fideiuſſore, cui prommiſſa fuit idemnitas, & alia multa pertractantur hûc, & breuiſſimè, vt fieri valuit, & quòd annullato principali contractu eneruetur quoq; promiſſio de ratificari faciendo voluit Iacob. Menoch. conſ. ſuo 279. nu. 59. lib. 3.

SVMMÆ.

1 *Promittens fideiuſſorem ſuum idemnem conſeruare, an teneatur ad intereſſe omne, & litis ſumptus, atq; fructus, cæteraq; daman, quæ paßus fuit fideiußor ipſe? & num. 2. vbi plures citantur interpetres.*

3 *Idemnitatis pròmißorem ad quæ teneri? multa pulchra ſcſibit, Socc. Iun. conſ. ſuo 42. lib. 4. & de eo, qui pròmiſſit aliquem defendere ab omni moleſtia, Tyber. Decia. conſ. 78. num. 10. lib. 5.*

4 *Idemnitatis pròmiſſionem eneruari, quando principalis obligatio aliqua ex cauſa floccipenditur.*

5 *Obligatus alicui facere, vt ſit penitus liberatus à nexu ſtipulationis alicuius, an ſatis ſit, ei idoneos offerre fideiußores de conſeruando illum indemnem?*

6 *Aßecuratorem minimè, teneri niſi ex facto ſuo, & illorum quos prohibere valet.*

RACEMATIO 8.

MAgno, & eccellenti ingenio viri, qui ad inquirendæ veritatis ſtudium ſe ſe contulerunt exiſtimantes multò præclarius eſſe humanarum diuinarumq; ferè rerum eſſentiam inueſtigare, ac rationem ſcire, quàm ſtruendis opibus, vel honoribus cumulandis inherere denſiſsimas illas memoriæ prodidêre facti ſpecies, quæ
1 mox quàm breuiter enarrantur † quorum altera eſt, nùm is, qui prmiſsit fideiuſſorem ſuum, conſeruare indemnè teneri dicatur tùm ad ſortem, tùm & ad vſuras, cæteraſq; acceſsiones, litiumq; ſumptus, atq; ad fructus, in quibus fideiuſſor ipſe, detrimentum fuerit paſſus? amantiſsimè lector, ſemota omni verborum pompa, concluſiuè loquendo, arbitror, talem illum idemnitatis promiſſorem ad cuncta ea iure optimo aſtringi, ad quam herclè demonſtrandam ſententiam, potiſsimè citatur anteſignatus legiſtarũ dux, Bar. in l. quæro in initio vbiquoq; alij, ff. locat. facit, Imperatoris Philippi reſponſum, in l. 2. C. ſi mat. idemnita. promiſ. vbi ſcribentes per illum textum cum ſimilibus.
2 Secundo loco † huic opinioni accedant facundiſsimi ij, iuris interpetres, Philip. Dec.

conſ. 551.

conſ. 551. num. 7. Paulus Pariſ. conſil. 109. num. 37. lib. 1. Socc. conſ. 70. lib. 3. Socc. Iun. conſil. 94. nume. 16. lib. 3. & Lauren. Calca. conſ. 35. num. 2. Iaſ. conſ. 127. verſ. 3. ad idem lib. 1. vbi de verbo conſeruare, quid dictet? Alex. explicat non nulla ſcitu digna, conſil. ſuo 114. lib. 3. & Socc. nepos, conſ. 69. poſt num. 4. lib. 2. idem conſ. 78. nu. 20. lib. iſto. quibus quidem in locis, vberiùs explicant hypotheſim hanc, vt quilibet eos adhire facillimè poterit. præclara multa tradit, famigeratus ille vir And. Alciat. cōſ. 5. lib. 8. num. 29. & num. 31. quis dicatur idemnis conſeruari, & de damnis, & intereſſe in ſtipulatione, an ſtent acceſſoriè ad ſortem, And. idem ſcribit, conſ. 88. lib. ſuperiùs citato cum concordantibus ab Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 957. num. 26. lib. 5. aliqua Pet. Surd. Deciſ. 118.

3 Tertio & poſtremò, ſuffragatur † Soccin. Iun. conſ. ſuo 42. lib. 4. per totum quo in loco reſpondit eum, qui talem fecerit idemnitatis promiſsionem, non tantùm teneri ad omne fideiuſſoris ſui intereſſe, atq; priùſquā is ſoluat illum releuare ab omni moleſtia, ac iudicium aduerſus fideiuſſorem motum in ſe ſuſcipere, verùm etiam adſtringit ad cunctas litium expenſas, atq; ad omnes fructus. quos ipſe percipere potuiſſet ex prædijs, quę fortè occaſione fideiuſsionis alienauerat, vt ibidē per eum, qui dexteriùs. & concinniùs alloquutus eſt, cui addo Iacob. Menoch. conſil. 611. num. 3. lib. 7. an de facto principis teneatur promiſſor talis? ſcribit Tyb. Decia. conſ. 41. num. 137. lib. 2.

4 Atquè adhæc † nobis animaduertendum erit, aliquando idemnitatis prōmiſsionem euacuari quotieſcunq; principalis obligatio non ſubſiſtit, quemadmodum in illis facti ſpeciebus, in quibus conſuluêre Petrus Ancha. conſil. 330. numer. 17. Nicol. Boer. Deciſ. 3. num. 16. Iaſon in l. ſi pacto quo pęnam, in extremo. C. de pact. Socc. Iun. conſ. 129. poſt num. 66. lib. 1. Thom. Grammat. deciſ. ſua 102. poſt num. 105. & longe inferiùs domini de Sacro Concilio Neapolitano ex recollectis per Matthaum Afflit. deciſ. 295. & Paulo quoq; inferiùs Iaſ. conſ. 133. num. 19. lib. 4. cum concomitantibus cęteris ab eccellentiſsimo Io. Cepha. deductis, atq; citatis conſ. ſuo, 115. lib. 1. conſ. 308. num. 54. lib. 3. vbi more ſuo plura cumulat, cui exagero, Tyber. Decia. conſ. 78. num. 54. & conſ. 16. num. 17. & inferiùs lib. 5. vbi pulcherè And. Alciat. conſil. 9. nu. 13. lib. 8. vbi de promictentibus de rato in perſonā vnius, vel aliorum, & iam recentiſsimè ſcribit Iacob. Menoch. conſil. 888. num. 16. & inferius lib. 9. Altera eſt, minimè ſatis aliena

5 † ab ea, quam nuperrimè deduximus, numquid obligatus alicui facere, vt ſit pænitùs liberatus ab aliqua ſtipulatione, ſeu obligatione Sempronij offerendo ſatiſdationem, vel idoneos fideiuſſores de conſeruando illum talem indemnem admicti nempe poſsit, candide lector, non eundo per ambages, fatendum erit, eum non audiri, ex eo iuris anxiomate, quòd aliud eſt, quem penitus liberari, & aliud eſt de idemnitate ei ſatiſdare, concinatus eſt in terminis terminantibus Socc. Iun. conſ. 64. per totum lib 1. hûc in ſimili ſpectare videntur, quæ ſcribit Iaſ. conſ. 147.

6 lib. 4. quo loci, reſpondit † aſſecuratorem, vel promiſſorem minimè teneri, niſi ex facto ſuo, atq; illorum quos prohibere poteſt, non autem quos prohibere nequit, & prōmictēs defendere ab omni homine, intelligitur de iure, & de facto ab eo, quem repellere poteſt, explicando, vt ibidem per eum, quo me remicto. & quid de pacto aſſecurationis nauium? Cæſar Vrſill. in addita. ad Neapo, Matth. deciſ. 389. & an teneaī aduerſus vniuerſitatem? ſcribit And. Alcia. conſ. 17. nu. 25. lib. 7. & venditor permictens emptorem defendere de iure & de facto anteneatur dę violentia à ſuperiore illata, vel iudicis iniuria, ſapienter ſcribit Rolan. Valleuſ. con. 45. per totum lib. 3.

ARGVMENTVM.

Duæ hæſitationes ſcitu non indigne tractantur hoc in loco, quæ ex ſummis affluenter oſtenduntur, ſi tibi ocium erit adeas Iacob. Menoch. conſ. ſuo 201. lib. 3. vbi dę quadam obiter pulcherrima facti ſpęcie, quam tibi cogitandam relinquo.

SVMMÆ.

1 *Creditor cui eſt datio facta inſolutum, aliquorum prædiorum, vt ſi infra terminum pecunia nō ſolueretur, an eo effluxo, dationi prę allegatæ ſtare teneatur? & nu. 5. & nu. 10.*

2 *Quotidiana pinguiùs, vberiùſq; actingenda, ex Paulo iuris prudente.*

3 *Martiani reſponſionem l. ſi fundus, §. vltimo, ff. de pigno. expendi.*

4 *Rhatihabitio an æquiperetur mandato? & an operetur in detrimentum tertij? remiſſiuè.*

6 *Statutum loquentem de venditione, an locum ſibi ob-*

Digitized by Google

ſibi obtinere in datione inſolutum? diſcutitur. & num. 7.

8 *Pecuniam homines allicere quemadmodũ ex ea hamo piſces capi, quantiq; valoris ſit, multa tranſcribuntur.*

9 *Nouationem ſaltem ex coniecturis, vel tacitè contrahi valere, oſtenditur.*

11 *Proclamata non obeſſe cenſeri pupillis ſi tutores comparuerint, vel non. & num. 12. vbi remiſſiuè & num. 13. vbi arguitur & num. 15. vbi concluditur.*

14 *Pupillos, ſi læſi ex facto tutorum, vel curatorum, reſtitui aduerſus præſcriptionẽ eſtq; in eorum facultate agere contra illos, vel reſtitui petere ex magis communi.*

RACEMATIO 9.

REquiſitus à domino Don Ioſeph Paternione Barone Rhaduſiæ celebri, inſignique viro, & compatre meo, quid ſenſerim, aut exiſtimarim, de duobus mihi dubijs iamdudum tranſmiſsis, breuiter procedendo, circa primum, vt cum And. Alciat. exordiar, conſ. ſuo 25. lib. 6.
1 cum concomitantibus. dùm quæritur † vtrũ datio inſolutum facta non nullorum prædiorum, ſi tempore determinato, vel à contrahentibus præfixo, ſumma pecuniarum debita non ſoluatur conſtituta nihilominus præſtatione aliqua, infra huiuſmodi tempus, inſerta legitima cauſſa. ex adnotatis à Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 933. num. 25. num. 31. num. 33. lib. 2. de probatio. fructuoſiſsimo nempè tractatu, cum ſimilibus, & concordãtibus, per creditorem recuſari valeat adeò, vt ad electionem admicti dicatur, ſi pecuniam debitam exigere malit, quàm inſolutũ dationi inhærere? quotidiana eſt quæſtio, vnde pinguius actingenda quemadmodum ad
2 hoc † immemor minimè fuit Paulus Iuris prudens in l. legaui, ff. de libera. lega. cum vulgaribus. profectò inter complures iuris interpetres examini deprompta cõperitur, quos inferius citabo. ommiſſo igitur multiloquio, quod ſapientiſsimos Sthomacari aſſolet, concludendum eſt, creditorem ipſum à præallegata inſolutum datione reſilire minimè poſſe aliquibus ex medijs, quorum primum eſt, ſi creditori res aliqua obligata eſt pro quadã pecuniarum ſumma, pacto interpoſito, vt ſi fortè ea infra certum tempus ſoluta non fuerit, quòd res huiuſmodi, vel prædium tunc inſolutum cædat creditori ipſi pro legitimo, iuſtoq; pretio, quòd intrepidè pactũ huiuſmodi obſeruandum venit adeò, vt pecunia minimè ſoluta, datio ea inſolutum, conditionaliſq; venditio tamquam purificata dicatur, & ſubſequenter eum cùm conſenſerit prædium tale inſolutum accipere, quòd minimè debet
3 poſſe ab illa diſſentiri. ad hoc expenditur † Martiani reſponſio in l. ſi fundus, §. vltimo, ff. de pigno. poteſt ita fieri Martianus inquit pignoris datio hypotecæuè, vt ſi intra certum tempus non ſit ſoluta pecunia, iure emptionis poſsideat rem iuſto pretio tunc æſtimandum, hoc enim caſu videtur quoddammodo conditionalis eſſe venditio, quamobrem, etiã pignus remiſſum cenſeri cùm inſolutum creditor is pignoratam rem acceperit, ut poſt alios ſcribit Ioſep. Maſcard. conclu. 1173. num. 54. lib. 3. cum ſimilibus, & hoc non obſtãte quòd perſona minimè fuerit ad æſtimationem electa, vndè ex quò ſumus in contractibus conditio adimplecta retrotrahitur ad tempus contractus. Scribentes adnotant, in l. ſi filius familias, de verbo. obligatio. Io. Marcus Aquilinus in l. ſi is qui pro emptore num. 62. de vſucapit. parte pr. hũc conferũt
4 ſi placet, quæ † docuit, Alex. conſ. 232. nu. 2. & num. 6. lib. 6. Aym. Sauilia. conſ. 304. num. 2. lib 2. & obiter de rathihabitione, Io. Cepha. conſ. 51. num. 43. lib. 1. Marcus Aquilinus vbi ſupra num. 58. an æquiperetur mandato, videndus eſt, idem conſ. 441. num. 91. lib. 3. Roland. Vallenſ. conſ. 1 num. 53. lib 3. per tranſennam quoque eundem videas cõſ. 97. num. 38. lib. 1. quamuis hoc in loco reuera propria iſtorum non ſit ſedes, nempè rathificationem fieri non valere ad tertij præiudicium, cui ius adeptum fuit & nu. 61. vbi declarat And. Alciat. conſ. 98. lib. 8. cum ſimilibus. pulchrã Iacob. Menoch. conſ. 364. num. 20. lib. 4. Aym. Sauilia. conſ. 455. lib. 3.
5 Secundo loco † deducitur, id etenim compertiſsimum eſt nos eſſe in contractu reciproco, quemadmodum eſt venditionis, emptioniſq; contractus, & ſic aperto marte fatendum minimè licere ab ea inſolutum datione recedere ſine alterius cõtrahẽtis conſenſu, ſanè conſtat eam venditionem quandam nuncupari ex Imperatoris Antonini Sancione, in l. ſi prædium, C. de euictio. ſcribit Rola. Vall. conſ. 86. num. 5. lib. 4. Vlpianus tradit in l. eleganter, ff. de pigno. actio. & per illos contextus inter cætera Conſiculus Io. Antonius Cannetius ad extrauagant. volentes, Frederici Regis, quæſtionibus incipientibus; & retenta opinione iſta, num. 2. & num. 9. & alia exordiente, ſed maior inſurgit, num. 10. fol. 191. & 194. quibus in locis,
6 aceruatim loquendo † alloquitur de ſtatuto an ven-

Digitized by Google

an vendicet ſibi locum, in datione inſolutū, & demùm inconcuſsè firmat, dationem inſolutum comprehendi ſub ſtatuto de venditione dictante, & quamuis ea, largo modo venditio dicatur, ex Io. Ceph. conſ. 351. num. 33. lib. 3. conſ. 254. num. 8. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 18. num. 3. attamen ſtatutum ait ipſe Cannetius, de ſtricta, ad largam ſignificationem protrahi. ex Iuliani reſponſo l. filium habeo ff. ad ſenatus conſ. Macedo. cum concordantibus vt ibi per eū Socc. Iun. conſ. 77. lib. 4. vbi de permutatione. cui addo Tyber. Decia. conſ. 21. num. 11. lib. 2. ſcribit Phil. Dec. conſ. 586. & in regno habemus ritum expreſſum loco ſatis vulgato de iure protimiſſeos.

Sed † animaduertendum eſt, ſententiam
7 iſtam, videri meo non eſſe admictendam, dupplici ex capite, primum eſt, herclè ſtatutum facultatem concedens cōſortibus, vel vicinis, vt poſsint rem ipſam venditam recuperare non obtinebit ſibi locum in datione inſolutum ad tradita per Alex. conſil. 76. num. 10. lib. 5. Aym. Sauilia. conſ. 327. nu. 7. lib. 3. ſecundum caput eſt, quia datio inſolutum non eſt vera, atq; directa venditio, neque in ea interuenit pecuniæ numeratio, quemadmodum in contractibus venditionū ideoq; longior eſſe videtur ratio, quandoquidem † pluſquam manifeſtum eſt, pecuniarū
8 numerationē, mortales nos allicere ad ſe, vt hamo ex ea piſces capi, & in termimis conſuluit Iaſ. conſ. 150. num. 2. lib. 4. & vberrimè Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 1142. num. 14. & nu. 15. lib. 3. de probatio. multa pulchra admonuit Tyb. Decia conſ. ſuo 69. nu. 14. & inferius lib. 4. & conuenire videntur conſcripta, Roland. Vallenſ. conſ. 86. num. 5. lib. 4. & actende diligenter quæſo, quid poſt alios admoneat Mattheus Afflit. cap. ſi quis ruſticus, num. 20. & Paulo inferiùs de pace tenend. & eius violato. pecuniam eſſe vitam hominum, atq; cuncta illi obedire, & pecuniam habentē rem omnē habere, quam voluerit, quæ etiam dicitur fideiuſſor futuræ neceſsitatis, vt ibi per eum, & perditionis pœna bonorum, æquiparatur morti Iaſ. conſ. 165. lib. 2. hûc congruunt, inſignia exempla pecuniæ, & diuitiarum, & paupertatis, Iacob. Menoch. conſil. 487. nume. 12. lib. 5. conſi. 116. num. 2. lib. 2. Tyb. Decia. conſ. 3. num. 66. lib. 1. And. Barbat. cap. 1. ſub num. 48. de iuramento calum. Aym. Sauilia. conſ. 489. lib. 3. conſ. 777. conſ. 895. num. 8. conſ. 952 lib. 5. idem conſ. 982. num. 37. & conſ. 991. nume. 104. lib. 6. & hæc obiter ne ſint obſecro nauſeæ, & an ſtatutum loquēs in venditione, vel inſolutum datione, obtineat ſibi locum in contractu permutationis? docuit Tyb. Decia. conſ. 59. lib. 1. Decius, conſil. 555. vbi eſt contrariò an loquens de permutatione locum habeat in venditione.

9 Tertio potiſsimum † loco: ſuffragatur nā cùm verba à contrahentibus prolata demonſtrent nominatim prædiorum dationē ſuccedere inſolutum ſoluptionis loco, quòd inducta nouatio fuerit ſi non expreſsè ſaltem tacitè ex adnotatis à Cæſare l. vltima, C. de nouatio. & per illū tex. Iacob. Mandel. conſ. 68. num. 5, putà ſi dicatur pro decem, quæ mihi debes, prōmictis duodecim, profectò tunc datur intelligi contrahentes primā obligationem tollere velle, atque aliam illius loco ſub rogare ad tradita per Aymo. Sauilia. conſi. 167. num. 9. lib. 1. cum alijs concomitantibus, quos doctè citat Ioſeph. Maſcard. conclu. 107. num. 21. de probatio. lib. 3. ac Iacob. Menoch. conſil. 809. num. 11. lib. 9. videndus eſt And. Gail. obſerua. 30. lib. 2.
10 practica. obſerua. & ſic † minimè offendunt ſubtilia argumenta à Philip. Dec. allata conſ. 12. vt quiſpiam ingenioſus adire potererit cùm iam pateant ad eum aditus, & veſtibula, videndus eſt Cæſar Vrſillus ad Matthæū Neapo. deciſio. 397. quo loci ipſum ſecutus eſt. Sed illum reſpondet teſſaurus deciſ. ſua 147. vbi ad finem declarat, quando ibi locū obtineat decij ſententia.

Quarto, & poſtremo pro hac fulcienda ſententia, citatur Socc. nepos conſ. 41. per totum ferè lib. 3. vbi pro hac parte conſuluit, & ſapienter ſubſtinuit Philip. Dec, argumenta locis ſuperius deductis, mirum in modum conuellens ad quem citiùs te coijcio, quàm papyrum denigrē. cui accedat And. Alciat. conſil. 11. lib. 8. vbi latiſsimè plura venuſta docuit Iacob. Menoch. conſ. 946. lib. 10. & in ſpecie ſententiam hanc tenuit Aym. Sauilia. conſ. 691. num. 5. lib. 4. Decium obiurgans, & idem conſi. 477. num. 6. & num. 7. lib. 3. cum concordantibus. Sed eccedum hæc præmanibus haberem, fortè fortuna occurrit mihi Pet. Surd. deciſ. 113. ſententiam hanc latè explicans.

11 Expeditus de primo confero † me modo congruenti ordine ad ſecundum quæſitum, quod eſt huiuſmodi, an proclamata obeſſe videantur pupillis ſi tutores non comparuerint, vel cōparuerint, ſed nihilominus minimè reluctauerint aduerſus eridas ipſas? optime lector, ne tempus conſumem, docendo mineruā, Reſpondi nullo pacto præiuditium afferri

Digitized by Google

aſſerri pupillis ipſis, ex inferiùs, & ſatis notis ferè medijs, & primò quia ad hoc, vt eiuſmodi proclamata cæteris ſint detrimento, requiri nempè debere ponentem ad cridas ſpecificè eum citari facere, qui minimè ignoret ius in ipſa re prætendere aliâs ei præiuditium aliquod ob citationem genericè factam haud inferri adnotata per Socc. conſ. ſuo 13. num. 10. lib. 4. Ludo. Roma. conſil. 53. nu. 3. idem conſi. 410. poſt num. 1. Alex. conſ.
12 106. nume. 14. lib. 5. † & poſt iſtos, & alios concordes Horat. Mandoſ. in aditamentis ad Ludo. nuperrimè citatum ad verbũ illud ſpecialis, coadiuuãt quæ ſcribunt in ſimili Aym. Sauilia. conſ. 225. Angel. conſ. 202. de citationibus iſtis docuere Io. Cepha. conſ. 350. num. 7. & conſ. 381. num. 28. lib. 3. Iacob. Mandel. reſpectu fiſci conſ. 105. num. 1. & vtrùm præiudicent natis, vel naſcituris, videndus eſt And. Alciat. conſ. ſuo 138. num. 20. lib. 5. & an, & quando proclamatis notitiam vnuſquiſq; habere præſumatur, multa Ioſeph. Maſc. conclu. 1231. lib. 3. de prob. & an eos leget, qui ſunt teneræ etatis, ibidem num. 10. Accedit Octauius Gloritius in capit. ſuper literis de reſcript. ſub nu. 191. verſ. præterea qui iſtud declarat.
13 Secundo ad idem facit, namq; † aut creditor ſciebat pupillos tutores habere, & tunc debebat nominatim illos citare aut ignorabat, & ſimiliter tunc quoq; pupillis minimè detrimentum affertur. quandoquidem creditor ipſe inueſtigare debebat ad conſcripta, per Paul. Caſtreſ. conſ. 295. lib. 1. & conſil. 168. ad finem lib. 2. & ſcire, vel ſcire debere æquiparantur, Philip. Dec. in l. quod te, ſi cert. petat. num. 4. & num. 17. 1. & 2. comenta. Ludo. Roma. conſ. 125. num. 2. & ſcire, eſt per cauſſas aliquid cognoſcere, & nõ entis nullæ ſunt qualitates, vel cauſſæ, & conſequenter ſcientia nulla ad tradita per Rapha. Fulgo. conſil. 97. eo trahantur, Tyber. Decia. conſ. 23. num. 3. lib. 5. Alex. conſil. 31. lib. 5. Aym. Crauet. conſ. 646. poſt nu. 1. lib. 4. & conſ. 764. num. 8. lib. 5. Iacob. Menoch. conſ. 182. lib. 2. idem Iacob. conſ.
14 617. lib. 7. Tertio ſuffragatur quòd † quamuis proclamatibus præſcriptum fuerit ob non comparitionem, vel contradictionem à tutoribus factam, attamen pupillis ipſis, datur in integrum reſtitutio, etiam ſi effluxi fuiſſent anni triginta, vel quatraginta Io. Ceph. conſ. 40. num. 61. lib. 1. atq; eſt in illorum facultate agere contra tutores, & curatores, vel petere in integrum reſtitutionẽ pro ut declarabat Matthæus Afflit. conſtitutione minorum iura, num. 19. vel ex capite ignorantiæ ** quemadmodum magis concorditer teſtatur receptum fuiſſe Horatius Mandoſius poſt multos in aditamentis ad Ludo. Roma. conſ. 124. ad verbum clauſula Paulò inferius.
15 Quarto, & vltimo † citatur pro hac ſententia Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 72. num. 12. & num. 46. & ferè per totum idem conſ. 40. num. 14. lib. 3. quibus in locis, ſic conſuluit, lateq; ſubſtinuit, & cùm liber ſit impreſſus, ad eum te reiicio, vbi citat comilitones, os igitur claudo.

ARGVMENTVM.

De minoribus ſe obligantibus non obſeruatis ſtatutorum diſpoſitionibus, ſi fideiuſſores interuenerint, vtrùm aſtringãtur reſciſsis ipſorum cõtractibus. aliqua Iacob. Menoch. conſ. 819. lib. 9.

SVMMÆ.

1 *Fideiuſſor ſi interuenerit contractui per minorem facto ſtatuti forma minimè ſeruata, nùm conuulſo eo, conuellatur & ipſius fideiuſſoris obligatio? exanimatur, & nu. 2.*

3 *Minorum fideiuſſores, an vti eorum priuilegio quoties nulla efficiatur alienatio? & num. 4.*

5 *Obligatio minoris inualida ſtatuti diſpoſitione, nullam quoq; cenſeri, & fideiuſſoris ipſius.*

6 *Iacobum Menochium exornari, validéque extolli.*

RACEMATIO 10.

FOrtunati prudentes propè ſuper ethæra noti, & reliqui non immemores interpetres memoriæ prodidére illud iuris affatum, vbicunq; lex, decretum habet irritans, vel aliâs totum annullet ex vno vel partis defectu, totum vitiari tunc actum, legemque prohibitiuam, ſemper intelligi clauſulam actus annullatiuã habere, ex Theodoſij, ac Valentini Cæſarum reſponſis in l. non dubium C. de legib. vbi Iaſo. & alij, ex recentioribus Marcus Aquil. in l. 1. §. ſed ſi mihi, num. 57. num. 58. de verbo: obligatio. cũ ſimilibus à Philip. Dec. con geſtis conſ. 455. conſil. 458. atq; à Iaſ.
1 conſ. penul. lib. 4. † at fortunatior mihi eſſe videtur locus is, de quo nunc verba facturus ſum. Etenim in regno comperitur Caroli Regis ca-

gis caput 78. de contractibus minimè celebrandis cum minoribus decem, & octo annis etiam cum iuramento, ſine curatoris, vel iudicis auctoritate pulchrę recordationis eſt, quid ſi interuenerit fideiuſſor huiuſmodi obligationi ſeu contractui minoris forma capitis ipſius non ſeruata, nùm quemadmodum minoris illius prömiſsio inualida reputatur, iudicari quoq; debeat fruſtranea, & irrita fideiuſſoris obligatio? & quidem paucis abſoluẽdo, ac citra allegationum pompa procedendo, vt cum And. Alciat. celebri viro exor-
2 diar, conſ. ſuo 116. lib. 5. cum ſimilibus. † non nulla capita transplantanda fore cenſui, vt dilucidior res ipſa fiat, & ne obſcuritas exoriatur vt cum Ioſep. Maſcard. concinam. tracta. ſuo de probatio. nume. 10. lib. 1. de probationibus in initio, quorum primum eſt, ſi contingat minorem alienare; & ob id, ſuo nomine aliquem fideiubere prömictẽdo ſuis infacultatibus; & perſona contractum illum obſeruare, & tunc eo ventum eſt, quòd quãuis contractus annulletur ob priuilegium minori competens, attamen haud liberari fideiuſſorem præcitatũ ſed citiùs aſtringi ex traditis ab Alex. conſil. 66. in extremo, lib. 4. Paul. Pariſ. conſil. 16. num. 110. & inferiùs lib. 2. Marc. Ant. Natt. conſ. 272. lib. 2. Io. Rouchegallus in l. reos poſt num. 27. ff. de
3 duob. reis cum concomitantibus alijs, † ſecundum in ordine caput ſit, fac tutorẽ, vel curatorẽ abſq; minoris interuentu prędia diſtraxiſſe, & propterea pollicitũ fuiſſe de euictione in ſuis facultatibus proprijs. in præſenti capite, ſi fortè minor reſciſſo contractu, rem diſtractam vendicauerit, quòd minoris priuilegio vti minimè poterit ille curator, ſed eum aſtringi ad ea prædia manutenenda pro ſubſequuta euictione. ad hoc citantur ij Maximinianus, ac Diocletianus Cæſares in l. & ſi is, propè finem, C. de præd. mino. inquiunt namq; Cæſares, pignora ſanè, quę ob euictionis periculum idem curator ex rebus proprijs tibi obligauit, non prohiberis perſequi, & per illum textũ Io. Campeg. tracta. de dot. quæſt. 17. parte 4. cum ſimilibus.

4 Alterum, † & tertium caput eſt, fingamus minorem ipſum cum prætoris decreto, & ſic ſolléniter alienaſſe, illiuſq; nomine fideiuſſorẽ acceſsiſſe, & poſt modum minor, vt potè læſus, in integrum reſtitutus fuerit, an reſciſſo contractu ex parte minoris, reſcindatur quoq; ex parte fideiuſſoris? & nempè ſancitum eſt, minimè liberari fideiuſſorẽ in hac facti ſpecie ſicut memoriæ prodidêre Imperatores illi ſeuerus, Antoninus, Diocletianus, & Maximinianus in l. 1. l. 2. C. de fideiuſſoribus minorum, vbi ſcribentes adnotant. poſtremum caput, ſi minor ipſe diſtraxit, vel aliter ſe obligauerit, abſq; decreto, vel quia ſtatutum annullet obligationem ipſam tãq; non obſeruata illius forma, atq; ideò fideiuſſor accedens, & pro minore prælibato prömictens, propria bona non obligauerit, vt in terminis ſtatuti à Carolo Rege compilati vbi
5 ſupra, & † tunc fatendum erit quòd quemadmodum nullius eſt roboris obligatio minoris, pari melodia exiſtimari debet quoq; inualida fideiuſſoris illius, vt ex congeſtis à Iaſo. conſ. 133. nu. 19. lib. 4. Io. Cepha. conſ. 437. num. 22. lib. 3. & ſenſerat Alex. conſi. 66. num. 4. lib. 4. cum concordantibus, quæ puſillo iudicio meo, ſunt ferè digito liganda pro intelligentia Capitis ſuperiùs adducti, quando interuenerit fideiuſſor in alienatione non ſollemniter facta, & ſubſequenter ſtatuti
6 forma prorſus reiecta, † quæ quidem capita pulchrè, & doctè proſequitur egregius ille vir Iacob. Menoch. conſ. ſuo 813. num. 25. nume. 35. lib. 9. ad quem te conijcio, vt ad vberem aquarum fontem. nonnulla hũc ſpectantia ſcripſi racema. 83. circa caput Caroli Regis, 78.

ARGVMENTVM.

De ſollemnitatibus in diſtrahendis vniuerſitatum bonis, quæ, & quot? ſigillatim transplantari, de cauſis efficienti, materiali, finali, atq; formali concurrentibus, docuit Iaſ. conſ. 71. lib. 3.

SVMMÆ.

1 *Sollemnitates plures requiri reſpectu alienationis facultatum ciuitatis per totum ferè, & nume. 2. vbi de maiori parte conſiliariorũ, & de illorũ poteſtate, nu. 7. remiſſiuè.*
3 *Nomina conſiliariorum deſcribenda in actis atq; ſingula à notario ipſo exprimenda.*
4 *Conſiliarios campanæ ſono, vel voce præconum conuocari oportere.*
5 *Iuſiurandum à conſiliarijs adhibendum, fieri anteſignatis ſacroſanctis ſcripturis.*
6 *Decretum à prætore non perfunctoriè ſed re diligentius animaduerſa interponendum.*
8 *Conſcientiam clypeum fore rationalis animæ, vel ſenſum cognoſcentis bonum, & malum.*

RACEMATIO II.

INter complures quas deducimus ra-
cemationes tùm perutiles, tū quo-
tidianas non aliena eſſe indicatur
1 iſta quæ mox, ſe ſe nobis offert; †
nempè in diſtrahendis ciuitatum bonis, quæ
deſiderentur ſolēnitates, in quibus tot pupil
los, tot viduas, totq; deplorādas miſerabiles
perſonas contineri videmus. iucunde lector,
Alex. veritatis pater conſ. 1. nu. 14. lib. 4. quē
ſic nuncupat Hiero. Alba. conſ. ſuo 22. nu.
2. in ſimul cum alijs vtriuſq; iuris interpreti-
bus, vt Aymo. Sauilia. conſ. 652. poſt num.
3. lib. 4. Roland. Vallenſ. conſ. 90. num. 17.
& latè inferiùs lib. pr. Anton. Capic. deciſ.
93. Philip. Corne. conſ. 148. num. 4. lib. pr.
conſonis carminibus, pariq; melodia in eam
iuêre ſententiam, vt non nullæ requirantur
2 ſolemnitates, quarum prima † eſt, vt maior
ſaltim pars, conſiliariorū vniuerſitatis ipſius
interueniat, ex Cæſaris documento in l. vlti.
C. de venden. rebus Ciuita. ſcribunt Socci.
conſ. 95. num. 4. lib. 3. Curt. Iun. conſ. 174.
num. 37. Philip. Dec. conſ. 151. num. 13. ex
quorum pronuntiatis, datur intelligi duas ex
tribus adeſſe debere partes, quibus exagero,
Nicola. Bello. conſi. ſuo 39. in ſimili conſe-
runt ea quæ doctè ſcribit, Aym. Sauilia. conſ.
949. num. 3. & inferiùs lib. 5. Tybe. Decia.
conſ. 65. nu. 35. & inferiùs lib. 5.
3 Secunda ſolemnitas eſſe cenſetur, vt † con
ſiliariorum nomina, deſcribantur in actis. ex
traditis, à Roland. ſuperius citato num. 21.
vbi de communi ſententia * argument. corū
quæ eleganter cōmemorant, Hyppo. Marſ.
conſ. 131. num. 6. & conſ. 133. num. 4. Io-
ſep. Maſcard. concluſ. ſua 1315. poſt nume.
11. lib. 3. de probatio. cū ſimilibus. & ſi opor
tet tabellionem ipſum ſingula conſiliario-
rum nomina, exprimere adeo, vt ſatis mini-
mè ſit actestari ſe rogatum fuiſſe de aliena-
tionis inſtrumento, atq; ideo maiorem inter-
fuiſſe hominum partem, quæ quippè nominū
expreſſio, requiritur, vt ſciri rectè valeat, an
ij, bonum an nè ſceleſtum præſtiterint conſi-
lium, ex pulchrè congeſtis à Hiero. Cagno.
in ea iuris regula conſilij non fraudulēti, poſt
nu. 3. ff. de regu. iur. quo loci quærit de pro-
ponentibus in conſilijs aliquid, quo proximus
iniuſtè damnificatur, vel quòd iniuſta fiant
decreta, vt ibi per eum.
4 Tertia ſolemnitas † eſt, vt conſilium illud
campanæ ſono, præconiſuè voce, conuocatū
fuerit locupletibus ad hoc teſtimonijs, Curt.
Iun. conſ. 185. prope finem Iaſo. conſil. 71.
lib. 3. ac Roland. Vallenſ. conſ. 90. nu. 17.
lib. prælibato, cum concomitantibus, quos
eo loci ipſe affert. quarta ſolemnitas ſic, con-
ſiliarios ipſos, à principe licentiam obtinere
debere, ea alienādi bona immobilia quæ ip-
ſimet decreuerant diſtrahi valore
5 Quinta † eſt, quòd bona illa vēdenda ſub-
haſtentur, ex Ant. Capic. deciſ. 93. & Aym.
Sauilia. conſ. ſuo 476. nu. 4. lib. 3. ſexta ſit,
vt conſiliarij ipſi iuſiurandum adhibeant an-
teſignatis Sacroſanctis Scripturis, hercle, qd
re interſe benè diſcuſſa, ac peruigili cura ani
maduerſa, conſilium præbeant Vniuerſitati,
expediens fore, illius modi facultates ſic di-
ſtrahere. qui iuramēti actus, fieri debet priuſ-
quàm ad alienationē ipſam manus iniecturi
ſint. oportet itaq; iuramentum fieri non ſu-
per profanis ſcripturis, ſed diuinis Euange-
lijs, quemadmodum docuerat Imperator in
l. vltima, C. de vend. reb. Ciuit. vbi ſupra.
6 Septima † eſt, vt prætor ipſe decretū ſuum
interponat, & non perfunctoriè, ſed re dili-
gentiùs perpenſa, ad hoc inter cæteros ſcri-
bentes affertur, Roland. Vallenſ. loco ſæpiùs
citato num. 22. cum concordantibus à Tyb.
Decia. allatis, conſ. ſuo 43. lib. 4. amplè ad-
monuit, Ioſep. Maſcard. conclu. 486. num.
9. num. 10. lib. 1. de probatio. vbi ad multa
infert relatu eximia. poſtrema ſolemnitas
ſit, quòd de præcitatis ſolemnitatibus, vt po-
tè de tractatu, confici debeat ſcriptura. ab
alienationis inſtrumēto ſeparata, ſic poſt cæ-
teros recentiores docuit, Iacob. Menoch.
conſil. ſuo 726. lib. 8. vbi affatim, vberiùſq;
7 coaceruat librorum molem. † & vtrùm maior
vniuerſitatis pars, poteſtatem contra ſingu-
los habeat, quæ iuri communi minimè conue
niātur, & an poteſtas ſit de eo, quod ſingulo-
rum iura tangat? prænotandus eſt, Aymo.
Sauilia. conſ. 379. lib. 3. & conſ. 920. lib. 5.
cum concordantibus, ſed veh? cum ſuppor-
tatione bonorum, comperiuntur aliqui mo-
derni, & maledicti adulatores, aduerſùs vni-
uerſitates pauperrimas inhiantes, qui conſu-
lunt principibus extorſiones, & ob id exclamat
Felinus relatus per Hiero. Cagno. in l. con-
ſilij non fraudulenti, vbi ſupra poſt nume. 3.
quòd iſti deuoratores, & excoritores tenen-
8 tur in conſcientia ad reſtitutionem † quam
conſtat clypeum eſſe rationalis animæ, ex
Tyber. Decia. conſi. ſuo 54. num. 18. lib. 5.
vel ſenſum animæ cognoſcentis bonū, & ma-
lum Iacob. Menoch. conſ. 285. num. 31. lib.
3. & de conſcientia multa habes per Andr.
Gail. cap. 10. lib. 1. de pac. publ. his acce-
dit, rempublicam læſam in alienatione bo-
norum

Digitized by Google

uorum reſtitui ſicut Eccleſia, facto ſuorũ adminiſtratorum, & quemadmodum conſtitutum eſt pupillorũ reſpectu, paripaſſu, & vniuerſitatis ipſius. ſic venuſtè cauit Iacob. idẽ, conſ. 894. nume. 20. & inferius lib. 9. in appendice. de re ipſa idem recantauit conſil. 843. conſil. 844. lib. iſto, cum concordantibus. ab Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 330. num. 12. lib. 3. & an Ciuitas ſingulos ciues, eorũq; bona obligare valeat? tangit And. Gail. cap. 9. de arreſtis Imperat.

ARGVMENTVM.

In materia inſtrumentorum, mentionem facientium de alijs nùm probent, & quandò ex prudentum ſententijs, nectare multo cõnexis, hûc non inſigniter examinari, & inferiùs ſuis cum coãguſtationibus. ſcribit atq; declarat Tyber. Decia. conſ. ſuo 40. num. 12. lib. 4.

SVMMÆ.

1 *Inſtrumento referenti niſi inſtrumentum inſpiciatur relatum, minimè credi quamuis de eo, facta ſit, à notario fides, qui inſtrumentum referens confecerit, & num. 4.*

2 *Sententiam Cæſaris, in autent. ſi quis in aliquo documento. C. de edend. tranſcribi.*

3 *Inſtrumẽtum relationem habens ad aliud, de cætero conſtare oportet, ad quod relatio ſit, ex quò deficiente exemplari, deficit exemplum.*

5 *Notario teſtificante à ſe eſſe confectum relatum procurationis inſtrumentũ, habere nihilominus locum regulam citatam.*

6 *Notarij duo, pluresuè etiam ſi inſtrumentũ illud, ſe vidiſſe teſtentur, ad huc non credi.*

7 *Concluſionem dilatari, quamuis procurationis inſtrumentum, integrum ſit venditionis inſtrumento, inſertum.*

8 *Teſtis referens ſe ad ſcripturam, vel inſtrumentum, an probet? remiſſiuè.*

RACEMATIO 12.

ERuditionis integerrimæ ſua quidẽ tempeſtate Priſci Scriptores haud leuiter typis excudere enixi fuerũt ea, ſcitu non indigna iuris effata, quę nuperrimè aduertimus in communẽ hũc noſtrum conijcere locum. compertiſſimum, herclè apud eps, eſſe cenſetur, inſtrumentũ de alio inſtrumento mentionem faciens, fi-
1 dem † minimè facere, niſi inſtrumentum id, de quo fuit habita mentio inſpectum fuerit; ex reſponſo, Alpheni vari in l. in teſtamento, el primo, de conditio. & demonſtrat. & per illum tex. egregiè Aym. Sauilia. cõſ. ſuo 989. lib. 6. Alex. conſ. 3. lib. 2. & per Cæſarem in autent. ſi quis in aliquo documento, C. de
2 edend. dicebat namque Cæſar, ſi quis † In aliquo documẽto mentionem faciat alterius documẽti, nulla ex hac memoria fiat exactio, niſi aliud documentum, cuius memoria in ſecundo facta eſt, proferatur. & quæ ſequuntur vbi ſcribentes, qui varias reddunt rationes, inter quas, illa mihi prænotanda vide-
3 tur, ex Baldo eo loci, † dum inquit, quando vnum inſtrumentũ relationẽ habet ad aliud, oportet de cætero conſtare ad quod ſit relatio. quandoquidem ſi deficit exemplar, deficit & exemplatum. plura cumulant, & Hyſpanus ille Didac. Couar. cap. 21. poſt num. 2. practicarum quæſtionum Socc. Iun. conſ. 2. lib. 2. Curt. Iun. cõſ. 166. & Ioſep. Maſcard. conclu. 711. num. 5. num. 6. idem conclu. 923. circa principia lib. 2. de probatio. & eſt opinio cõcors * hûc ſpectant quæ copioſè admonent, Aym. Sauilia. conſ. 957. num. 4. lib. 5. Iacob. Menoch. conſ. 460. num. 12. lib. 5. Roland. Vallenſ. conſ. 60. num. 15. lib. 4. Iacob. idem conſ. 711. nu. 10. lib. 8. Tyber. Decia. conſ. 69. num. 6. conſ. 75. num. 18. lib. 4. quæ nempè ſententia ſuffragijs communi-
4 bus ſuffulta ampliatur † Et primò, vt ſi notarius in inſtrumento ſcripſerit Titiũ procuratorem Sempronij Cayro vẽdidiſſe certo pretio Sempronianum fundum, de quo quidem procurationis inſtrumento, notarius ipſe dixerit, ſibi conſtare teſtibus, atq; Iudici per quos dicat lectum fuiſſe inſtrumentum illud, & viſum, enimuerò prælibatæ relationi minimè fidẽ adhiberi, vt Titius ille fuerit Sempronij procurator niſi exhibitum fuerit ipſum procurationis inſtrumentum: ſic tradidêre Domini de Sacro Conſilio Neapolitano quẽadmodum patet in recollectis per Matthæũ Afflic. deciſ. 273. & eo loci, Cæſar Vrſillus, in additamentis ad eum, vbi multa congeſſit præclara. Sequuntur Petrus Foller. in pragm. de cenſib. in dictione illa tenoris, & continentiæ ſequentis nu. 11. Socc. Iun. conſ. 57. num. 4. lib. 1. Philip. Dec. conſ. 522. nu. 3. & idem in autent. ſi quis in aliquo documento vbi Pau. Caſtren. Alex. Hiero. Cagno. & Io. Bolognet. famigerati ſcribentes. Ioſep. Maſcard. conclu. 923. nu. 2. & conclu. 1005. num. 11. vbi ſupra, immemor quoq; non fuit Pyrrhus Alfa. præceptor meus, ad præcita-

tam autent. nu. 147. & ſenſerant Socc. conſ. 120. lib. 1. Alex conſ. 191. lib. 6. idem conſ. 6. lib. 4. Curt. Iun. conſ. 166. quibus aggrego Iacob. Menoch. operibus excelſum, conſ. ſuo 573. nu. 10. & paulò inferius lib. 6. quo loci, plures citat concordes inquiens, notario aſſerenti ſe vidiſſe, ac legiſſe inſtrumentum à ſe relatum minimè credi ni, de inſtrumento ipſo relato appareat, & ſubiungit, cõmunem opinionem * fore, huiuſmodi relationem notarij nullã facere fidem niſi inter partes ipſas quæ præſentes ſunt. idem ſcripſit conſ. 495. num. 6. lib. 5. & conſ. 722. ad finem lib. 8. doctè, & copioſè admodum cauit, inſignis ille vir, Tyber. Decia. conſ. 65. num. 23. & Paulo poſt lib. 5. voluit Aym. Sauilia. conſ. 883. num. 5. lib. ad huc 5. Secun-

5 do loco † ampliari iudicatur fidem haud adhibendam eſſe tam, & ſi notarius idem qui venditionis inſtrumentum confecerit, procurationis quoq; inſtrumentũ fecerit atq; ideò in venditionis contractu dixerit quemadmodum eſt videre, ex venditionis inſtrumento manu mei notarij fulcito niſi fuerit inſpectũ procurationis inſtrumentum pulchrè docuit Angel. in l. ſi donatio. C. de donatio. Philip. Dec. Hiero. Cagno. & reliqui ſcribentes ad autent. vbi ſupra, C. de edend. Deci. idem conſ. 503. Ioſeph. Maſcard. conclu. 923. nu. 4. idem concl. 1005. num. 11. lib. 2. de probatio. Pyrrhus Alfa. loco ſuperiùs citato nu.

6 148. tertio Ampliari cenſetur etiam ſi duo † pluresuè notarij teſtentur, ymò centum ſe vidiſſe procurationis inſtrumentum ſicuti vidimus, in exemplo, vt ſi id percepiſſe dicãt, nam ad huc fides neque adhibetur. ſemper enim relatum illud inſtrumentum erit exemplum, cui non creditur quantum vis à pluribus ſit confectum ſic ſcripſêre Bar. Soc. Pau. Caſtren. in autent. ſæpiùs citata, & eo loci Iaſo. num. 2. inquiens, hoc ſignandum eſſe lapillo Ioſep. Maſcard. conclu. 711. nu. 11. lib. 2. de probatio. vbi de conſono ſcribentium ore * teſtatus eſt, & aſſentitur Alexan. conſ. 81. lib. 3. Nicola. Boer. Deciſ. 281. nu. 4. dicens, ex Baldi ore in capite venerabilẽ, de electio. quòd vbi inſtrumentum non cantat, nec ipſe cantabit Venetorum more, Tyber. Decia. conſ. 72. nu. 33. lib. 5. Pet. Surdus deciſ. 231. & conuenire videntur Socc. conſ. 120. num. 2. lib. 1. Alex. conſ. 6. lib. 4. copioſus Maſcard. conclu. 923. num. 13. & conclu. 1005. num. 8. locis ſuperiùs deductis. Pyrrhus Alfa. ad autent. ſi quis in aliquo num. 150. vbi decrebriori ſententia teſtatur ** venuſtè declarat Socc. idem conſil. 266. lib. 2. admonent Curt. Iun. conſi. 168. Tyber. Decia conſ. 65. num. 23. lib. 5. cum

7 concordantibus. Quarto loco † dilatari poteſt quamuis totum procurationis inſtrumẽtum ſit venditionis inſtrumento inſertum, ei ad huc non credi, ſic conſtitutum fuit, à Gloſſa cap. Abbate in verbo, fiat fides, de verbo. ſignificatio. falſitas enim redargui poſſet in originali inſtrumento. ea propter, recentiores ad Philip. Dec. conſil. ſuo 522. permoti fuêre Alex. ſententia in conſ. 6. num. 8. lib. 4. quo in loco, Alex. ille ſcripſerat, relationem huiuſmodi, fidem minimè facere, niſi aduerſus eum qui præſens tunc fuiſſet, atque ideò nihil obijeciſſet. pro hoc accedat, Petrus Foller. in pragm. de cenſib. vbi ſupra, ac Cæſar Vrſillus ad Neapolitanas deciſiones 373. vlteriùs dicebant moderniores ad Decium de quo ſupra, ſi venditionis inſtrumentum interuallo aliquo, poſt procurationis inſtrumentum factum eſſet, reuocatum eſſe potuit. quæ omnia penè adnotat eleganter, & doctè Pyrrhus Alfa. loco citato num. 149 ſuper qua re, videndus eſt Ioſep. Maſcard. concluſ. ſua 1005. num. 3. nu. 5. & inferius, quibus in locis, non minus ſapienter, quàm ele-

8 ganter explicat lib. 2. de probatio. Quinto † ad huc loco ampliatur, reſpectu teſtium, ſi in iudicio ipſo interrogati teſtes de aliquo contractu, vel venditione rem, de qua agitur, explicent, & ob id ſubnectant, hęc ipſa, ita ſe habere pro vt in inſtrumento, de illius modi re celebrato, eo nempè caſu, nullam fidẽ eis quæ dixerint teſtes adhibendam eſſe ni, relata inſpiciatur ſcriptura, vt cauêre Mathæus Afflic. deciſ. 72. vbi Cæſar Vrſillus ad finem, ac Alex. conſ. 134. poſt num. primum lib. 2. de cuius rei veritate, adnotato quæ ſcripſi racematione 17.

ARGVMENTVM.

Primam hoc in loco enarrari coanguſtationẽ ſuperiùs antepoſiti anxiomatis.

SVMMÆ.

1 *Soluens Titio, vt procuratori tui creditoris in cuius ſolutionis inſtrumento notarius teſtetur Titium eſſe tui creditoris procuratorẽ, an mihi liceat quod ſolui à te repetere tametſi, de procurationis inſtrumento non probauero.*

2 *Neminem præſumi iactare ſuum ex Pauli conſtitutione.*

Facti

3 *Facti ſpecies Raphaelis Cumani cōſilio ſexto relata in qua inſtrumentum mentionem faciens de alio probat quomodo intelligenda, & in Tribunalibus obſeruanda?*

4 *Soluens ei qui paſſim creditoris procurator reputabatur ad pecunias exigendas liberatur quamuis procurator minus eſſet.*

RACEMATIO 13.

EX his quæ ſupra citauimus peculiari conatu nō nullas excerpere coangustationes eaſq; intercutaneo propè ſudore ſuis in locis preſtringere conabimur pro tenui noſtra facultate, potiſſima quarum eſt, quòd quamuis inſtrumento aliud inſtrumentum referenti minimè credatur quemadmodum mandati, & ſimilium ex quò ipſum procurationis inſtrumētum exhibere debet nihilominus haud leuis exoritur præſumptio pro inſtrumenti procurationis veritate † ſi igitur ſolui Titio, vt procuratorem tui creditoris in cuius ſolutionis inſtrumēto teſtetur notarius, Titium creditoris tui procuratorem eſſe, fas mihi erit, quod ſolui à te repetere. atq; ideò cautione deſeruando te indemnem præſtita, ipſe condemnaberis, vndè cùm incidenter, non autem principaliter de hoc dubitetur, actori aſſerenti cū iuramento illum eſſe procuratorem credendum erit. doctè ſcripſit Rapha. Cuma. conſ. ſuo 6. quo loci conſuluit, quamuis in contractu ſolutionis alicui factæ tamquam procuratori creditoris narretur recipientem procuratorem eſſe præcitati creditoris conſtante inſtrumento rogato per talem id fideiuſſori, vel alteri ſoluenti pro recuperando ſolutum minimè ſatis ſit, attamen inquit ipſe, nō modicam huiuſcemodi inſtrumentum operatur præſumptionem, vt ibi per eum. conducunt Ioſep. Maſcard. concl. ſua 923. num. 15. lib. 2. de probatio. Bellamera deciſ. 58. Curt. Iun. ad autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. nume. 54. Hyſpanus is Didac. Couar. capit. 21. nume. 2. in extremo practicarum quæſtionum aſſecla quoq; fuit Hieron. Cagno. in autent. præcitata ſi quis in aliquo num. 96. cum ſimilibus, & concordantibus † nemo enim ſuum iactare cenſetur ex Iuriſconſulti Pauli ſententia, in l. cum de indebito, ff. de probatio. contextus eſt in l. cū panus, ff. de ope. lib. vbi valens, idem cenſet Ioſep. Maſcard. quæſt. 10. nume. 24. in euidencialibus lib. 1. de probatio. Tyb. Decia. conſ. 1. num. 17. lib. 5. Iacob. Menoch. conſ. 986. num. 48. lib. 10. & ſimiliter facit pro tabellione, qui aſſeruit illum procuratorem, vel adeſſe procurationis inſtrumentum, ex Imperatore Gordiano, in l. ſemel, C. de re milita. lib. 12. & in l. ſicut. C. de fidei inſtrumento. cum ſimilibus, quæ tamen ſententia non admittitur duplici via prima eſt, ex eo quòd notarij aſſertio, tametſi quandam inducat coniecturam, nihilominus ad condēnandum non ſufficit ex quò nullus regulariter ex coniecturis damnari debet, at citiùs veris ex probationibus quemadmodum ſcriptum reliquêre Bar. & cæteri ſcribentes, in l. admonendi, ff. de iure iurad. examinat Aymo. Sauilia. conſ. 621. num. 8. num. 9 lib. 4. tangit, Tyber. Decia. conſ. ſuo 54 ante nu. 15. lib. 5. vbi nu. 16. aſſerit Iudicem aliquando poſſe præſumptionibus, & coniecturis cōdemnare, & abſoluere. idem Tyber. affluenter ſcripſit, conſ. 76, num. 24, lib. 3, ſecunda eſt nam aduerſari videtur Cæſaris reſponſo, in autent. ſæpe ſæpiùs aducta ſi quis in aliquo documento, dum dicitur, eo in loco, ex hac mentione nullam fieri exactionē, & quæ ſequuntur. Sed † aduerte quæſo, Rapha. Cuma. ſententia, tueri poſſet, & tunc in tribunalibus obſeruari, & maximè quòd non graue ſit, debitoris præiuditium, cùm ei cautum fuerit per prōmiſſionem de illo indēni conſeruando ſi aliquam patietur vexationem fortaſſe in quam, ſi aliæ ad eſſent coniecturæ, vt potè quia Titius, vt procurator tuus, à cæteris quoq; alias pecuniæ ſummas exegiſſet regula illa coadiuuante, ab Vlpiano Iureconſulto tradita in l. Barbarius ff. de off. præto. ac ab Imperatore Adriano deducta in l. 1, C, de teſtament. fuſiſsimè tradit Ioſep, Maſcar, conclu. 648. num. 1. num. 2. num. 5. & inferius lib. 2. de probatio. Aym, conſ. 758. lib. 5. copioſè ſenſit Pyrrhus Alfa. ad autent. ſi quis in aliquo vbi ſupra poſt num. 154. quæ † opinio comprobatur, quòd ſoluens ei, qui communiter ab omnibus iudicabatur creditoris procurator ad pecunias exigendas liberatur quāuis procurator non eſſet ſic docuēre Africanus in l. eius qui in prouincia, ſi certū petatur atq; Vlpianus in l. ſi quis ſeruo, ff. de ſolutio. aſſentitur Soc. cōſ. 32. n. 22. lib. 1. aſſequutus eſt hanc quā præcitauimus ſententiā, Maſcard. vbi ſup. nu. 28. de probat. quib. omnib. addo ego Iacob. Menoc cōſ. ſuo 573. nu. 14. & latè inferiùs lib. 6. vbi declarat.

1 (margin, at "nis veritate †"); 2 (margin, at "tibus †"); 3 (margin, at "ſequuntur. Sed †"); 4 (margin, at "quis in aliquo")

ARGVMENTVM.

Secundam hāc, vt par eſt limitationem, ſiue exceptionem tranſplantari, & de inueſti-

turis

turis an vetus, recenſuè in conſideratione habeatur. Scribit Aym. Sauilia. conſ. ſuo 926. num.8. lib. 5. Tyb. Decia. conſ. 83. ſub num. 6. lib. 4. nonnulla pulchra Aymo. idem conſ. 681. lib.4.

SVMMÆ.

1 *Inſtrumentum mentionem faciẽs de alio, probat quando continet certum aliquod, vel ſi referens poteſtatem habeat conſtituendi id quod, in relata continetur ſcriptura. & nu. 6. & num.7. vbi indagatur, & num.8. vbi duo, & principes caſus enarrantur & n.11.*

2 *Procuratorem ſi quis declarauerit ſe conſtituiſſe Sempronium, opus non erit procurationis inſtrumentum, oſtendere.*

3 *Princeps ſi alicui priuilegia concedat, quæ antoceſſores eius habuêre ſi ea non appareãt, an valida ſit conceſſio? & quid tenendum? & num.4.*

5 *Conſuetudine, vel municipali lege ſi mercatorum codici fides habeatur, & vnius libri rationes, ſint in alium relatæ an referenti codici quamuis relatus minimè proferatur fides præſtari debeat?*

9 *Pomponij verba in lege, ſi ſerui legati, de legatis pro enarrari ac ponderari.*

10 *Inueſtituram primam, & veterem non herclè poſteriorem, attendendam in Baronijs.*

12 *Confeſſionem relatiuam minimè probare quoties nil reperiatur in inſtrumento relato.*

RACEMATIO 14.

CApio nunc ſecundam in ordine coanguſtationem, quæ eſt ſi referens facultatẽ habet cõſtituẽdi id quod in relata contineri fertur ſcriptura;

1 vel † quando inſtrumentum mentionem de alio faciens, atq; ideò ſe ad aliud referens, aliquod contineat certum, vel ſi ſpecificè id continet, quod in alio continebatur inſtrumẽto, indubitatuſuè tenor relatę ſcripturæ ſit expreſſus dubio procul, referenti credendũ eſt. quemadmodum in hac ciuili ſapientia ſcripſêrè oculatiſsimi illi iuris interpretes, Bar. in l. admonendi num.7. ff. de iureiuran. vbi Iaſo. num.28. comment. primo, vbi quoque Franciſcus Ripenſis nu.35. And. Alciat. ad autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. nu.13. vbi Alex. Socc. Hiero. Cagno. & Ioannes Bolognet. vbi Recentiſsimè Pyrrhus Alfa. num.155. quo loci † num.156. ſub

2 dit, ex Andreæ Alciat. ſententia, vt ſi quis declarauerit, ſe conſtituiſſe procuratorẽ Sempronium, minimè ei neceſſe ſit procurationis inſtrumentum exhibere cum declarationis tempore conſtituere potuiſſet, vt ibi per eum. accedãt ſuperiùs citatis, Ludo. Gozad. conſ. 57. num.8. Nicola. Boerius qui de cõmuni * teſtatur ſententiam deciſ. ſua 281. n. 5. & poſt eum Ioſep. Maſcard. conclu. 923. num. 6. num. 9. num. 10. lib.2. de probatio. plura venuſta ſcribit, Tyber. Decia. conſ. ſuo 40. num.12. lib.4. ex hac quam prænotauimus limitatione, duo fluxiſſe iudicantur al-

3 terum eſt, quod ſi fortè princeps † Sempronio concedat priuilegia quædam quæ Sempronij maioribus, anteceſſoribuſuè fuerant conceſſa, valida nempè reputari debeant eiuſmodi priuilégia, tam & ſi præcitata conceſsio anteceſſoribus facta haud appareat. dummodo certa ſint priuilegia poſtmodum conceſſa Iaſo. Franciſcus Ripenſis locis ſuperius citatis, atque deductis in l. admonendi cum concordantibus ab Aym. Sauilia. conſ. ſuo 367. poſt nume. 3. lib. 3. Andr. Alciat. Hiero. Cagno. & moderniores in autent. ſi quis in aliquo, C. de edend. adeo, ut vnanimi conſenſu conuenire exiſtimentur. quod anxioma, ampliari ad huc recenſêre, ſi princeps ipſe, verbis illis vſus fuerit, pro ut, vel ſicut, & quemadmodum, maiores, vel anteceſſores tui habuêre, ac poſsidêre; ſolida namque, ac firma priuilegia erunt, quamuis anteceſſorum priuilegia, minimè comperiãtur. admonet Curt. Iun. tracta. fæudo. quæſt. 7. Ant. Capic. in inueſt. feudo. dictione pro ut ſui anteceſſores, & indictione ſecundum quod ſui anteceſſores, Franciſ. Aret. conſ. 76. Philip. Dec. conſ. 169. num.4 & prænotandus eſt, Tyber. Decia. conſ. 5. num. 14. & poſt num. 58. lib. 4 vbi de pulchro caſu recenter poſt multa alia, doctè ſenſit, Pyrrhus Alfa. ad autent. ſi quis in aliquo, num. 158. & ſub num. 160. vbi adnotat, à commu-

4 ni * ſententia minimè recedendum † cui addo Iacob. Menoch. conſ. ſuo 341. num. 12. num. 13. lib.4. quo loci, alios conuocat iuris interpretes, quę nempè ſententia concors intelligenda ſit habere locum, ſiue in priuilegio Principis confirmante aliud ſit commemorati priuilegij cõfirmati tenor expreſſus, ſiue non: dummodo certa ſit, & indubitata relatio ipſa quod ex Bal. mente fuit, in l. pr. propè finem, C. de Epiſco. & Cler. cui aſſentiri viſus eſt And. Alciat. in autent. ſi quis in aliquo num.14. cum ſimilibus, & ita poſt illos, declarat Pyrrhus Alfa. vbi ſupra num. 161. quã ſententiam ipſe pinguefacio, ex ſuccis Tybe. Decia. conſ. 58. num. 61. & inferius

riàs lib. 2. vbi non minùs ſapienter quàm do-
ctè & venuſtè reſpondit, & iàm poſt eum, ex-
plicauit Iacob. Menoch. conſ. 391. num. 32.
nu. 33. lib. 4. conducunt adducta per Nicola.
Boer. deciſ. 247. n. 3. & cōgeſta per Maſcard.
conclu. 923. vbi ſupra num. 9. rationem affe-
rens num. 10. cuius pronunciata apud eum à
quouis ingenioſo in fonte videri poterunt ſen
ſerant Iacob. Mandel. conſ. 68. num. 7. Ni-
cola. Bello. conſ. 36. Nicolauſq; Beor. deciſ.
16. præcognoſcendus eſt Io. Cepha. conſil.
423. num. 25. nu. 34. lib. 3. Curt. Iun. conſ.
5 ſuo 97. numer. 4. & paulo poſt alterum eſt †
quòd ſi conſuetudine, vel municipali lege
cautum ſit, vt mercatorum libris fides adhi-
beatur fieri enim haud ambigitur, vt ſcriptu-
ræ etiam priuatæ à conſuetudine, vel ſtatu-
to tribuatur auctoritas Alex. vbi cæteri iuris
interpretes in l. pr. §. vltimo de verbo. obli-
gatio. Ioſeph. Maſcard. conclu. 711. nu. 15.
idem conclu. 1294. nu. 15. lib. 2. lib. 3. de
probatio. vbi de concordi, & conſono ſcri-
bentium * ore, Marcus Aquilinus doctus Ca-
laber, in l. gallus, §. & quid ſi tantum nu. 24.
parte 2. de liber. & poſthum. niſi delinquēti
occaſio præſtetur Bal. in l. 1. col. 4. C. de cō-
feſ. cum concordantibus traditis ab Octauio
Gloritio in cap. ſuper literis nume. 329. de
reſcript. quo fit, vt ſi vnius libri rationes in
alium ſint relatæ librum, quibus debitum ali-
quod certa ex cauſſa narretur huic poſterio-
ri herclè codici referenti quamuis relatus li-
ber minimè producatur, fides adhibebitur
ad quam probandā ſententiam citantur Frā-
ciſcus Ripenſis in l. admonendi, num. 36. ff.
de iureiuran. Bart. Socc. in autent. ſi quis in
aliquo, vbi ſupra nume. 8. vbi quoq; aſſecla
fuit, And. Alciat. nu. 13. quod adducit Pyr-
rhus Alfa. loco præcitato num. 157. explican-
do, vt ibidem per eum, ſed prænotandus eſt
Ioſep. Maſcard. conclu. 1318. num. 121. lib.
6 3. de probat. † aduertat quæſo, candidus,
benignuſq; lector, quòd ſine coanguſtatione,
hanc ipſam quam præcitauimus exceptionē
non labi patiatur, in ſimul cum ijs quæ ema-
narunt ab ea, minimeque referre grauabi-
mur nempè, vt ei non ſit locus, ſi forſan præ-
notata comperiatur ſcriptura diuerſumque
contineat quam narratum fuerat, eo namq;
caſu, per errorem cenſetur relatio facta, ta-
metſi de principis voluntate pateat. Philip.
Dec. in autent. ſi quis in aliquo vbi ſupra nu.
40. idem conſ. 350. num. 6. idem conſ. 63.
poſt num. 6. Alexa. conſ. 9. num. 12. lib. 5.
Curt. Iun. conſ. 24. ſub nume. 3. Franciſcus
Ripenſis in l. admonendi nu. 36. de iureiura.
Ioſep. Maſcard. concluſ. 923. ſub. num. 10.
verſ. limitationem ipſam intelliges, lib. 2. de
probatio. Pyrrhus Alfa. ad autent. ſi quis in
7 aliquo, nu. 162. † verum enim verò ne quem-
uis obſecro ingenioſum perturbem, rem ip-
ſam, altiùs, ac medullitùs aggredi volentes,
indagandum erit, an cùm in ſcriptura ipſa
relata, aliter quàm in referente comportum
fuerit, relatio ita caſſa, & irrita eſſe putetur,
in tantum, vt tùm id quod in relato tùm, &
quod in referente diſpoſitum ſit, vel conſti-
tutum minimè obſeruandum? an ne forſitan
id tantùmodo attendi debere quod in præli-
bata inueniatur ſcriptura? Alex. quippè conſ.
ſuo 9. num. 12. lib. 5. Franciſcus Ripenſis ad
leg. Admonendi vbi ſupra, recenſē e ſimpli-
citer annullari, ac vitiari conceſſionem ipſā,
at nō expreſſēre vtrùm id quod in relata ſal-
8 tim ſcriptura reperiatur, obſeruandum ſit? †
& nempè duos principes caſus conſtituendi
ſunt quorum primus eſt, ſi ſcriptura relata va-
lida erat adeò, vt quod continebatur in illa
dubio procul ſortiebatur effectum ſine refe-
rente ſcriptura, & tunc vera ſit ſententia Phi-
lippi Dec. conſ. 63. num. 6. atq; Hiero. Ca-
gno. in præallegata autent. ſi quis in aliquo
num. 89. obſeruari, & attendi nempè debe-
re quod in relate comprænditur ſcriptura,
nullo habito reſpectu, ſcripturæ referentis.
ſuadetur hoc l. ſi ſerui legati de lega. primo
9 Pomponius eo loci ducuit, ſi † legati ſerui no-
mine ſtipuletur legatarius, fugitiuū eum non
eſſe, præſtari: nihil veniet in eam ſtipulatio-
nem; quia quauis eſt, talis ex teſtamento præ-
ſtari debet: nec nullum in legato damnum fa-
cere intelligitur. ponderantur verba Pompo-
nij, dum dicit, talis ex teſtamento præſtari
debet hoc eſt, minimè ex ſtipulatione quæ
aliud comprænhendebat quàm teſtamentum.
10 & ea propter, ſi inueſtitura † ſecunda primā
renouans, alia ſub forma, fæudum, præſtet,
quàm prima, attendenda nempè erit prima
abundè tradidit Tybetius Decia. conſ. 24.
num. 6. & inferius lib. 1. hinc infertur quòd
ſi in prima fuerit dictum concedo Baroniam
pro maſculis, & feminis, in altera verò fuerit
pro maſculis ſolummodo expreſſum, feminis
ipſis, nullum inferri præiudicium quin ſuc-
ceſſionem obtineant: etenim nos legimus,
recentem inueſtituram alteram habens for-
mam quàm antiqua, antiquæ formam haud
mutare Cardina. Florent. conſ. 92. Bal. conſ.
215. lib. 2. Curt. Iun. locupleti ſuo tracta.
feudo. quæſt. 7. parte 2. & facit tex. cap. 1. de
vaſſa. decrep. æta. Io. Ant. Cannetius conſi-
culus & meus comitatenſis in extranag. ſi ali-
quem

Digitized by Google

quem Iacobi Siciliæ Regis queſt. 161. dum inquit, in primis adnotandum eſt, quòd ſeruitium militare num. 20. fol. 255. & prænotandi veniunt Io. Cepha. conſ. 12. num. 26. conſ. 27. lib. 1. Iacob. Menoch. conſ. 1. num. 124. & num. 125. & conſ. 104. num. 20. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 185. Curt. Iun. conſ. 108. num. 18. Roland. Vallenſ. conſ. 55. num. 32. lib. 3. Iacob. Menoch. conſ. 632. conſ. 635. num. 11. lib. 7. idem conſ. 799. num. 39. côſ. 745. num. 24. conſ. 722. num. 62. num. 65. lib. 8. idem conſil. 504. num. 41. atq; idem conſ. 515. num. 14. lib. 6. cum concordantibus ab Aymo. Sauilia. congeſtis conſi. ſuo 679. lib. 4.
11 † Secũdus caſus eſt quòd ſi relata ſcriptura in efficax, & ventoſa erat, & tunc clari iuris eſſe arbitrantur recentiores, vitiari conceſsionem quæ nullum habebit effectũ neque ex relata quemadmodum reſpondit Alex. conſ. 156. lib. 6. & cum nullius ſit momenti eam ob rem, ſequitur nullum parere effectum ex iuris conſulti Vlpiani pronũtiato in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudica. cũ vulgaribus, & mille concordantibus. Aymo. Sauilia. conſ. 420. poſt nu. 2. lib. 3. Roland. Vallenſ. conſ. 26. num. 7. num. 11. lib. 3. & per illum tex. Roland. Vallenſ. cocſ. 76. nu. 31. lib. 2. conſi. 17. num. 24 lib. 3. & conſ. 49. num. 29. lib. 4. quam diſtincionem attulit Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in aliquo documento, ſub num. 162. C. de edend. late inferiùs
12 † hûc congruere videntur inſignia exempla Tyber. Decia. conſ. 108. num. 67. & conſ. 36. num. 8. lib. 2. & conſ. 33. num. 62. & conſil. 48. num. 12. lib. 5. & eiuſdem conſ. 113. num. 16. lib. 3. & conſ. 5. nume. 26. lib. 4. Ioſep. Maſcard. concl. 358. in ſpecie num. 5. & conclu. 385. lib. 1. de probatio. Aymo. Sauilia. conſ. 666. num. 3. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 837. num. 20. lib. 9. & conſil. 476. num. 8 lib. 5. cum ſimilibus ab eodem Tyber. conſil. ſuo 2. num. 42. lib. 4. & conſ. 21. num. 38. lib. 2. vbi de confeſsione relatiua pro vt in inſtrumento tali ſi in eo nihil reperiatur cõfeſsio non præiudicat. Philip. Dec. conſ. 374. num. 4. Alex. conſi. 81. num. 9. lib. 6. Curt. Iun. conſ. 92. num. 10. Pet. Surd. deciſ. 291. num. 16. & inferiùs in cauſam pretij Curiæ, & an relato ſtandum quoties aliter in relato quàm in referente inueniatur? & de dictionibus iſtis, ſiue particulis prout, ita vt, atq; & non diſsimilia his Alex. conſ. 106. num. 21. lib. 3. Aymo. Sauilia. tangit conſil. ſuo 956. num 3. & inferiùs, & num. 14. lib. 5. Iacob. Menoch. conſ. 864. num. 15. lib. 9. Tybe. Decia. conſ. 33. num. 28. & conſ. 48. num. 20. lib. 1. vbi de dictione ſecundum quid dictec, idem conſ. 123. num. 31. lib. 3. vbi de dictione quemadmodum And. Alciar. conſ. 80. lib. 6. Alexand. conſ. 216. lib. 7. multa locupletiora admonuit Aymo. conſi. 98. num. 55. num. 65. lib. 6. Tyber. idem conſ. 29. num. 36. lib. 2. ſed vide obſecro caſum And. Alcia. conſ. 17. num. 15. lib. 8.

ARGVMENTVM.

Tranſcribuntur binæ aliæ coanguſtationes quæ ex contentis iàm apparent.

SVMMÆ.

1 *Inſtrumentum de alio mentionẽ faciens probare, ſi notarius de partium conſenſu inſpexit inſtrumentum, alq; retulit. & quo pacto intelligendum? explicatur, & num. 2.*

3 *Exemplar quamuis de partium volũtate fiat, minime probare ſi partes ſpeciatim originale non approbauerint.*

4 *Inſtrumentum ſe ad aliud referens, aduerſus contrahentes in eodem inſtrumento præſentes, ac conſentientes probare.*

RACEMATIO 15.

Confero me modò non incõgruè ad tertiam limitationem, quòd quamuis inſtrumentum de alio mentionem faciens, minimè probet niſi
1 relatum inſpiciatur † attamen ſi notarius de contrahentium mandato, id relatum inſpexiſſet inſtrumentum, & ob id illud, in ſecundo retuliſſet inſtrumento, nempè tunc referẽti ſcripturæ fidem habendam fore, tametſi relatum minimè inſpectum fuerit, teſte ad hoc Iureconſulto, Seyſ. in autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. num. 37. & iàm memor fuit copioſus Ioſep. Maſcard. cõclu. 923. nu. 16. lib. 2. de probatio.
2 † at qui Hiero. Cagno. in præcitata autent. ſi quis in aliquo nume. 97. apertius explicans, inquit procedere ſi inſtrumentum ſit non tantùm à notario de cõtrahentium mente viſum, verũ etiam contrahentes ipſi dixerint, illud verũ eſſe ex coaceruatis à Cagno. eodem met vbi ſuprà, quæ ſcripſit ad ſecundam Bart. quæſtionem quo in loco, ex conſono ſcribentium ore permotus ait, ſi exemplum de partium
3 conſenſu ex autentico depromtum fuerit, ac ſi autenticum fidem facere, dũmodo partes autenti-

autenticum verum eſſe aſſeruerint doctè narrat Pyrrhus Alfa. ad autent. vbi ſup. nu. 163.
3 † quemadmodū exempli reſpectu ſancitum eſt, ſi etenim partes ſimpliciter tabellioni mandauerint, vt inſtrumentum depromat, & non affirment verum eſſe inſtrumentum, non probat quamuis exemplar de partium conſenſu fieret. datur itaq; intelligi, vt expreſsè contrahentes approbare velint originale ad hoc, vt valdi ſit momenti, & tamen locum ſibi vendicare putatur, inter ipſos dumtaxat qui mandauerint exemplum fieri, non autem contra tertium. Soc. conſ. 274. lib. 2. docuit Ioſeph. Maſcard. concluſ. 711. num. 52. nu. 54. & num. 55. idem conclu. ſuperius citata 923. num. 17. multa præclara ſcribit. Tybe. Decia. conſ. ſuo 40. num. 12. lib. 4. quando
4 relatum probet, vt ibi per eum † quarta coāguſtatio ſit, vt haud inter contrahentes locū habeat inter eos enim enunciatiua, verba. & aliud referētia inſtrumentū, probare iudicātur. ex Cæſaris pronūciato, in l. optimā, C. de cuntrahēd. ſtipula. & per illū tex. Tybe. Dec. conſ. 52. nu. 46. lib. 3. & conſ. 40. nu. 43. lib. 4. Socc. conſ. 266. nu. 1. lib. 2. Ioſeph. Maſcard. concl. ſuperiùs adducta 923. nu. 5. Pyrrhus Alfa. ſuperiùs quoque citatus, nu. 166. de qua quidem limitatione Deo duce, fuſiùs explicabimus Racematione 26. obiter occurrit vnum, de amiſsione inſtrumenti an creditoris iureiurando probetur, de quo abundè per And. Gail. obſerua. 37. lib. 2. practic. obſerua.

ARGVMENTVM.

Superiùs ad hūc citatæ concluſionis, quintā enarrari coanguſtationem.

SVMMA.

1 *Inſtrumentū ab aliquo productum, aduerſus illum probare, & num. 2.*
3 *Sententia crebrior eſt propè, inſtrumentū producentem referentē aliud, quòd contra producentem probet, & nu. 4. vbi de conſono ſcribentium ore.*
5 *Excipientem non fateri veram eſſe intentionem actoris, ex Marcelli reſponſo.*

RACEMATIO 26.

SVpereſt nūc, vt quintam aggrediamur coanguſtationem, quæ eſt hu-
1 iuſmodi, ſi inſtrumentū † aliud referens ab aliquo productum fuerit, aduerſus eum, dubio procul probare. ad tradita per Socc. conſ. ſuo 11. lib. 3. memoriæ prodidēre ſcribentes à Philip. Dec. & Felin. citati, cap. cum venerabilis, de exceptio. hic num. 16. ille num. 22. vbi de concordi voto quo fit, vt detur manifeſtè intelligi, producentem productione ſua faſſum eſſe cenſeri, vera forè quæ in inſtrumento relato compre-
2 henderentur. † at qui videretur, vt eo modo producens inſtrumentum, minimè exiſtimētur ſimpliciter fateri omnia in eo comprehēſa vera eſſe, ſed prout in ipſo continetur inſtrumento. ſi igitur de relato non conſtet, minimè fateri putatur. & tamen in eam non nulli iuēre ſententiam, quòd ſi fortè relatum taſe quid eſſet, de quo, referens liberè diſponere valeat, atq; ideò relatio indubitata eſſet, & explicitè facta, eo quippè caſu, probaret contra referentem hæc ſe habere teſtatus eſt, Ioſep. Maſcard. concl. 923. num. 19.
3 num. 20. lib. 2. de probatio. ſed quicquid † ſit inſigniorem fortè crebrioremq; arbitratur Socc. ſententiam conſ. 11. lib. 3. Pyrrhus Alfa. ad præcitatam autent. ſi quis in aliquo documento, ſupra num. 165. quamuis And. Alciat. & Hiero. Cagno. improbauerint quibus obiectis, & rationibus egregiè reſpondet Pyrrhus ipſe, vbi ſupra, num. 164. fol. 166. quam opinionem ipſe admiſerem ex adnotatis, à Tyber. Decia. conſ. 47. num.
4 8. num. 89. lib. 5. conſil. 78. nu. 31. vbi † de vnanimi doctorum conſenſu, & conſil. 66. nume. 17. lib. 4. vbi declarat Mar. Aquil. in l. non ſolum § morte, num. 278. de ope. nou. nuncia. poſt iuris interpretum turbam Tyb. idem, conſ. 14. num. 40. lib. 5. Iacob. Menoch. conſ. 260. num. 28. lib. 3. & conſ. 320. num. 36. & conſ. 342. lib. 4. Aymo. Sauilia. conſ. 882. num. 14. lib. 5. idem conſil. 637. num. 6. num. 13. vbi explicat lib. 4. qui quidem Pyrrhus ſubdit, num. quoq; 165. Socc. reſponſum reſtringi, locum ſibi non vendicare, ſi is qui inſtrumentū produceret id pa-
5 tefaceret. † ad excipiendum, enimuerò, qui excipit non fatetur veram eſſe intencionem actoris indicto ad hoc teſte, Marcello, in l. nō vtiq; ff. de exceptio. & per illum tex. adeas Ludo. Roma. conſi. ſuo 77. poſt num. 3. vbi Horatius Mandoſius cum concordantibus.

ARGVMENTVM.

De teſtibus referentibus ad primam depoſitionem, vel inſtrumentum aliquod, nūm illorum pronunciatis, credatur? & quid de binis depoſitionibus aduerſis cui ſtandum?

Digitized by Google

dum? declarauit, Iacob. Menoch. conſ. ſuo 221. num. 30. lib. 3. & an teſtis iterum examinatus ſe referre poſsit ad primam depoſitionem? diſtinguit, Tyber. conſ. 128. num. 6. lib. 3.

SVMMÆ.

1 *Teſtes referentes ſe ad ſcripturam aliquam, vel inſtrumentum an probent, & quandò? & num. 4.*

2 *Teſtis referēs ſe ad dicta in alia depoſitione, ſi in ea benè deponebat de poſſeſſione, vel alia de re, probare cenſetur.*

3 *Teſtem ſe ad depoſitionem priùs factam referentem an cogi poſſe, vt iteratò reſpondeat? & vtrùm in pectore Iudicis remittendum?*

5 *Pro difficultate propoſita, ſcribis, actuarijs, & Iudicibus, conſuli.*

6 *Teſtibus ad inſtrumentum aliquod ſe referētibus, an & quando credendum? tria quàm breuia enarrari capita, & num. 7.*

RACEMATIO 17.

Commodiſsimum in materia teſtiū illud nō inſubtiliter præcognoſcendum eſſe cenſui, nec ſilentio inuol-
1 uam. numquid † teſtes ad aliquā ſcripturam referendo ſe in iuditio interrogati de aliqua re, contractu, ſeu venditione, reſponderint ſuam denudando ſententiam, per illa verba, pro ut in inſtrumento, de re illā celebrato comprehenditur, probent? Campeginus non indoctus herclè vir, in affirmatiuam iuit ſententiam, regula ſua 348. tract. de teſtib. Bartholum citans, in l. eos, nume. 6. ff. de falſ. quæ ſententia fulciri poterit ex adnotatis, ab Alex. conſ. 133. poſt nume. 4. lib. 1. atq; à Maſcard. conclu. 1201. num. 9.
2 lib. 3. de probatio. vbi † teſtis referens ſe ad dicta in alia depoſitione, ſi in illa, de poſſeſſione, vel de aliqua, benè deponebat, optimè probat. ſed Campegius peccare videtur, Bartholum citans in prælibata leg. eos, nu. 6. namq; Bar. in alijs loquutus eſt terminis hoc eſt, vtrùm teſtis iterū interrogatus, ac examinatus inquiat, dico quēadmodum in mea prima teſtificatione dixi, ſit ei fides adhibenda nec ne? & eo loci nu. 6. neq; determinat va-
3 lidum eſſe illius teſtimoniū † ſed in pectore Iudicis poſitū eſſe, nū admittere velit, quem aſſequuti fuēre Felinus, cap. cum in tua, vbi Panormita. Abb. nu. 3. de teſtib. Socc. conſ. 98. nu. 20. lib. 3. Iacob. Menoch. caſu 109. lib. 2. de arbitrarijs Iudi. Ioſeph. Maſcard. conclu. 1368. num. 5. lib. 3. quo in loco ait, de plurium ſententia, & præſertim Nicolai
Boerij deciſ. ſua 108. nu. 6. teſtē referentē ſe 1
ad ſuā priùs depoſitionē factā, minimè probare, ſed cogi poſſe, vt iteratò deponat. Cā-
4 pegius † itaq; dicens, teſtem referentem ſe ad ſcripturam probare, intellexit quàndo is, refert ſe ad teſtificationem primam ſic generice, & eo caſu primæ teſtificationis vi, non ſecundæ probabit. ſic Pyrrhus Alfa. in autēt. ſi quis in aliquo, poſt nu. 151. C. de edend. vbi pinguiùs habes. & prænotandi veniunt, Philip. Corne. conſ. 56. num. 4. lib. 1. vbi de ſubtili, & ingenioſo diſcrimine, Iacob. Menoch. conſil. 722. num. 54. lib. 8. Ioan. Cepha. conſ. 287. num. 46. lib. 2. Cæſar Vrſillus ad Neapolitanas Matthæi Afflicti deciſ. 72. circa finē. atquì quatuor, & nempè principes, præclaroſque diſtinguit caſus, Tyber. Decia. conſ. 66. num. 4. & infer ius lib. 2. & idem conſ. 48. num. 7. num. 11. lib. 5. quos
5 non tranſcripſi, cum codices ſint impreſsi † inclytis tamen Iudicibus, actuarijs, & ſcribis, ad diſputationes tollēdas, quæ oriri poſſent, conſulitur, vt teſtibus dicentibus ſe ad primam referre depoſitionem, minimè acquieſcant, ſed interrogent, an teſtes ipſi dicant, quemadmodum in prima dixerunt teſtificatione, atq; ideò in actis ſic ſcribatur. at illud obſeruandum eſt, quòd ſi ſumus in criminalibus cauſsis, haud ſatis eſſe teſtem ipſum dicere, dico ſicuti in mea teſtificatione prima dixi, ita admonet Philip. Corne. vbi ſupra, quæ pulchra exiſtimari ſolent, refert, & ſequitur, Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in aliquo documento per ſępè citata, ſub
6 num. 151. fol. 260. † Cæterùm id applicandum eſt, quòd quamuis teſtibus ſe ad ſcripturam aliquam referentibus minimè credendū ſit, ni relata ſcriptura fuerit inſpecta, attamen reſtringitur ab And. Alciat. conſil. ſuo 80. lib. 6. vt ibidē per eum. & ne ampliùs hùc immorer, pro reſolutione tria capita capeſcenda fore iudicant recentiores, quorum primum eſt, ſi fortè contingat, teſtes dicere Titium Sempronio vendidiſſe prædia corneliana, de quibus inſtrumentum confectum fuit manu Franciſci, & tunc ſi inſtrumentum relatum exhibitum eſt, & inter illud, ac teſtimonium à teſtibus productum, cōperta fuerit repugnantia aliqua, quòd herclè teſtium pronunciatis, nullo pacto adhærendum eſt. at ſi non fuerit relatum inſtrumentum exhibitum, & tunc dictis teſtium legitimè ſtatur. alterum ſit caput, retēto eodem themate fac minimè dictum fuiſſe, de quibus eſt confectū inſtru-

Digitized by Google

inſtrumentum, ſed eo pronunciato, hoc eſt, pro vt apparet per inſtrumentum celebratũ manu Franciſci, & tunc inſtrumentum relatum ſpectare oportebit, ad hoc, vt teſtium pronunciatis, fides adhibeatur. poſtremum
7 † caput eſt, retenta quoq; eadem facti ſpecie ſi fingamus prolata fuiſſe illa verba, de quib. factum fuit inſtrumentum, & pro vt apparet, & ita non abſolutè pro vt, ſed copula adiecta, & tunc quamuis relatum inſtrumentum minimè inſpectum fuerit, nihilominus credendum eſſe videtur, talibus teſtium pronunciatis, & hoc pacto explicauit Pyrrhus Alfa. loco ſuperiùs citato poſt num. 152. cui nempè tertio capiti antè num. 153. pænitentia ductus non aſſentus eſt. ſcripſerā parumper racematio. duodecima nu. 8. videndus eſt Cachera. Pedamo. deciſ. 128. atq; And. Gail. oſſerua. 104. practica. oſſerua. lib. 1. de relatione teſtis ad primam depoſitionem.

ARGVMENTVM.

De hærede in materia inuentarij, qui hæreditarias aliquas obmiſsit res non ignoranter tranſcribere, an ab ipſius inuẽtarij adiumento prorſus exploſus cenſeatur? & de ipſius progreſsio, Roland. Vallenſ. conſil. 73. lib. 2.

SVMMÆ.

1 *Hæres qui ſcienter ſcribere ommiſſit non nullas hæreditarias res, vtrùm omni pęnitus inuentarij beneficio careat? & ob id inſolidum creditoribus hæreditarijs teneatur? & num. 13. vbi de crebriori ſententia.*

2 *Subſtantialia dumtaxat, ad rem conferentia attingenda fore.*

3 *Cæſaris reſponſum, lege vltima, C. de iure delibera. expendi, & ponderari, & num. 5. & num. 9.*

4 *Argumentum à contrario ſenſu maximi eſſe momenti.*

6 *Forma à lege tradita, ad vnguẽ obſeruanda.*

7 *Geminatio valdè molitur de qua relatu eximia, ſcribit Ioſeph. Maſcard. conclu. 838. lib. 2.*

8 *Argumenta de re, ad perſonam, & de tempore ad locum, & è contrario valida.*

10 *Tempora quãdo ſunt de forma obſeruari debent, ne actus corruat, tamquam forma minimè ſeruata.*

11 *Bartholus luminare iuris ciuilis ardentiſſimum, & de illius laudibus ſummiſet, & num. 12. vbi Hiero. Alba. exornatur.*

14 *Hæredem quæ detrimenta ſequantur, ſi inuentarium non confecerit remiſſiuè.*

RACEMATIO 18.

ERit fortaſſe thema hoc non inelegãs quod ex profeſſo tranſcribere curaui, & quamuis locis alienis congeſtum, attamen faſtidium minimè generare, nauſeãq; haud prouocabit quodcunq; itaq; ſit, boni conſule. hæres igitur qui non nullas omiſit ſcribere res hęreditarias in
1 inuentario, & hoc ipſum ſcienter, † an omni prorſus inuentarij prærogatiua, beneficio vè carere debeat, atq; ideo hæreditarijs creditoribus inſolidum teneatur? ſubſtãtialia dũtaxat, ac ad rem conferẽtia attingendo, quẽ-
2 admodum † docuerãt Bal. in autent. ex cauſſa, C. de liber. præter. Iaſo. conſil 2. lib. 1. Roland. Vallenſ. conſ. 34. lib. quòd primo, breuiùs reſpondetur, quæſtionem hanc à Salicet. & alijs tradi in l. vltima, §. licentia, C. de iur. delibera. potiſsimùm à Iaſo. eo in loco num. 4. quòd ſi hæres doloſè omiſeret in inuentario vnam, vel plures res ponere, attamen inuentarium valere ex quò punitur ad duplum illiùs rei quam obliuioni mandauit, vt ibi per eum, qui concorditer, communibuſq; * ſuffragijs teneri aſſerit. quibus nihilominus minimè aſſentior, ne citiùs obſeruare videar, iuris interpretum quàm Cæſarum ac iuriſconſultorũ reſpõſa quod valdè abhorrẽdum erit, comitatenſis meus Io. Ant. Cannetius adnotabat, extrauagant. volentes diſputatione incipit ſed quia permittit, num. 21. fol. 157. cum ſimilibus. ideoq; intrepidem
3 puto, † hæredem inſolidum teneri creditoribus hæreditarijs, primo loco ponderatur ad ſententiam hanc fulciendam Cæſaris reſponſum in ſuperiùs adducta lege, §. & ſi præfatã quo loci, ſic animaduerſum reliquit, vt ſi obſeruationem inuentarij faciẽdi ſolidauerint, hæreditatem ſine periculo habeant, & legis falcidiæ aduerſus legatarios vtantur beneficio, vt in tantum hæreditarijs creditoribus teneantur, in quantum res ſubſtantiæ ad eos deuolutæ valeant, & quæ ſequuntur. & ibidẽ Accurſius exponebat ſolidauerint hoc ẽ, cuncta inſolidum adimpleuerint, à contrario igitur ſenſu Cæſarem conſtituiſſe cenſeri aliter rem ſe habere, ſi tradita omnia de quibus in
4 ſibi minimè obſeruata fuerint, † & huiuſcemodi argumentũ maximi eſt momenti, apud Micantiſsimum Papinianum, in l. 1. de off. eius cui mãdat. ẽ iuriſd. prudẽtiſsimè reſpõ

Digitized by Google

det Franciſcus Mantica, tracta. ſuo coniect.
vltima. volunta. tit. 15. poſt nume. 7. lib. 3.
vbi de cōmuni * teſtatur ſententia nouè ſcrip
ſit præceptor meus Pyrrhus Alfa, ſuperius al-
5 lata l. 1. num. 96. fol. 73. ſecundo loco † per-
penditur, §. ille ſin verò poſtquam, in præci-
tata lege vltima, eo enim loci, ſic ſcriptum
reperitur, ſin verò poſtquam adierint, vel ſe
ſe immiſcuerint præſentes, vel abſentes in-
uentarium facere diſtulerint, & datum iam à
nobis tempus ad inuentarij confectionem ef-
fluxerit; tunc ex eo ipſo quòd inuentarium
ſecundum formam præſentis conſtitutionis
non fecerint, & hæredes eſſe omnimodo in-
telligantur, & debitis hęreditarijs inſolidum
teneantur. ecce formam à Cæſare præſtitu-
6 tam quam † nempè ad vnguem ſeruari opor-
tere traditum eſſe cenſuit Franciſcus Manti-
ca vbi ſupra, tit. 1. num. 23. lib. 4. vnà cum
congeſtis à Roland. Vallenſ. conſil. ſuo 30.
lib 3. accedit Octauius Gloritius qui copioſ-
sè, & affluenter multa cumulat circa formā
ſeruandam in cap. ſuperliteris in 2. notab nu.
64. num. 65. de reſcrip. tametſi ratio ceſſet,
ob quam forma fuit introducta ex Pauli ſen-
tentia, in l. ſi fundus ff. de reb. eor. qui ſub
tute. vt ibi per eum. proſequitur paulò infe-
rius Iuſtinianus inquiens, nec legis noſtræ be
neficio perfruantur, quam contendemnen-
7 dam eſſe cenſuerunt; adeſt itaq; geminatio †
quæ valdè molitur ſicut non illepidè reſpon-
det Celſus, in l. baliſta ad trebellia. Pyrrhus
Alfa. ad rub. de off. eius nume. 11. & quanti
ſit momenti, quantęq; virtutis, & efficaciæ,
plurima relatu eximia, ſcribit Ioſep. Maſcar.
conclu. ſua 838. lib. 2. de probatio. nec me
offendit, ſi quiſpiam ingenioſus obijciat, ve-
rum eſſe ratione temporis effluxi, nā reſpon-
detur, ex quò textus ille loquitur in omiſſa
temporis ſollemnitate igitur idem cenſetur
quoq; in neglecta rei ſollemnitate, quando-
8 quidem validum † eſſe conſtat argumentum
de vno ad aliud venuſtè docuit Triphonius,
in l. miles ita ff. de milita. teſta. Paulus in l.
qui plures, de vulga. & pupilla. ſubſtitutio.
Iaſo, in l. ſed, & ſi poſſeſſori, §. ſi cum de hæ-
reditate num. 3. ff. de iur. iurand. Maranta-
nus ſuo ſpeculo aureo parte 4. pr. diſtin. nu.
24. Iaſ. conſ. 81. ſub. num. 4. lib 3. Io. Mar
cus Aquilinus in l. 2. §. & harum num. 10. de
verbo. obligatio. parte 4. quemadmodū va-
let de tempore ad locum Philip. Dec. in l.
vinum num. 7. ſi cert. petat. cum alijs ſimi-
libus, & concordantibus. ad idem, & tertio †
9 deducitur textus, §. ſancimus, verſ. fiat igi-
tur inuentarium, cum verſ. ſi verò non fece-
rit in autent. de hæredib. & falcid. quoqui-
dem loco, traditum eſt ab eodem met Cæſa-
re ea propter hæredem inſolidum teneri ex
quò leges tranſcendit non cautè agens om-
nia de quibus ibidem requiſita. eo accedat,
10 id quod notabiliter, & latè voluit † Iaſ. conſ.
ſuo 166. poſt nu. 3. lib. 2. vt qui ſtatuti tem-
pora nō obſeruat, haud obſeruare fertur eius
formam quo fit, vt actus nullius reputetur
momenti. ad idem, & quantò aſſeritur, Gloſ-
ſæ auctoritas in præcitato verſ. ſi verò non fe
cerit verbo lucrari, quam audacter aſſequuti
fuêre Bar. in l. Paulus, vbi Albericus de Ro-
ſat. ff. ad leg. falcid. Bal. conſil. 219. lib. 1.
nec obeſſe videtur, ſi rerum ignorantia ab hę
redibus adduceretur ob vulgarem iuris regu
lam, is qui in ius alterius, lib. 6. nam vbi quis
alienum factum ratione proprij facti indaga-
re aſtringitur, illud herclè ſcire præſumitur
ex Gloſ. cap. innotuit, de electio. atqui in
inuentario conficiendo, hæres omnia defun-
cti bona perquirere tenetur igitur cuncta illa
minimè ignoraſſe exiſtimatur. ad hoc citatur
conſiculus Panormita. Abb. conſ ſuo 73. nu.
8. lib. 2. adnotat. Bar. in prælibata lege pau
lus, in extremo, argument. eorum quæ ſcri-
bit, Aymo. Sauilia. conſ. 168. nu. 4. & conſ.
225. non multa in propoſito congerit Octa-
uius Gloritius in dicto cap. ſuper literis nu.
199. & ſequent. idemque Gloritius ibidem
hanc rem exornat nume. 209. 210. 211. de
11 reſcript. † quinto locô adducitur quoq; Bar.
idem in l. vlt. § cum igitur, C. de iur. deli-
bera. vbi inuentarij conficiendi formam tra-
didit, eam ob rem, inter cætera dicebat, fa-
cultates cunctas videri poſt modum ſubdit,
Bar. ipſe, hæc eſt inuentarij forma in qua ſi
aliquid deficeret inuentarium minimè vale-
ret, veſtigia cuius inſequor, & quis nam obſe-
cro, tam duræ ſit ceruicis, vt tanti viri ſenten
tiæ præiudicium faciat? certè nemo egreſce-
ret, ex quò legiſtarum princeps, luminare ci
uiliſq; iuris ardentiſsimum. quemadmodum
de multorum ſententia concludit Nicolaus
Mozz. tracta. locupleti de contractib. circa
principia num. 10. & inferius. † ſexto, & vl-
12 timo ſtabilitur documento, elegētiſsimi Hie-
ron. Alba. in ſuo luculenti conſ. 2. poſt num.
16. quo in loco fuſius proſequitur rationibus,
auctoritatibus, cum ibi citatis, atq; per eum
adductis quæ ſilentio inuoluo, non tranſcri-
bēdo, & nè potiùs in ambitioſi ſcriptoris vi-
tium incurrā paginas denigrando. huic ſen-
tentiæ conuenêre And. Alciat. conſ. 65. nu.
4. lib. 6. Io. Cepha. conſ. 314. num. 24. lib.
3. Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 348. nu. 26. lib. 3.

atqui

Digitized by Google

atque à communi opinione ex Iaſo relata vbi
ſupra, vt verũ ipſe fatear, nobiliſsime lector,
non diſcrepare. canteneo quicquid alij velint,
13 ſicuti eam amplexi ſunt † Ludo. Roma. conſ.
276. num. 8. Horatius Mandoſius, aliqua in
additamentis ad eum. Nicolà. Bello. conſ.
30. num. 6. ſapienter docuit; Tyber. Decia.
conſ. 49. num. 56. lib. 2. & in ſumma, vt te ad
vberrimum quaſi fontem conijciam frequen
tiorem magiſq; receptam aſſerit ſentẽtiã
hanc Iacob. Menoch. conſ. ſuo 471. num. 17.
num. 38. & inferius lib. 5. & ſic tamet ſi hæ-
res doloſè deſcribere omiſerit rem aliquam
in inuentario ipſo, concludendum erit, eum
non quippè totum perdidiſſe beneficiũ, ſed
tantummodo rem minimè deſcriptam ad du-
plum; cum qua tanquam crebriori ipſe dor-
mio, quantaq; ſit Iacob. Menoch. præſtantia,
ſitq; operibus excelſus, alijs memorandum
14 relinquo. & quæ † detrimenta ſequuntur hæ-
redem inuentarium non conficientem haud
facilè dictu cenſuit, Ioſep. Maſcard. conclu.
851. lib. 2. de probatio. vbi & ampliter, &
pulchrè concinnati ſunt Aym. Sauilia. conſ.
433. num. 23. lib. 3. & conſ. 739. num. 10.
lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 272. nume. 61.
& conſ. 207. num. 17. num. 22. lib. 3. idem
conſ. 354. num. 7. lib. 4. cum concomitan-
tibus alijs. & in Regno habemus cap. ritus,
vbi Ioſep. Cumia in ordine 28. fol. 147. præ-
notandus venit Pet. Surd. deciſ. 222. quem
paulo ante præmanibus habui dumſcriberẽ.

ARGVMENTVM.

De donatione à patre facta filio, vt commodiùs nubere poſsit, an ſecuto matrimonio, reuocabilis? concluditur quòd non, & an conuelli poſsit per viam teſtamenti multa Iaſo. conſ. 239. lib. 2.

SVMMÆ.

1 *Cauſſam finalem nuncupari ſine qua, aliquis aliàs facturus non eſſet.*

2 *Donationem filio factam à patre matrimonij contemplatione, eo ſubſequuto, minimè reuocari. per totum, & num. 4.*

3 *Iaboleni pronunciatum, in l. utrum, de verbo. obligatio. ponderari.*

5 *Donationem matrimonij fauore factã in inſtrumento ipſo, partem eſſe ipſius, atq; confundi cum ipſomet dotali contractu. & nu. 6. vbi de laudibus Iacobi Menochij.*

RACEMATIO 19.

PRæclariſsimi Iuris prudẽtes, ac per-
multi tùm veteres, tùm & recentes
optimè meriti ſcriptores, id obſer-
uatione non indignum iuris effatũ,
1 memoriæ prodidêre † Cauſam hęrclem eam
finalem dici, ſine qua quiſpiam alioquin fa-
cturus non eſſet, cauſſarumq; cunctarum fon-
tem iudicari, tametſi in ambiguo impulſiua
putetur, ex adnotatis à Roland. Vallenſ.
conſ. ſuo 44. num. 7. & num. 15. lib. 4. & Frã-
ciſco Mantica tracta. celebri de coniectu. vl-
tima: volunta. tit. 14. num. 7. num. 14. num.
15. lib. 6. Tybe. Decia. conſ. 79. num. 7. lib.
5. & inferius, quibus in locis, ſatis ſuperque
declarant conſonantes alios exagerando,
quos non tranſcripſi, ex quo apud eos com-
modiùs videri poſſunt. cęterum quotidiana
2 † & pulchra quæſtio ſe nobis antefert, patres
familias perſepè filijs ſuis ingentes conferũt
donationes, matrimonij fiendi intuitu, cum
aliqua forſitan inſigni, formoſaq; muliere ad
pompam citiùs, gloriamq; mundanam, & po-
tiſsimùm defraudandi gratia infælices ferè
dotantes, vt opulentiores, vel grauiores por-
rigerent dotes, & poſtmodum nuptijs ipſis
celebratis, ac feſtiuitatibus effluxis, dona-
tiones ob matrimonium præcitatas auocant,
colluſionibus, & tergiuerſationibus inter eos
fuco quodam, ac petulantia malè initis. hæ-
3 ſitationis eſt, nùm † valeat reuocatio, ſpon-
taneaue redonatio facta patribus ipſis? Iu-
cundo lector, concluſiuè loquendo, vbi la-
borare minimè expedit, arbitror, nullius cẽ-
ſeri ponderis, eiuſmodi redonationem, vel
reuocationem, primùm mouet me, in ſimili
egregia Iaboleni reſponſio, in l. vtrum, de
verbo. obligatio. ponderando eo loci, dum
dicitur, vtpotè cum aliter filium emancipa-
turus non fuiſſet, & quæ ſequuntur in tex.
quamuis etenim donatio inter patrem & fi-
lium minimè ſubſiſtat, attamen ſi facta fue-
rit in contractu matrimonij ipſius filij cum
nuru donantis, valebit, & ſubſequenter iuxtà
dotis naturam regulabitur, quandoquidem
ſponſa contractura non fuiſſet matrimonium
id, abſque donatione illa ob Guido. Pap. de-
terminationem, deciſ. ſua 145. cum concor-
4 dantibus. Secundo † confert, quòd donatio
à patre filio facta, vt meliùs filius ipſe, nube-
re valeat, matrimonijq; onera ferre poſſet,
irreuocabilis eſt, matrimonio ſequuto. cùm
agatur de iure mulieri quæſito. quandoqui-
dem cauſſa huiuſmodi matrimonij futuri fi-
nalis eſſe cenſetur, & ob id, donatio tamquã
tertij

tertij fauore reuocari nequit, ad illius tertij detrimentum, voluntate conſenſuuè ipſius met donatarij ſpōſi quemadmodum affatim tradit, Marcus Antonius Natta conſil. 609. num. 42. & paulo poſt lib. 3. ſanxit in ſpecie ſacrum Concilium Neapolitanum, ut patet ex Vincentio Franco deciſ. ſua 205. lib. pri-
5 mo, tertio loco † ad idem moueor, inſigni doctrina, Tyber. Decia. conſ. 8. num. 7. lib. 4. quo loci reſpondit, donationem matrimonij, fauore, vel contemplatione factam in inſtrumento ipſo, & contractu illius, partem fore præcitati contractus, atque confundi cum toto ipſomet dotali contractu. idem quoque expreſsè docuit, conſ. 41. num. 22. lib. 1. cū ſimilibus, ab eodem congeſtis, conſ. ſuo 79. num. 10. lib. 5. argu. eorum quæ docuit And. Alciat. cōſ. 77. poſt n. 1. lib. 5. Rolād. Vallenſ. cōſ. 70. lib. 4. nōnulla Andr. Gail. obſeru. 38. n. 13. lib. 2. practica obſeru. Quarto & vltimò
6 innititur † ſententia hæc egregij Iacobi Menochij reſponſis, conſ. 723. num. 22. lib. 8. & conſ. 967. num. 18. lib. 10. quibus in locis, & doctè & copioſè concinatus eſt, multos citādo commilitones, & quidem grauiſsimos iuris interpretes, & quia papyrum denigrarem cum codices ſint impreſsi, non immeritò ergò calamum è manu eripio, & os claudo. ſi placet videto pulchram facti ſpeciem Tyb. Decia. conſ. ſuo 3. lib. 1. per totum ſignanter num. 18. num. 29. cum ſimilibus.

ARGVMENTVM.

In materia retractus an admictatur fideiuſſor conſaguineus? & vtrùm fraus præſumatur in vicino domus faciem mutare volente, ne locus ſit retractui?

SVMMÆ.

1 *Conſaguineus fideiuſſor qui de euictione promiſerat in contractu venditionis, haud excluditur ad venditionem retractandam, ex forma ſtatutorum, & num. 5.*

2 *Martiani Iureconſulti pronunciatum, in l. ſicut, §. ſuperuacuum, ff. quibus mod pign. vel hypo. ſol. & §. ſi voluntate num. 3.*

4 *Tutorem interponentem auctoritatem ſuam in contractu per pupillum, non repelli ſi cōſaguineus erit à præſentatione.*

6 *Tyberius Decianus ſubſtinet ſententiam hanc, vt conſaguineus fideiuſſor recipiatur.*

7 *Vicinis an permictatur rei uendendæ faciem euertere, vt redimendi ius obnubiletur? & num. 11. vbi de laudibus Iacob. Menoch.*

8 *Fraudem ſeu culpam haud præſumi quando ex ea detrimentum non contingit.*

9 *Contractus perfectionem in tempus nundinarum differens, vt aufugiat gabellas, an fraus iudicetur?*

10 *Vicinos faciem domus, ad hoc vt ius retractus locum ſibi non obtineat mutare poſſe.*

RACEMATIO 20.

NOn inſuauis eſt quæſtio, conſaguineos fideiuſſor in uenditionis inſtrumento per conſaguineū facto, Sem-
1 pronio velut extraneo, † de euictione promiſit vult, petitq; admicti, ad bonorū venditorum per agnatum recuperationem, virtute ſtatutorum præferentium conſaguineos, dictamq; venditionem retractare. hæſitationis eſt, nùm admicti valeat? Candide lector primo aſpectu, reſpondendum videbatur quòd non. Et primò impellit me, Martiani Iureconſulti pronunciatum, in l. ſicut, §. ſi voluntate, ff. quibus modis pign. vel hypo.
2 ſol. quo loci ennarrat, † creditorem inuerecundè facere, qui rem, quæ ſuo conſenſu alienata eſt, tamquam pignus adiudicari ſibi deſiderat. pari igitur melodia fatendum erit, reſpectu ipſius conſanguinei ſe fideiuſſorem conſtituentis, vt fideiubendo conſenſiſſe putetur, & ob id venditionis contractum approbaſſe, & ſic ipſi contractui minimè contrauenirè poſſe. ad idem, & ſecundo loco facit, Vlpiani conſtitutio, in l. ſi debitor, §. 1. ff. tit. iſto vbi ſi in venditione pignoris creditor conſenſerit, vel ut debitor rem hanc donet, vel permutet, vel in dotē det, dicendum erit pignus
3 liberari † ad idem, & tertiò ſuffragatur, eiuſdem Martiani ſancio in l. ſicut, §. ſuperuacuū ff. tit. proxime citato, eo enim loci, Martianus inquit, ſuperuacuum eſſe quærere ſi debitor pignus alienauerit creditoris conſenſu, & demum bona fide, & demerit, vel ad eum aliquo modo peruenerit, an pignoris ius reſtituatur cum conteſtibus à Maſcard. citatis conclu. 1173. num. 8. num. 12. de probatio. lib. 3. Tybe. Decia. ſuo 45. num. 10. lib. 2.

Atqui his minimè mouentibus, contrariā amplectendam fore ſententiam arbitratus ſum, primùm adducitur quia videmus in ſi-
4 mili † tutorem interponentem auctoritatem ſuam in contractu venditionis, per pupillum factæ haud excludi ſi cōſaguineus erit, à præſentatione, ex Cæſaris reſponſo, in l. cum quidem, C. de adminiſtra. tuto: cum concordantibus. Secundo loco pro hac parte affertur, ratio

ratio iſtec quòd ex quò fideiuſſor fuit præ-
ſens diſtractioni, & non reluctauerit neque
proteſtatus ſit, ob id minimè cenſetur ſibi de
trimentũ afferre quo ad beneficium ſibi cõ-
petens ſimul cum pretij reſtitutione ex for-
ma leg s, enimuerò tunc præſens non eſt, vt
conſaguineus, ſed tamquàm fideiuſſor extra
5 neus. † Tertiò accedat, quòd ſi fideiuſſor de
euictione promiſit minimè tenetur de eui-
ctione quando rei vendicatio fit ex forma ſta
tuti quandoquidem hoc caſu, res non euinci-
tur ex eo quòd non ſit venditoris, ſed ex eo
quia venditor, ac emptor defecerint ſtatuti
formam non obſeruando. quòd ſi venditorẽ
dicemus, de euictione non teneri quando rei
vendicatio fit virtute ſtatuti à fortiori neque
fideiuſſorem ligari debere. Quartò, & vlti-
6 mo † non commemorando ampliùs aliena in
terminis indiuiduis cito, Tyber. Decia. cõſ.
ſuo 105. lib. 3. per totum quo in loco, vber-
tim ſubſtinet ſententiam hanc, ipſe, ſi otium
erit, cum videto, idem quoq; reſpondit cõſ.
68. nume. 15. lib. 2. vbi de " " magis comuni
ſententia, at copioſę ſuauitatis eſt candide
lector recordatio illa iuris interpretũ, maio-
rumq; noſtrorum dum examinant in materia
7 iuris prothomiſeos nunquid † vicinis mutare
permictatur faciem, ſiue ſtatum domus, vt ip
ſi aufugiant, ne illam diſtrahendo vicini alij
retrahere valeant ex ſtatutorum diſpoſitio-
ne agnatos, ac vicinos præferentium de qui-
bus in Italiæ partibus, & in ſpecie in hac pa-
tria mea Moticana extat iam à domino Co-
mite, vt par eſt, compilatum ſtatutum? &
quidem concluſiuè loquendo in eam, & affir-
matiuam opinionem inclinarè, primum me
8 mouit, id iuris dogma fraudem † & culpam
minimè præſumi quando ex illa detrimentũ
non contingit exadnotatis ab Aymo. Sauilia.
conſ. 319. poſt nume. 17. libro primo, voluit
Bar. in l. ſi vt certo §. nunc videndum, ff. cõ-
moda. & facit Pauli reſponſum in l. is qui, ff.
de actio. & obligatio. cum concordantibus
alijs à Maſcard. citatis conclu. 467. lib. 1. &
9 conclu. 814. lib. 2. de probatio. † Secundo
loco vrget, id quod ſcribit Bal. conſ 243.
lib. 4. quò nempè loci dicebat, ſi ſtatuto ca-
ueatur tempore nundinarum cunctos immu-
nes eſſe debere à gabellis contractuũ, & cõ-
tingat aliquem differre contractus perfectio-
nem in tempus nundinarum, quòd in fraudẽ
legis minimè feciſſe dicatur. pari igitur con-
centu, in propoſita facti ſpecie concludendũ
erit argument. eorum quæ notabiliter tradit
Tybe. Decia. conſ. 8. num. 42. num. 44. num.
46. lib. 1. idem conſ. 1. num. 35. lib. 5. cum
10 ſimilibus, tertiò ad idẽ † opitulantur, Petrus
Ancharanus conſ. 160. And. Tiraquel. tract.
ſuo de retract. conſanguineo: in præfatione
num. 73. Anto. Capic. Neapolitana deciſ. 38.
quibus in locis iudicauère vicinis fas eſſe, do
mus faciem mutare, atq; ſtatum, vt euitent
ne illam vendendo poſsint cæteri vicini re-
trahere, & in claris terminis, ſenſerat Philip.
Corne. conſ. ſuo 29. num. 9. lib. 3. Quartò, &
11 vltimo † affertur illius egregij viri documen
tum, nempè Iacob. Menoch. conſ. 728. num.
18. lib. 8. quo in loco, ita ex illorum mente
arguit in quadam pulchra contingentia facti
conſulentis cui aggrego Tib. Decia. conſ. 75.
num. 17. lib. 5. cum ſimilibus.

ARGVMENTVM.

Diſceptatur in materia legatorum ad pium vſum relictorum vtrùm ex eis depromenda quarta Reuerendiſsimis Epiſcopis; & de quibus iure merito eroganda, complures enarrando caſus, latè ſcripſit Alex. conſ. 196. lib. 6.

SVMMÆ.

1 *Quarta Epiſcopo an, & quando debeatur, et de quibus relictis, aliiſq; operibus pijs depromatur? quatuor enarrantur capita, & num. 2. & num. 3. vbi coanguſtatur regula.*

4 *Quarta an de relictis pro Eccleſiarum, monaſteriorum, hoſpitalium, cęterorumq; locorũ piorum reparatione, deſumi poſsit? examinatur, & tamen duo principes conſtituuntur caſus, & num. 5. & num. 6.*

7 *Quarta vtrùm deſumatur ex legatis pro cęteris operibus pijs generatim diſcutitur, atque ideò duo pracognoſcendi veniunt caſus, & num. 8.*

9 *Quartam non deduci poſſe ex relictis pro maritandis ſingulis annis puellis, non incommodè oſtenditur.*

10 *Quartam Epiſcopo ex legatis diſciplinatorum congregationibus, non deberi.*

11 *Epiſcopus legatum acceptans pro quarta debenda abſque proteſtatione vlla, ſupplementum petere non poterit.*

12 *Exequutores deputati ad virgines maritandas puellam monaſterium ingredientem an dotare valeant.*

13 *Canonicam portionem, Epiſcopo non deberi, pro dote collata Eccleſiæ.*

RA-

Digitized by Google

RACEMATIO 21.

CElebberrimi ſcriptores, cæteriq; alacres ſtudiorum, ac ciuilis ſapientiæ optimi cultores, medullitùs, laxiùſq; diſceptauêre ad illud ſanè potiſsimum litigandi vitium, veluti laborans morbum eradicandum, & prorſus diluendum, anxioma id, quartæ iure merito Reuerendiſsimis Epiſcopis erogandæ, nùm ex relictis pro maritandis, vel monachādis pauperibus puellis, vel ex relictis pro pane præſtando qualibet hebdomada pauperibus ipſis, aut pro Eccleſiarum, Hoſpitalium, ac Monaſteriorum, aliorumq; locorum piorum, re-
1 paratione legatis debeatur. Cęterū vt † pręſignata accuratius repaſsinemus quatuor cōſtituenda capita fore cenſui ad materiæ ſplēdorem, ne ex perturbata, & confuſa traditione obſcuritas oriatur, vt cum Maſcardo concinam, in ſuo locupletiſsimo tractatu de probatio. in initio, num. 10. lib. 1.

Primum igitur caput eiuſmodi eſt, quòd ſi fortaſsis ingenioſus quiſpiam anxiè quæ ſierit an Epiſcopo debeatur. Quarta ex relictis pro maritandis, vel monachādis pauperibus puellis, atq; pro pane qualibet hebdomada pauperibus ipſis pręſtando, & tunc ſtatuenda regula erit, ex legatis pauperibus generatim, nullam Epiſcopo ipſo deberi quartā, ex adnotatis à Ludo. Roma. conſ. ſuo 233. nume. 2. verſ. 3. fallit Pet. de Vbal. de Cano. Epiſco. cap. 5. num. 10. & inferiùs, & cap. 7. num. 15. & num. 50. ſcribunt Bal. l. id quod pauperibus, num. 30. C. de Epiſ. & Cler. auctoritatis ſummæ Innocentius cap. 2. de Sepul. vbi conſiculus Pan. Abb. nu. 8. ex gloſſemi-
2 matis opinione, verbo decreuit, † ratio hæc eſſe videtur, ex quò quando pauperibus genericè relinquitur, perſonis relinqui exiſtimatur, non herclè locis pijs, atqui ex relictis perſonis, Epiſcopalis quarta minimè detrahitur, vt ſuperiùs deducti diſertiſsimi viri nos admonent, & iam amplè, & doctè conducit Honorius tertius Romanus Pōtifex capite ex parte, il tertio de verbo. ſignifica. cū alijs ſimilib. & quòd de eiuſcemodi legatis quarta Epiſcopo minimè debeatur, voluit Angel. conſ. ſuo 117. Pet. Ancha. conſ. 129. num. 4. Franc. Manc. in ſuo nobiliſsimo tracta. de coniect. vltima. volunt. tit. 4. lib. 8. nu. 21. fol. 200. Quam regulam coangustari cenſent † noſtrates. in legato pauperibus cer-
3 ti loci facto profectò tunc legatum illius modi loci intuitu factum exiſtimatur, & ſubſequenter pio loco factum quéadmodum ſunt pro hoc teſtes, Pan. Abb. loco ſuperiùs citato nume. 8. & alij vbiquoq; ſupra, cum concordan. aliqua obiter præcognoſcenda erūt, apud Hiero. Alba. conſ. ſuo vit. nu. 4. quatenus tangit materiam legati pij, vt ibi per eū, ad quem candidum conijcimus lecto rem.

4 Alterum, & ſecundum † erit caput, de relictis pro Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, aliorumq; locorum piorum reparatione, in eam ventum eſt ſententiam, Epiſcopo quartā haud deberi ſic memoriæ prodidêre Ludo. Roma. conſ. 233. Capic. deciſ. ſua 23. num. 4. apertè cauent, Gregorius nonus Pontifex ſummus, cap. vltimo de teſta. Honorius tertius, loco ſuperiùs adducto cum concord. ſed nihilominus animaduertendū, vtrùm in hac facti ſpecie, cum derecenti reſtauratione minimè indigent, quarta debeatur? & nempè duæ principes ſiunt nobis ſentētiæ obuiæ altera namq; & affirmatiua fuit, Hoſtien. Pet. Ancha. & cæterorum cap. vlt. de teſtamen. vbi doctiſsimus Hyſpanus Didac. Couar. de receptiori, ac crebriori opinione referens.

At negatiuæ ſubſcripsêre ſe ſentētiæ Cardi. eo loci, & conſiculus meus And. Barbat. atq; idem Didac. Couar. permoti ex tex. cap. nobis, 12. quæſt. 2. quandoquidem Eccleſia minimè indigente in futuram Eccleſię ipſius refectionem, atq; reſtaurationem ſeruandum
5 legatum erit † qua de re in huiuſcemodi capite duo principes enarrandi veniunt caſus primus ille ſit, profectò ſi teſtator vult quāprimùm, vel in annos ſingulos aliquid pro Eccleſiæ reſtauratione ſolui quæ reparatione non indigeat, & tunc ſententia * concors optimè locum ſibi vendicare poterit, & conſequēter ex cuiuſmodi legato quartam Epiſcopo iure meritò deberi.

6 Secundus † caſus, quòd ſi fortè teſtator legauerit pro Eccleſię reſtauratione quoties ea indigebit, & tunc fatendum erit, Epiſcopo ipſo quartā denegari, atq; ideò in aduerſam condeſcendendum opinionem. Illud quoq; applicandum non incommodè venit, quod non diuerſum putatur, ex his quæ proximo citauimus loco quartam haud deberi ex relictis pro Eccleſiæ ſubuenditione luminarium reſpectu, ornamentorum, atq; cæterorum ad diuinum cultum attinentium ex Gregorij noni pronunciato, cap. vltimo vbi ſupra, atqui ſi vſus eſt indeterminatus, ac diuino cultui perpetuo minimè deſtinatus, & tunc competentiſsimum eſſe cenſetur, quartam Epiſcopo non denegari Honorius tertius vbi ſupra, & facit Innocentij tertij reſponſum Pontificis Sum-

tis Summi cap. requiſiuiſti, cum alijs ſimilibus de teſtamentis.

7 Alterum, † & tertium in ordine caput, vt ſi fortaſsè curioſus lector perſcrutauerit, vtrũ quarta detrahatur de relictis pro cæteris pijs operibus generatim, & tunc duo alij præcognoſcendi ſunt caſus primus ille ſit, quòd ſi exequutores à teſtatore deputati legatũ id, in fabricam, ornamenta Eccleſiæ ipſius, vel in diuinum cultum concernentia, diſtribuerint, eo quippe caſu fatendum erit, quartam minimè depromi poſſe, Honorius tertius, ac Gregorius nonus Romani Pontifices, capite ex parte, il tertio de verb. ſignif. & cap. vlt. de teſtamen. vbi Didac. Couar. nu. 7. quandoquidem diſtributio quam exequutor facit ab ipſo teſtatore facta putatur, ex traditis à Bart. & alijs l. vnum ex familia, §. pr. de le-
8 gat. 2. cum concordant. ſecundus † caſus eſt, quòd ſi exequutores legatum in vſum haud priuilegiatum locorũ piorum erogauerint, tunc quartam Epiſcopo deberi, atq; deduci poſſe non ambigitur. ſed an teſtamenti executores integrè feciſſe diſtributionem bonorum omnium ad pias cauſſas per eorum iuramentum probetur vberrimè ſcribit Ioſeph. Maſcard. concl. 709. lib. 2. de probatio.

9 Poſtremum verò caput † eſt, quòd ſi fuerit legatum factum pro duabus maritandis puellis ſingulis annis, atq; ideò pro vna conſanguinea puella, an hoc in caſu quarta deſumi poſsit? & nempè quartam Epiſcopo non deberi ea potiſsimum ratio affertur, namq; aut ſunt pauperes, & tunc perſpicuè conſtat, eam denegari, vt locis ſupra citatis autumauimus cum legatum perſonis, & non locis factum fuerit. aut minimè ſunt pauperes, & vltra præcitatam rationẽ alia viget ratio quòd huiuſcemodi legatum piũ non dicitur, id eoq; quarta ex eo nec debetur, ex locupletiſsimi And. Tiraquel. pronuntiato, in tract. ſuo de priuileg. piæ cauſ. in initio cum alijs concordant. vt ibi per eum, & ita in alma Romana Curia determinatum fuit, ab illis ampliſsimis patribus die Mercurij quinto Martij 1586. Seraphino Oliuaro auditore, & prænotandus erit Paulus Caſtrenſ. conſil. 223. lib. pr. vbi pulchrè de materia, atq; Cardin. Zaba. conſ. 121. per totum, & conſ. 13. ſupra num. 4. &
10 inferiùs † ſed quæro an ex relictis diſciplinatorum congregationibus veniat quarta Epiſcopo detrahenda? Iaſ. conſ. 218. lib. 2. concludit non deberi quemadmodum præſtari aſſolet, ex legatis Eccleſiæ, vel alio Religioſo loco factis, ex quò inter loca pia, & religioſa minimè adſcribuntur. & ita in ſpecie conſuluit Iacob. Menoch. conſ. ſuo 655. nu. 3. lib. 7. vbi complures more ſuo commilitones
11 citat. vlteriùs † quæro an quarta per teſtatorem ipſum minui valeat, & nempè conſtat, eam Epiſcopo debitã ex legatis ad pias cauſſas factis, neq; prohiberi, neq; minui per teſtatorem valere, attamen ſi teſtator Epiſcopo relinquat minus ipſa quarta, clauſula adiecta, vt plus petere nequeat, & ob id, Epiſcopus legatũ id ſimpliciter acceptauerit, quòd eo caſu, ſupplementum quartæ illius petere minimè valebit. ſic ſpeciatim tradidit, Iacob. Menoch. conſ. 206. num. 102. lib. 3. & conſ. 453. num. 12. lib. 5. cum alijs conco-
12 mitantibus illud obiter in mentem venerat † quod executores deputati ad virgines maritandas minimè poſſunt quãtitatem hanc virgini Monaſterium ingredienti præſtare. hoc etenim à teſtatore impermiſſum intelligitur, & quia pauperes virgines in matrimonio collocare eſt cauſſa pia quæ haud conuerti poteſt in alium pium vſum. Bal. Nouel. tracta. de dot. priuil. 77. Didac. Couar. cap. tertio poſt num. 11. de teſtament. quos aſſequitur Franc. Mant. in ſuo celebri tract. de coniect. vltim. volunta. tit. 23. num. 5. lib. 11. fol. 358. quamuis contrarium tenuerit, Io. Crot. l. filius familias, §. diui de leg. pr. cui reſpondit Franciſc. vt ibi per eum. ſed ipſe videto Iacob. Menoch. conſ. 555. lib. 6. ac Tyber. Decia. conſi. ſuo 5. lib. 3. vbi, & doctè, & †
13 copioſè, & an detrahatur quarta de dote collata Eccleſiæ? Bal. Iun. tract. ſuo de dot. in prin. num. 6. negat eam deberi, & quiſquis ille ſit in additamentis ad eum, ſcribit, neq; Epiſcopo debetur illa pro fabrica, vel alio relicto ad pium vſum, quamuis relictum factum fuerit pro vt Titius elegerit, vt ibidem per eum.

ARGVMENTVM.

Morte mandantis, an, & quando extinguatur mandatum cũ ſuis coanguſtationibus.

SVMMÆ.

1 *Mandatum re integra domini obitu, extingui Diocletiani, ac Maximiani Cæſarum pronuntiato.*

2 *Lis ſi fuerit conteſtata cum mandatario morte mandantis haud finitur mãdatum, atteſto quòd ſuperſit hæres, & num. 3.*

4 *Mandatum ſi ſtet ad alicuius actus irreuocabilis executionem, non extingui.*

E *Mandati*

5 *Mandati reuocationem probari alterius procuratoris conſtitutione à domino facta, & quomodo procedat? remiſſiuè.*

RACEMATIO 22.

MEmoria repeto, Diocletianum, Maximianumq; Cæſares in lege man-
1 datum, C. mandat. pronuntiatam id reliquiſſe mandatum † re integra domini morte finiri, quod minimè aufugit paulum, in l.6. ad edictum, ff. de iuriſdictio. om. iud. & per illum textum Io. Marcus Aquilinus in l. non ſolum, §. morte poſt nu. 17. ff. de ope. no. nuntia. & præcognoſcendi ſunt Philip. Dec. conſil. 108. nume. 3. ac Ludo. Roma. conſ. 202. vbi Horatius Mandoſius in additamentis ad eum, cum deductis, atq; citatis, à Ioſeph. Maſcard. conclu. ſua 1013. nume. 6. de probatio. lib. 2. quod nempè pronuntiatum compluribus limitatur modis, inter quas coanguſtationes libuit in gratiam curioſi lectoris, binas dûtaxat ex-
2 cerpere quarum prima † eſt eiuſmodi, quotieſcunque lis fuerit conteſtata, & ob id res deſijt eſſe integra, & tunc eo ventum eſt, vt minimè finiatur mandatum, mandantis obitu ſic Ioan. Cepha. conſil. 382. num. 6. lib. 3. poſt nempè litis conteſtationem, cum effectus ſit procurator dominus litis, haud reuocari mandatum id ſcripsêre Iaſo. conſi. 138. lib. 4. Anton. Capic. deciſ. 186. cum concomitātibus alijs à Iacob. Menoch. deductis, conſi. ſuo 984. lib. 10. atq; à Ioſeph. Maſcard. concluſ. ſuperius citata nume. 9.
3 attento † quòd mandante mortuo, hærede relicto, mandatum dici non poterit extinctum. ex quò litis inſtantia in ipſum continuatur hæredem, defuncti perſonam repreſentantem, ſecùs autem iudicandum erit, ſi mandans ipſe nullo relicto hærede deceſſerit, etenim tunc mandatum extinguitur cum nemo ſuperſit qui mandantis illius imaginē referat, ex adnotatis ab Angel. conſil. 334. poſt nu. pr. & poſt eum, & cæteros conſonantes, Iacob. Menoch. conſ. 984. vbi ſupra nu. 6. num. 7. & num. 21. paulo inferiùs. quibus in locis, more ſuo, & eleganter, & copioſè
4 defendit † altera coanguſtatio ſit, quòd ſi mandatum ſtet ad alicuius actus irreuocabilis executionem, & tunc quemadmodū actus non extinguitur pari melodia, & cōſonis carminibus mandatum ipſum. ad hoc Io. Ceph. conſi. 91. num. 20. conſ. 118. num. 6. lib. 1. cum concordantibus quos aſſert, Ioſeph. Maſcard. loco ſuperius citato, num. 7. & in ſimili facit Andr. Alcia. reſponſo 24. lib. 8. num. 5. & quid ſi expreſsè collatum eſt mandatum poſt mortem? videndus eſt Marcus Aquilinus in l. non ſolum, §. morte poſt num. 17. de ope. no. nuntia. illud præterfluere non ſinā, in materia mandati nempè illius reuocationē †
5 probari alterius procuratoris cōſtitutionem probando à domino factam, ſiue ad iudicia, ſiue ad negotia, vt per Philip. Dec. conſ. ſuo 430. propè finē. hoc nihilominus tēperamento, vt noua addatur forma ſecundo mandato explicando, vt per Maſcard. prælibato loco, num. 19. num. 22. num. 26. vbi ampliat, excipit, atq; declarat. adeas quæſo Io. Mynſ. obſeru. 84. cent. 2. ſingu. obſeru. vbi ſi dominus ſatiſdedit de iudicato ſoluendo conſentiente procuratore, quòd procuratorium mandatum minimè finitur, & ita obſeruari à dominis cameralibus.

ARGVMENTVM.

In materia de redimendi pacto, an teneatur emptor alteri reuēdere dumtaxat duobus exiſtentibus venditoribus, & quid ſi vnus eorum redimere velit altero reluctante vtrùm emptor reuendere pro parte compellatur? an obligatio ad retrouendēdum oriatur abſq; ſtipulatione? Tyber. Decia. conſ. 130. num. 7. lib. 3.

SVMMÆ.

1 *Vendita re vni à duobus cum pacto retrouendendi, an alter ex venditoribus data pretij parte admiſſibilis ſit an ne? & quo pacto diſcutitur, & nu. 2. & nu. 3. vbi tranſcribuntur loci à doctoribus citati.*

4 *Pro hac facti ſpecie ad vberiorem vſum, duo & principes conſtituti ſunt caſus, & num. 5. vbi de ſecundo, ſub quo quatuor præcipua enarrantur capita, & nu. 6. 7. & nu. 8.*

9 *Marcus Aquilinus doctus Calaber plura coaceruauit, ſuper hac facti ſpecie in lege 2. §. item ſi in facto, de verb. obligat.*

10 *Tyberium Decianum operibus excelſum, & non fumoſo nomine duraturum.*

RACEMATIO 23.

NOn flexibilis, non cerea, imò famigerata à noſtris, & ſummis viris reputata fuit, ea facti ſpecies, quæ ſe ſe nobis offert, & ob id, truci aſpectu non ſalutanda, eamq; pro viribus inge-

nioli

nioli mei explicare conabor. ſi fortè curio-
1 ſum non pigeat lectorem. Fabius † ac Vir-
gineus prædium habebant communem pro
indiuiſo, atq; ideò venditionis titulo ſimpli-
citer diſtraxerunt illud Semprouio, ſub redi-
mendi pacto intra decem annos, poſt modū
Fabius circa termini medium, Virgineo vel
reluctante, vel forſitan impedito redimere
vult. hæſitatum fuit, an poſsit, & quo pacto
admittatur? nobiliſsime lector hypotheſim
hanc, eleganter, & doctè ſcripsére inferius
deducti iuris interpretes varijs in locis, quos
tranſcribere hîc ceſui, in tui ipſius gratiam,
2 ſummamq; erga te beneuolentiam, † & en
prodeunt, Bar. conſ. 195. Angelotus, & idē
in l. ſi quis aliam in extremo, ff. de ſolutio. &
in l. cui vſusfructus, num. 4. vbi cæteri, ff. de
vſufruct. legat. Hiero. Cagno. in l. 2. C. de
pac. inter empto. & vendito. quæſt. 12. num.
102. And. Tiraquel. tracta. retrac. ſub titu.
2. §. 23. gloſ. pr. num. 6. & inferius, & num.
8. omnium melius Ioa. Ronchegallus in ſua
pulchra, & copioſa repetio. l. eandem, ff. de
duobus reis, num. 63. nu. 75. & idem And.
Tiraquel. vbi ſupra, ſub tit. 2. §. pr. gloſ. 6.
num. 33. & inferius doctores quippè omnes
in l. 4. §. cato de verbo. obligatio. Paul. Ca-
ſtrenſ. in l. ſi quis aliam nu. 3. ff. de ſolutio.
Socc. in l. pr. §. ſed, & quoties num. 4. ff. ad
trebellia. fuſius idem tradit conſ. 16. lib. 4.
Iaſon. in l. ſtipulationes non diuiduntur, nu.
20. de verbo. obligatio. Io. Ronchegallus lo
co præallegato, num. 96. vbi latè inferius, &
num. 121. Anto. Rube. conſ. 90. Aymo. Sa-
uilia. conſ. 191. nume. 4. lib. 1. Nicol. Boe-
3 rius, quæſt. 251. † Alex. conſ. 143. lib. 7. &
aliqua Hiero. Alba. conſil. 34. num. 2. mo-
dernio. Pariſ. relati, atq; à Marco Aquilino
deducti in l. 2. §. item ſi in facto, epito. 2.
part. num. 129. fol. 195. & num. 138. vbi, &
noue, & pulchrè explicare videtur de verbo.
obligatio. ſcribit quoq; Nicol. Mozzius tra-
cta. de contract. ſub tit. de emptio. & vendi
tio. de accidentalibus ipſius poſt columnam
quartam, num. 3. cæterùm quia obſcuritas,
non aliundè oritur niſi ex perturbata, & con-
fuſa traditione non immerito duos, & prin-
cipes excerpere caſus exiſtimaui, vt cum Ma
ſcard. exordiar lib. 1. de probatio. circa prin-
cipia, num. 10.

4 Primus igitur caſus † ſit is, Fabius pro ſua
tantùm portione redimere volens, inadmiſ-
ſibilis eſſe cenſetur. atq; ideò emptor Sem-
pronius pro parte haud reuendere tenetur
ſic Bar. conſ. 195. Angelotus. Hiero. Cagno.
in l. 2. C. de pac. inter empto. & vendito.
And. Tiraquel. vbi ſupra, §. 23. gloſ. pr. nu.
6. & inferius Io. Ronchegallus loco ſuperiùs
citato, nu. 75. Alex. conſil. 143. lib. 7. quos
aſſequutus eſt Marcus Aquilinus prælibato §.
item ſi in facto, de verbo. obligat. nu. 129. vt
ibi per eum. ex modernio. Pariſien. ſentētia,
ad quem candidum reijcimus lectorem, & eſt
omnium ſanè ſcribentium opinio concors.

5 Secundus caſus eſt, ſi Fabius ipſe, † para-
tus ſit redimere totum ſi emptor velit, & ob
id totum offerat pretium, an admitti poſsit?
& quomodo? nempè talia conſtituuntur ca-
pita, quorum primum illud ſit, ſi duo vendi-
derunt ſeruitutem aquæ ductus, vel itineris
duobus, & ſic de re agatur indiuidua, ſub pa-
cto redimēdi exindè interpoſito, & tunc per-
ſpicuum erit, ſingulos venditorum inſolidum
actionem efficacem habere ad redimentum
non quippè partem, ſed totum idem quoque
ſtatuendum erit, ex parte emptorum ſingu-
los inſolidum ad totum conueniri poſſe. Se-
6 cundum caput, ſi materia eſt diuidua † vt po
tè fundus domus, & ſimilia, atq; inſolidum
quiſq; contraxêre, & tunc etiam vnus ſolus
ad totum mero iure agere poterit reluctan-
tibus omnibus. ſic intelligitur Socc. conſ. ſuo
16. lib. 4. coadiuuantur præmiſſa, profectò
ſi plures inſolidum vendiderint, ſeu emerint,
tunc cæteris minimè citatis, à ſingulis inſo-
lidum redhibere fas erit, ex Vlpiani pronun-
tiato, in l. quod ſi nolit, §. ſi plures ff. de edi-
lit. edic. cum vulgaribus. Tertium caput, ſi
7 eodem themate retento, † de diuidua mate-
ria contraxerunt ſimpliciter, ac etiā ſint plu-
res venditores, & tunc vnus minimè petere
poterit redemptionē niſi pro parte ſua con-
tingente, ex quò in dubio non vendidiſſe cen-
ſetur, niſi pro virilibus. Micantiſsimus reſpō-
dit Papinianus in l. reos, §. cum tabulis, ff. de
duobus reis cum alijs ſimilibus, & cum obli-
gatio diuidua ſit, vt ad precium non acquira-
tur niſi pro parte contingente, pari paſſu ne-
que ad redimendum, & ſubſequenter quam-
uis vnus totum offerat pretium attamen mi-
nimè cogere emptorem poterit ad reuenden
dum niſi pro ſua portione. & ſi fortè toto prē
tio oblato cogi poſsit reo electionem habere
permittitur partem, vel totum reuendendi,
vt ex contractu ipſo, nullo afficiatur damno.
quemadmodū per Aquilinum loco ſuperiùs
allato, num. 143. vbi pinguiùs. Quartum po
8 ſtremumq; caput, ſi ſunt plures † venditoris
vnius hæredes, & ſimpliciter contraxêre in
materia quoq; diuidua vbi ſupra, & tunc fa-
tendum erit, hæredem vnum agentem actio-
nē habere ad reuendendū tali pacto quo nu-

pertimè ſcriptũ eſt quamuis etenim iſte pe-
tere non poſſet niſi partem nihilominus ne
ſibi ſit obligatio ſua inutilis cohęredibus for-
tè cum emptore colludentibus, aut diſsimu-
lantibus ſe minimè teneri partem reuende-
re, neq; ad totum aſtringi niſi omnibus toto
namq; oblato pretio, atq; electione ſibi reli-
cta minimè iuſtum habet intereſſe etiam ſi
actores cohæredes excluſi eſſent, vel tempo-
re, vel quia expreſsè renuntiaſſent, vel iura
ſua reo ceſsiſſent nihilominus partem reuen-
dere contingentẽ actori tenetur vel toto pre-
tio recepto illimet totũ illud reuendere, qui
9 quidem † caſus vnà cum capitibus prænota-
tis decerpti fuêre à Marco Aquilino Calabri
docto in l. 2. §. item ſi in facto part. 2. num.
139. 142. 143. & num. 147. fol. 196. de ver
bo. obligatio. quibus in locis ſic poſt moder-
nio. Pariſ. refert, vt ibi per eum, quo me re-
mitto, latius inſiſtentem, num. 148. & infe-
riùs, & cogita ſuper huiuſmodi opinionibus
quæ tuas citiùs aures demulceat, & in dubio
ipſe facillimè irruerem, ad tradita per And.
Tiraquel. §. pr. gloſ. 6. poſt num. 37. loco ſu-
periùs citato, atq; Ioan. Ronchegallum vbi
ſupra, nu. 121. & in ſumma Racemationem
hanc pinguefacio ex ſuccis Aym. Sauilia. con
ſil. 968. num. 4. lib. 5. idem conſ. 593. num.
10 10. lib 4. & conſ. 990. num. 42. lib 6. † & in
ſpecie pro vera, & effectiua reſolutione ope-
ribus excelſi, & minimè fumoſi nominis du-
raturi Tyber. Decia. conſi. ſuo 10. num. 89.
& inferiùs lib. 1. vbi declarat, copioſiuſq; do
cet, cum ſuis coanguſtationibus, quibus om-
nibus, exagero quoq; Iacob. Menoch. conſi.
123 num. 10. num. 45. num. 46. lib. 2. cum
concordantibus à Tyber. eodem conſil. ſuo
26. num. 7. lib. 5. quid ſi plures ſinguli inſo-
lidum redimendi ius habeât vnuſq; ſolus re-
dimat, an teneatur cæteris communicare?
ſcripſit Alex. conſ. 135. lib. 5.

ARGVMENTVM.

De venditione nominis debitoris boni, & ve-
ri ad quæ aſtringatur cædens, breuiſsimè
demoſtrantur, & obiter circa illa pronun-
tiata idoneum, & ſecurum pro quadam
facti ſpecie à Pet. Surd. congeſta deciſ.
ſua 320.

SVMMÆ.

1 *Debitum vendens, vel debitoris nomen, idque verum eſſe promittens, quæ ſint illius partes? declaratur, & num. 4.*

2 *Verbum id, verum verbumq; bonum facere, quid dictare?*

3 *Nomen debitoris vendens, ac promittens, & verum, & bonum illud fore, ad duo teneri cedentem.*

5 *Ceſſionarium nominis debitoris aduerſus cadentem agere non poſſe, ob id quòd minimè valuerit debitorem exigere.*

6 *Iacobum Menochium inſignem, egregiumque virum.*

RACEMATIO 24.

CÆlebris eſt quæſtio vtilis, & quoti-
diana, cælebrioríque explicatione
indiget, maxima cum veſtra atten-
1 tione. vendit quis† nomen, vel de-
bitum, idq; verum eſſe promiſsit, nũm ſatis,
ſuperq; ſit, ſi debitorem præſtet cum effectu,
& abſq; exceptione, quamuis exindè efficia-
tur debitor non ſoluendo? iucunde lector, nõ
conterendo tempus in multiloquio, quod pru
dentiſsimos ſtomacari ſolet, vt cum Roland.
Vallenſ. exordiar conſ. ſuo 7. lib. 3. primùm
2 ſcire oportet, quid dicent ea pronuntiata, †
verum, & bonum, pro iunioribus ipſis, & qui-
dem ipſe inuenio Philip. Corne. conſi. 141.
num. 1. & inferiùs, & num. 11. lib. 1. & poſt
eum, Iacob. Menoch. conſil. 778. num. 12.
lib. 8. quibus in locis docuêre verbum id, ve
rum, denotare reditum, minimè eſſe fictum,
ac ſimulatum. verbum autem bonum, demõ
ſtrare reditum ipſum, quacunq; exceptione,
euictioniſq; periculo carere, vt ibi per eos. ex
ijs igitur ſic breuiſsimè comprehenſis, tres
colligo, & principes concluſiones, quarum
3 potiſsima eſt, † vendens, ſiue cædens, debi-
toris nomen, ac promittens illud verum, ac
bonum fore, & tunc ſtatuunt iuris interpretes
venditorem illum, duo præſtare debere, cre-
ditum quippè ſuum verum eſſe, minimeq; ex-
ceptionem aliquam pati quò ad ſui ſubſtan-
tiam. & quoq; debitorem ipſum ceſſum eſſe
ſoluendo. ſic rectè conſuluit, Philip. Dec.
conſil. 102. poſt nume. 1. vbi ait ipſe Decius
quòd ex quò promiſsit ille talis, nomina quæ
cæſsit vera fore, & illæſa quo fit, vt iſta verba
aliquid operentur, dicendum eſt omninò qđ
tale debuit nomen eſſe, vt nulla exceptione
4 elidi valeat † ſecunda, & princeps concluſio
ſit, vt ſi aliquis vendiderit debitoris nomen,
illudq; promiſſerit eſſe ne dum verum, ſed
etiam bonum. & conſtiterit debitorem ipſum
eſſe verum debitorem, ac quoq; habere in bo
nis. ſed eſſe duræ exactionis, quòd in hac fa-
cti ſpe-

Digitized by Google

ſti ſpeciē fatendum eſt, cædentem haud teneri efficere, vt debitor ille ſit exigibilis. quandoquidem id pertinet ad ceſsionarij diligentiam quemadmodum eleganter, & doctè admonet Carolus Ruinus, conſ. 45. num.
5 5. lib. 5. cum concordantibus alijs † vbi ceſsionarius nominis debitoris non poteſt aduerſus cædentem agere ob id quòd minimè valuerit debitorē ipſum exigere, niſi priùs demonſtret ſe omnem adhibuiſſe diligentiam, & videndus eſt Fran. Brecius conſil. 8. lib 1. Iacob. Menoch. conſ. 300. nu. 48. lib. 3.

Tertia concluſio eſt, vt ſi fortè fingamus, aliquem, debitoris nomen vendidiſſe, atque creditum id pollicitum eſſe, verū, ſeu bonum fore, & tunc eo ventum fuit, vt ſatis ſit debitorē præſtare cum effectu, & abſq; exceptione, & ſic quò ad ſubſtantiam tametſi poſt modum debitor ille efficiatur non ſoluendo ex Paul. Caſtrenſ. conſi. ſuo 120. num. 3. lib. 2.
6 Alex. conſ. 242. num. 3. lib. 6. † Aymo. Sauilia. conſ. 979. num. 4. lib. 5. vnà cum congeſtis ab egregio illo, inſigniq; viro, Iacob. Menoch. loco ſuperiùs citato per totum lib. 8. vbi iam patent additus, & veſtibulum, & an, & quando debitorum nomina aſsignata, recipientis periculo exigi debeant? latè per Tyber. Decia. conſ. ſuo 55. lib. 5. vbi de quadam pulchrâ facti contingentia, & appellatione debiti, vel crediti intelligitur de exigibili, vt in caſu ſuper quo reſpondit, Andr. Alcia. conſil. ſuo 81. lib. 5. per tranſennam vide aliqua obſecro per Aym. conſ. ſuo 706. lib. 4. atq; Alex. conſ. 242. lib. 6. de debitoribus qui non ſunt ſoluendo, vel in exigibiles aliqua Pet. Surd. deciſ. 326. nume. 41. & inferiùs.

ARGVMENTVM.

De verborum enuntiatiuorum fide, examinari hîc placuit haud nihil faciendum thema.

SVMMÆ.

1 *Verbis enuntiantibus inter contrahentes partes, an; & quando fides adhibeatur? per totum, & num. 2. & num. 8.*
2 *Declarationem legis optimam, C. de contrahend. ſtipula. Phili. Dec. enarrari, & nu. 4.*
5 *Curtij Iunio. rationem in autent. ſi quis in aliquo, C. de edend. num. 45. reiectam.*
6 *Explicationem verā ad legem optimam, C. de contrahēd ſtipula. & n. 7. vbi tranſcribitur.*

RACEMATIO 25.

MEmoratu penè digna ea eſſe iudicatur, quæ nunc ſubijcitur facti ſpe-
1 cies, iuris interpretes † herclè recenſent verbis enunciatiuis, inter partes contrahentes fidem adhiberi, & hac de, re, inſtrumento aliud referenti in eorum præiuditium inter quos confectum fuit inſtrumentum, fidem haberi ſic animaduerſum reliquerunt Bart. in autent. ſi quis in aliquo documento, num. 11. cui aſſentiuntur eo loci, Alex. Iaſo. Andr. Alciat. & reliqui recentiores, C. de edend. Alex. conſi. 184. nu. 3. lib. 6. Bar. idem, & cæteri in l. ex hac ſcriptura vbi Socc. Iunio. ff. de donatio. Socc. cōſil. 57. num. 46. & idem conſil. 68. num. 6. nume. 7. lib. 4. Matthæus Afflic. deciſ. ſua 83. num. 4. vbi Cæſar Vrſillus, Ioſeph. Maſcard. conclu. 621. num. 28. lib. 2. de probatio. quàm plurima deducens, more ſuo cū ſub ampliationibus, atq; ſublimitationibus,
2 vt ibi per eum † ſundabatur opinio iſta, ex Cæſarea conſtitutione, de qua in l. optimam, C. de contrahend. ſtipula. ſcribunt Philip. Dec. conſ. 42. num. 8. & conſ. 389. num. 9. Iacob. Menoch. conſil. 812. nume. 3. lib. 9. Tyber. Decia. conſ. 40. nu. 43. vbi de conſona prudentum * ſententia lib. 4. idem conſ. 120. num. 17. lib. 3. Aymo. Sauilia. conſil. 612. num. 1. lib. 4. And. Alciat. conſil. 63. lib. 8. Io. Cepha. conſ. 307. nu. 53. & conſi. 443. nume. 5. lib. 3. Iacob. Menoch. conſil. 476. num. 3. lib. 5. non nulla explicauit Iacob. idem conſ. 288. num. 27. lib. 3. & conſ. 772. num. 15. lib. 8. & conſ. 147. lib. 2. cum concordantibus, de quibus racematione 15. nume. 4. vbi quartam ſcripſi limitationem, nempè inſtrumētum ſe ad aliud referens, aduerſus contrahentes in eodem inſtrumento præſentes, ac conſentientes probare, vndè
3 inferri videtur quòd ſi fortè cum † Titio, vt potè Seij procuratore contraxerim quemadmodum in inſtrumento manu Caij confecto conſtare fertur, amplius id inficiari non potero, voluit Curt. Iun. in autent. ſuperius allata, nu. 45. vbi de communi opinione * videamus igitur benignum obſecro lectorem, quid hac in re, noſtri ſenſerint ad illius legis optimam explicationem, herclè Philip. Dec. in autent. ſi quis in aliquo, vbi ſupra nu. 34. dicebat locum habere quando verba enunciatiua ſimpliciter ſunt à contrahētibus prolata, vt potè ſi Stichus à me aliquid ſtipulatus fuerit, vt Sempronij ſeruus, tali pronuntiationi inhærendū erit. atqui aliud in hoc the-

mate

Digitized by Google

4 mate noſtro conſtituēdum eſt, vbi non † ſim-
plex adeſt aſſertio ſed citiùs ad aliud ſe retu-
lit inſtrumentum, & ob id iure meritò, ſi ei
non credatur, niſi relatum ſpectetur inſtru-
mentum ea propter, inquit ipſe Dec. hanc
quam præcitauimus autent. ex Cæſaris pro-
nuntiato, in l. optimam minimè reſtringi de-
bere. at certiùs ex diuerſo verbis enuntiati-
uis minimè initis inter cōtrahētes ipſos ſi ad
5 alteram relata fuerint ſcripturam † ſed Curt.
Iun. in autent. prælibata, num. 45. Bart. &
concordē tuendo ſententiam, reſpondet Phi-
lip. Decio, dum dicebat, autent. ſi quis in ali-
quo, tamquam poſteriorem legem optimam,
limitare quia ait ipſe Curt. ratio quare in au-
tētica requiratur originalis exhibitio eſt quã-
doquidem notarius de inſtrumento illo roga-
tus eſſe non potuit quæ ratio cæſſat inter cō-
trahentes ipſos, qui conſentiunt, atq; admi-
ctunt notarij aſſertionem, eamq; veram eſſe
fatentur. at aduerte quæſo, Bart. in defenſus
remanet à Philip. Dec. impugnatione, cum
ſatis non ſit, Curt. clypeum quantũuis enim
relata ſcriptura ab eodem notario facta eſſet
à quo poſtmodũ referens conficitur, ei quip-
pe ni copia ſcripturæ relatę confecta ſit, mi-
6 nimè creditur. quam ob rem † apud noſtros
præceptores inuenimus legem optimam, in
caſu inſigniori, vel ſingulari intelligi debere
hoc eſt, cum non relatiua, ſed ſimplex ſit aſ-
ſertio facta quemadmodum pro iunioribus, ſi
quis ſtipulatur, vt alicuius ſeruus, aut filius,
tametſi enim non probetur, attamen hoc cre
dendum. at ſecus herclè erit, ſi diceret velu-
ti ex inſtrumento Sempronij manu confecto
apparet, eo nempe caſu, inſpici oporteret in
inſtrumentum relatum. ſeu malis, exempli-
ficari poterit, ſi quis mecum contraheret qui
ſe alicuius procuratorem denominaret eadē
quoq; ratione aſſentimur, illud inficiari me
haud poſſe. ni ad aliud inſtrumentum relatio
facta eſſet. in quam ſententiam, irruit fami-
geratus ille Io. Bolognet. ad præcitatam au-
tenticam ſi quis in aliquo documento, num.
7 44. † & non immeritò ex quò id, ob contra-
hentium vtilitatem, contractuumq; ſic cele-
bratorum frequentiam, cōſtitutum fuit. per-
pendendo eo loci, dum Cæſar. inquit, cum
itaq; ſatis vtile eſt in contractibus, & ſeruos
adhiberi, & præſentes eſſe perſonas adſcri-
bi, fortè propter perſonas dignitate excelſas,
vel mulieres quas naturalis pudor non om-
nibus perperam ſe ſe manifeſtare concedit
ſancimus tales ſcripturas omnifariã eſſe cre
dendas. quam herclè doctam explicationem
animaduertit Pyrrhus Alſa. in autent. ſi quis
in aliquo, C. de edend. num. 167. fol. 266.
& tamen ſupra num. 169. inquit, vt pro vera
8 poſita ſententia illa quòd verbis † enuntian-
tibus aliam ſcripturam inter partes fides ad-
hibeatur quamuis viſa non fuerit prænotata
ſcriptura, oportere autenticam ſi quis in ali-
quo, vbi ſupra reſtringere, vt ei minimè locus
ſit, cùm certa eſt ſcriptura referens, & non
limitatiuè de alia ſcriptura mētionem faciat,
tunc enim inter partes probat hæc ille, qui
affluenter proſequitur quibuſdam reſponden
do obiectis, Hieron. Cagno. poſt num. 167.
vt ibi per eum.

ARGVMENTVM.

Quatuor eradicari limitationes Cæſareæ legis optimam, ſancionis, C. de cōtrahend. ſtipula. & non nulla alia per transennam, & pro ſecunda coanguſtatione, Iacob. Menoch. conſ. ſuo 342. ſub nume. 10. lib. 4. & quando probent enuntiatiua verba, Tyber. Decia. conſ. ſuo 40. ſub num. 11. lib. 4. Iacob. idem conſil. 207. num. 9. num. 11. lib. 3.

SVMMÆ.

1 *Probationem aduerſam in verbis enuntiatiuis admitti oſtenditur.*

2 *Ioan. Bolognet. inquit, non recipi debere probationem eam.*

3 *Verbis enuntiatiuis minimè credi quãdo diſceptatur de eo, quod enuntiatum fuit.*

4 *Enuntiatiua verba, an, & quando validi cenſeantur momenti? remiſſiuè.*

5 *Confeſſionē in ijs quæ iuris ſunt, præiuditium minimè afferre.*

6 *Verba enuntiatiua quamuis ob aliud emiſſa non diſponant, fauore tamen piæ cauſæ ac dotium rectè probare.*

7 *Enuntiatiua verba fidem haud minorem facere aduerſus hæredes, vel ſucceſſores.*

8 *Verba narrantia etiã inter contrahentes non probare, ſi prolata fuerint circa ea, de quibus, diſponere minimè valerent.*

RACEMATIO 26.

IAm vnanimi conſenſu traditum eſt,
enuntiantibus verbis inter partes
contrahentes fidē adhiberi ex Cæ-
ſareo pronuntiato in leg. optimam,
1 C. de contrahend. ſtipula. † verum quia non
nullas pariter limitationes pronuntiatum id,
meritò

meritò eas quæque fuerint, tranſcribere non grauabor. primum coanguſtatur, vt quamuis enunciatiuis verbis credatur inter partes, attamen locum minimè habeat, ſi contrariũ probari poſſet. prout eleganter docuit, Bart. & alij in præcitata leg. optimam, & idem in l. ex hac ſcriptura vbi quoque cæteris, ff. de donatio. Socc. fuit huiuſce adhuc ſententiæ, conſ. ſuo 46. lib. 1. & conſ. 213. lib. 2. verſ. ſecunda concluſio, & paulò inferiùs, & ſentire videtur Iacob. Menoch. conſi. 812. num. 3. lib. 9. & conſ. 401. nu. 51. lib. 5. idem conſ.
2 504. n. 40. lib. 6. vbi declarat. † atqui Io. Bolognet. vir auctoritatis non cõtendendæ ſententiam hanc diluere valdè conabatur, in autent. ſi quis in aliquo, C. de edend. ſed caueat quicquid ipſe velit, à communi ſentententia * recedendum non eſt, Pyrrhus Alfa. inquit eo in loco ſupra num. 171. cuius obiectis, & ratiocinationibus ſubtiliter reſpõdet. aſſecla fuit Ioſeph. Maſcard. concl. ſua 621. nume. 30. lib. 2. cum ſublimitationibus per
3 eum deductis de probatio. altera † & ſecunda coanguſtatio eſt, vt ſi præcipuè de eo agatur quod fuit enunciatum, verba enuntiatiua minimè probare, ſed tantùm fidem facere ad illius contractus finem pro quo enũtiatio facta fuit quemadmodum pro iunioribus dico, ſi tibi, vt Sempronij ſeruo, centum quinquaginta promiſerim, illud etenim enuntiatum probat inter partes Titium ſeruum eſſe Sempronij quo ad hoc, vt ſtipulatio valeat, & quo ad contractum ſecùs ſi poſtmodum de ſerui dominio lis vertatur, vel ſi principaliter de illo enuntiato an ſtipulator ſit ſeruus Sempro
4 nij diſputetur ſeorſum in alio iudicio eo † nẽpè caſu haud probãt ſic docuêre Philip. Dec. Curt. Iun. And. Alciat. Hieron. Cagno. Io. Bolognet. in autent. ſi quis in aliquo documẽto, ſuperiùs deducta, & eo loci recentiſsimè Pyrrhus Alfa. num. 171. Matheſ. ſingu. 79. nota quòd quotieſcunq; Bal. in l. ad probationem in extremo, C. locat. Alex. conſ. 21. nume. 4. lib. 1. copioſus Maſcard. more ſuo plura cumulans conclu. 621. nu. 19. & conclu. 915. num. 14. lib. 2. de probatio. & nu. 23. cum alijs concordantibus per Iacob. Menoch. conſ. 260. num. 12. lib. 3. Aymo. Sauilia. conſ. 600. num. 2. lib. 4. pulchrè ſcribit Tyber. Decia. conſ. 52. poſt num. 46. lib. 3. idem conſil. 21. num. 36. lib. 2. & an, & quando probent? idem conſ. 32. num. 75. & latè inferiùs lib. iſto remiſsiuè, & an, & quando verba enuntiatiua, præceptiua, vel diſpoſitiua in vltimis voluntatibus diſpoſitionem inducant? tangit Franciſ. Mant. tracta. ſuo

de coniect. vltima. volunt. tit. 1. num. 7. nu.
5 14. lib. 8. † altera, & tertia limitatio ſit, vt potè ſi pronuntiatum fuerit aliquid quod in iure conſiſtat, vt in ea facti ſpecie quã commemorat Aymo. Sauilia. conſil. 29. num. 2. lib. 1. & conſil. 369. num. 3. lib. 3. vberiùs ſcripſit Tyber. Decia. conſil. 33. nume. 69. num. 72. lib. 1. vbi alios citat confeſsio namque in ijs quæ iuris ſunt præiudicium afferre minimè valebit teſte ad hoc celebri Paulo in l. ornamentorum, ff. de auro, & argẽt. legat. quo in loco dicebat, ornamentorum appellatione veſtem muliebrem non contineri, nec errorem hæredis ius mutaſſe reſpondi. hæc paulus, & per illum tex. multa docuit, Aym. idem conſ. 947. num. 38. lib. 5. conſil. 85 1. ſub num. 7. lib. iſto. ſenſerat Ludo. Roman. conſil. 113. num. 5. vbi latè Horatius Mandoſius in additamentis ad eum, Ioſeph. Maſcard. tracta. de probatio. in euidentialibus, quæſt. 7. nu. 44. lib. 1. quibus annexui, Pyrrhum Alfa. in autent. ſi quis in aliquo documento, num. 172. & inferius, C. de edend. vbi nihilominus impugnat dic, vt ibi per eũ.
6 † ea quoque obſeruatione digna ſunt, verba enuntiatiua quamuis ob aliud emiſſa, ac per modum cauſſę prolata non diſponant in vltimis voluntatibus, attamen coanguſtatur fauore piæ cauſſæ Tyber. Decia. conſ. 102. nu. 24. lib. 2. fauoreq; dotium receptum eſt, verba enuntiatiua, inter alios dotem probare ad mulieris abſentis gratiam. ſic Tyber. idem conſ. 52. num. 45. lib. 3. idem conſ. 49. nu. 4. lib. 2. idem fauore piæ cauſſæ conſ. ſuo 44. num. 54. & paulò inferiùs lib. 3. cum concomitãtibus à Maſcard. citatis concl. ſua 621. num. 46. nu. 47. lib. 2. de probatio. copioſè explicat Iacob. Menoch. conſ. 81. nu. 22.
7 num. 23. lib. 1. illud rurſus † applicandum eſt enuntiatiua verba fidem non minorem facere aduerſus hæredes, & ſucceſſores quẽadmodum poſt multos docuit, Aymo. Sauilia. conſ. 564. nume. 2. lib. 4. cum his quæ congeſsit Iacob. Menoch. conſil. 979. num. 4. lib. 10. vlterius hũc coaceruandum fore opinatus ſum venditionem minimè probari ex emptione enuntiata abſq; pretij mentione facta quòd tamen intelligitur quando eſt contentio inter emptorem, ſeu venditorem, vel illorum hæredes ſuper pretij quantitate, ſecus ſi dumtaxat controuertitur nũm facta ſit emptio, vel venditio, vt abundè Iacob. idem conſ. 979. nu. 9. & inferiùs lib. proxime ci-
8 tato cum concordantibus alijs † quarto, & vltimò inter cætera coanguſtarem, verba nẽpè enuntiatiua etiam inter contrahentes minimè

minimè

nimè probare quotieſcunq; ſunt prolata circa ea, de quibus ipſi diſponere non valerent quemadmodũ in ea facti contingentia à Tyber. Decia. relata reſpectu fide commiſſorũ, conſ. ſuo 35. num. 29. lib. 3.

ARGVMENTVM.

Cæſaris pronuntiatum in autent. ſi quis in aliquo documento, quibus in terminis, & ſcripturarum ſpeciebus loqui.

SVMMÆ.

1 *Verborum, & rerum potiorem ſemper eſſe debere interpretationem.*

2 *Turpe eſt loquenti proprios ignorare terminos.*

3 *Scripturarum ſpecies trinas eſſe demonſtratur atq; exemplar, originalis ſcriptura, autenticum idem ſonare, & nu. 5. vbi Diocletiani, & Maximiani Cæſarum enarrata, tranſcribuntur, & nume. 6. vbi Vlpiani, Pauli, ac Gregorij Summi Pontificis verba, referuntur, & num. 8.*

4 *Exemplar ſi deficiat, deficit quoq; exemplatum. ex Alpheni vari pronuntiato.*

7 *Index, exemplum, ſumptum, copia, tranſumptum, memoria, idem valere cautum fuit.*

9 *Cæſar in autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. de qua ſcripturarum ſpecie loquatur?*

RACEMATIO 27.

APud Iuniores ſæpe ſæpiùs hæſitari conſueuit, an diſſonæ inter ſe ſint illæ ſcripturarum ſpecies autenticum, ſeu publicum inſtrumentum, originalis ſcriptura, exemplar, index, ſumptum, memoria, exemplum, copia, tranſum-
1 ptum † ſemper enim verborum, ac rerum potior eſſe interpretatio debet ſententia fuit Vlpiani in l. 1. ſi cert. peta. vbi Bal. & qui vult ſcire quid rei, debet prius ipſius rei principia cognoſcere quemadmodum cẽſuerat Vlpianus idem in l. 1. ff. de iuſt. & iur. vbi quoque Bal. adnotat omniſq; doctrina, & diſciplina à vocabulorum cognitione exorditur ad tradita, per Bal. eundem in l. liberti, nu.
2 5. C. de ope. liberto. † & alibi legimus, turpe eſſe loquenti proprios ignorare terminos, Angel. conſil. 110. ſic ſcripſit Franc. Mant. ſuo fecundiſsimo tracta. de conicct. vltima. volunta. circa principia plura cumulat Ioſep. Maſcard. in euidentialibus, quæſt. 2. lib. pr. de probatio. atq; Tyber. Decia. celebri tracta. crimina. in initio lib. 1. tom. ad hûc pr. cum ſimilibus à Rol. Vallenſ. conſil. ſuo 70. lib. 3. & conſ. 56. lib. iſto, prænotandum itaque erit, tres eſſe ſcripturarum ſpecies, vna
3 † eſt originalis ipſa ſcriptura, ſeu publicum inſtrumentũ quod varijs nominibus denominari aſſolet exemplar, tum à Bar. in l. Sempronius de legat. 2. tùm etiam ab Vlpiano in l. 1. §. ſi quis in duobus, ff. de bono. poſſe. ſecund. tabu. eo namq; loci Vlpianus ait, ſi quis in duobus exemplaribus fecerit teſtamentum, & aliud extet, aliud non extet. tabulæ extare videntur. & ibidem Accurſius adnotat dum interpretatur hoc eſt, authenticis de illo igitur exemplari alloquitur Bal. in autent. ſi quis in aliquo, C. de edend. vbi quando vnum inſtrumentum relationem habet ad aliud, oportet de cætero conſtare, ad
4 quod relatio fit † ex eo quia ſi deficit exemplar, deficit, & exemplatum, vt prudentiſsimè ait, Alphenus Varus, l. in teſtamento el primo, ff. de conditio. & demonſtratio. Ioſep. Maſcard. qui eum refert, conclu. 711.
5 num. 5. lib. 2. de probatio. originale, ſeu † originalis ſcriptura ſic nuncupauère, & Accurſius in l. 2. ff. de fide inſtrumento. & Cæſares ij Diocletianus, & Maximianus, in l. ſancimus, C. de diuerſ. reſcrip. ſancimus inquiunt Cæſares, vt authentica ipſa, atq; originalia reſcripta, & noſtra non exempla eorum inſinuentur. quæ nempè ſcriptura in hoc Siciliæ Regno ea foret, quam publicum nuncupamus inſtrumẽtum in membrana quibuſdam adhibitis ſollemnitatibus quemadmodum qui vis ingenioſus introſpicere valebit, conſtitutione in illa, inſtrumentorũ robur, al-
6 tero † quoq; nomine demoniari cautum fuit, autenticum docuêre Vlpianus, in l. vltima, ff. quemadmodum teſta. aperia. ſi quis fecerit teſtamentũ, & eius exemplo quidem aperto, nondum apertum eſt teſtamentum, quòd ſi autẽticum patefactum eſt: totum apertum eſt, & Paulus in l. 2. ff. de fid. inſtrumento. quicunq; à Fiſco conuenitur, non ex indice, & exemplo alicuius ſcripturæ, ſed ex authẽtico conueniendus eſt, hæc tradebant ipſi, cautum ad huc fuit, à Romanis Pontificibus Gregorio, Alexãdroq; Tertio capite pr. atq; 2. de fid. inſtrumento. inquit Gregorius ille, ſi ſcripturam autenticam non videmus, ad
7 exemplaria nihil facere poſſumus. † altera, & ſecunda eſt ſcripturarum ſpecies, quæ ex illius modi deſcribitur exemplari, vel authentico de verbo, ad verbum, & aliâs nuncupari

conſueuit

Digitized by Google

conſtituit index, exemplum, à ſuperiùs deductis atq; citatis iureconſultiſsimis in l. 2. ff. de fid. inſtrumento. & §. ſi quis in duobus,& de Pauli quoq; ſententia, in l. ſi legatum, ff. de edend. alibi ſumptum, tranſumptum, copia, ſiue memoria, vt putauit Accurſius, in l. 2. ff. de fid. inſtrumento. non nulla cecinit Ioſep. Maſcard. conclu. 711. in initio lib. 2. de probationibus Roland. Vallenſ. conſ. 32. num. 26. lib. 2. Iacob. Menoch. conſil. 732. nume. 3. & inferiùs, lib. 8. ſed nihilominus exemplar, & exemplum aliquando confundi ſolent, vt teſtatum vidimus, apud Hyſpanũ Didac. Couar. cap. 19. nume. 4. lib. pract. quæſt. Coraſ. in l. humanitatis, num. 16. C. de impube.& alijs ſubſtitu. atqui in ambigua re firmiter regulę inhærendum erit de Accurſij ſententia in l. omnis diffinitio de regu. iur. vbi Dec.& Hiero. Cagno. ſequuti Bononienſes Carocio Iaſo. in l. ſi conſtante, num. 24.
8 ſolut. mat. † Altera, & tertia ſcriptura eſt, authenticum ipſum, ſiue publicum inſtrumẽtum quod de alio publico inſtrumento mentionem faciat ac ſi iunioribus alloquer, ſi tibi centum quinquaginta inſtrumento publico promiſtam, vt potè Sempronij procurator de qua quidem procuratione dicitur ex altero inſtrumẽto conſtare. ſeu malis ſi centum quinquaginta delegem quæ mihi ex publico inſtrumento Sempronius, Titiuſuè debeat de qua ſcripturarum ſpecie, enarrant noſtri iuris interpretes in autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. Hiero. Cagno. Curt. Senior Io. Bolognet.& alij recentiſsimè Pyrrhus Alfa. eo loci, num. 9. Ioſeph. Maſcard.
9 concluſ. 923. lib. 2. de probatio. † quòd ſi ſciſcitetur, de qua ſcripturarum ſpecie loquatur Cæſar in autent. ſi quis in aliquo documẽto, vbi ſupra, aliorum opinionibus ſemotis,
** verior, & crebrior ** ſententia eſt, Cæſarem ipſum loqui de hac poſteriori ſcriptura, hoc eſt quando publicum inſtrumentum de alio publico inſtrumento mentionem faciat, vt atteſtatus eſt Pyrrhus Alfa. vbi ſupra poſt num. 13. huc conferunt, quæ inſigniter ſcribit Iacob. Menoch. conſ. 410. num. 34. lib. 5. dum declarat, quæ dicantur authentica acta, & hæc annotanda ſunt reſpectu eorum quæ ſuperiùs deduximus, atq; nonnullorum ſcitu in materia exemplorum, de quibus alibi Deo duce dicemus.

ARGVMENTVM.

De Iuriſdictione, & quotuplex ſit? & ſpeciatim de Principe cauſſam mandante ordinarijs magiſtratibus, an, & quando, vt delegati iudicetur? hoc in loco introſpicere conſentaneum erit, & an, & quando quis iudicetur ordinarius, vel delegatus adeũdus eſt, Iacob. Menoch. conſ. 630. lib. 7.

SVMMÆ.

1 *Iuriſdictionis diuiſio in voluntariam, & contentioſam à Martiano tradi in l. 2. ff. de off. proconſ.*

2 *Iuriſdictio voluntaria, & contentioſa quæ? breuiter explicari.*

3 *Emancipationem, adoptionem, notariorum, doctorumq; creationem, in numerum voluntarie iuriſdictionis adſcribi.*

4 *Iuriſdictio alia eſt ordinaria, alia delegata, & quomodo inter ſe diſtent? & de earum diffinitione, num. 5. & nu. 10.*

6 *Princeps ſi ordinario magiſtratui cauſſam committet, an is, vt ordinarius, an ne vt delegatus procedet? breuis accommodatur diſtinctio, & num. 8. num. 9.*

7 *Verba Calliſtrati, atq; Vlpiani enarrantur, in l. ſæpe audiui, & l. generaliter, ff. de off. Præſidis.*

RACEMATIO 18.

Qvamuis vulgare, & tritum ſit thema illud, cùm princeps alicui ordinario magiſtratui cauſſam cõmittit qui aliàs in cauſſa competens erat iudex, an in eadem ſit ordinarius, delegatuſuè iudex Magiſtratus ipſe, attamen in tribunalibus frequentiſsimum eſſe cenſetur, & pro tirunculis ſaltem non nulla ſunt prænotanda
1 † nempè dupplicem animaduerti diuiſionem iuriſdictionis ipſius prima quarũ fuit à iure conſulto Martiano tradita in l. 2. ff. de off. proconſ. quo in loco, Martianus cunctam diſtribuit iuriſdictionem in voluntariam, & contentioſã omnes proconſules ſcripſit ipſe, ſtatim quam vrbem egreſsi ſunt, habent iuriſdictionem non tamen contentioſam, ſed voluntariam:
2 † contentioſa iuriſdictio eã dicitur, quæ in inuitum, & reluctantem reditur Paulus ſenſit, in l. inter ſtipulantem, §. 1. de verbo. obligatio.& per illum textum Rolãd. Vallenſ. conſ. 56. num. 5. lib. 2. And. Barbat. cap. de quo vult Deo, num. 74. de Iudit. aſſecla fuit, Iaſo. in l. 1. C. de ſum. trinita. commenta. 2. num. 83. Iuriſditio etenim voluntaria inter conſentientes, atq; volentes exerceri aſſolet, & ex hoc infertur,
3 † emancipationem, adoptionem, Doctorum, militum, notario-

Digitized by Google

tariorumq; creationem, in voluntariæ iuriſdi ctionis numerum adſcribi debere ex quò in-uitus quis non emancipatur, neque emanci-pat, nec diſſentientem, in adoptionem dari Imperatores Diocletianus, ac Maximianus, Imperatorque Anaſtaſius, in l. iubemus in extremo, C. de emancipa. libero Celſus, in l. in adoptionibus, ff. de adoptio. me-moriæ prodidêre Philip. Decia. conſil. 156. Bart. in l. 1. nume. 80. C. de dignita. lib. 12. Recentiſsimi Bononienſes in l. vltima, ff. de iuriſd. omn. iudi. Roland. Vallenſ. conſil. 88. nume. 33. lib. pri. cum concor-dantibus à Maſcard. citatis conclu. ſua 948. nume. 15. lib. 2. de probatio. plura coa-ceruant Didac. Couar. cap. 20. num. 6. & in-ferius varia. reſolu. lib. 3. Iacob Menoch. cõſ. ſuo 479. lib. 5. aliqua, Tyber. Decia. conſ. 91. lib. 2. dum loquitur de legitimatione idem cenſendum erit de actu inſinuationis Alex. conſil. 157. lib. 2. poſt princ. & de quo-dam exemplo à Roland. Vallenſ. conſil. ſuo 91. nume. 4. lib. 3. & quomodo con-ſideretur iuriſdictio ipſa in magiſtratibus, atque territorio declarat Matthæus Afflic. lib. 3. fęudo. tit. de allodijs nume. 24. & de imperio obiter ad inſtar quatuor ele-mentorum Nicola. Boer. deciſ. 320. poſt
4 nume. 3. cum ſimilibus † altera & ſecun-da diuiſio eſt, vt alia ordinaria, alia verò mã-data exiſtimetur quæ ordinaria, ab ipſa man data, ſiue delegata ſic diſtincta fuit, vt qui ordinariam obtinet iuriſdictionem eam iure ſuo habere dicitur, atqui mandatam habet iuriſdictionem alieno beneficio ha-bere iudicatur, ex Papiniani ſententia, in l. pr. §. vltimo, ff. de off. eius cui man-dat. eſt iuriſdict. Iulianus animaduertit in l. & ſi prætor tit. iſto idem cenſuit Iulia-nus ipſe, in l. more maiorum, ff. de iuriſd. om. iud. & iam concomitatur Vlpianus,
5 in l. ſolet tit. iſto † vlterius prænotandũ, quòd iuriſdictio ordinaria, eſt iuriſdicendi poteſtas iure ſuo competens. mandata verò eſt iuriſ-dicendi poteſtas iure competens alieno quẽ-admodum hæc omnia planiùs docuerat poſt multos Pyrrhus Alfa. ad rub. de off. eius cui mandat. eſt iuriſd. cum concordãtibus quos ipſe affert num. 2. num. 29. & num. 36. ex his igitur ſic breuiter elicitis, talis quippe acco-
6 modatur diſtinctio, aut † ordinario magiſtra-tui princeps cauſſam ſimpliciter mandat, vel committit prout ſæpe ſæpiùs in hoc Siciliæ Regno Illuſtriſsimi Proreges proferre cõſue-uerunt putà Mag. Reg. Cur. iuſtitiam faciat, vel de iuſtitia prouideat, & tunc magiſtratus ille qui ordinariam habebat iuriſdictionem, non edepol, vt delegatus, ſed vt ordinarius in cauſſa illa procedere debet, atque ideò principis reſcriptum, eſt ad Mag. Reg. Cur. iuriſdictionem excitandam And. Gail. obſer. 41. nu. 6. lib. 1. practica obſerua. ad hoc duo citantur iura, & lege generaliter, & lex ſæ-pe audiui Cæſarem, ff. de off. præſ. in leg. ſæ-
7 pe, ſcripſit Vlpianus, † audiui Cæſarem no-ſtrum dicentem, hac reſcriptione eum qui prouinciæ præeſt, adhire potes, non imponi neceſsitatem proconſuli, vel legato eius, vel præſidi prouinciæ ſuſcipiendæ cognitionis, ſed eum extimare debere, an ipſe cognoſce-re, an iudicem dare debeat. in lege genera-liter Calliſtratus dicebat, quoties princeps ad præſides prouinciarum remictit negotia per reſcriptiones, veluti, eum qui prouinciæ præeſt, adhire poteris, vel cum hac adiectio-ne, is æſtimabit quid ſit partium ſuarum, non imponitur neceſsitas proconſuli, vel legato ſuſcipiendæ cognitionis, quamuis non ſit a-diectum, is ęſtimabit quid ſit partium ſua-rum, ſed is æſtimare debet, vtrum ipſe co gnoſcat, an iudicem dare debeat. Infertur itaque ex illorum iureconſultorum pronun-tiatis, præſidem animaduertere debere nùm cauſſa talis ſit, vt ipſe cognoſcere debeat hoc eſt, ordinario iure, vel ex cauſſæ qualitate iu-dicem dare oportere. & ex quò cum de prę-ſide, vel Mag. Reg. Curia facta ſit mentio, vt præſes, vel Magna Curia cognoſcat, vide-tur præſidis Magnæq; Curiæ, perſpicua ratio habita quatenus eſt præſes, vel Magna Regia Curia, ideoq; datur manifeſtè intelligi, vt iu re ſuo præſes, vel Magna Curia cognoſcat, at verba illa iuſtitia fiat ſi quæratur quid ſonent
8 tangit Philip. Decia. conſ. ſuo 483. † aliquã do vero princeps in reſcripto illa annexuit pronuntiata, hoc eſt, auctoritate noſtra eni-timini, vel noſtras tribuimus vices, & tunc ex quò præſidis Magnæuè Regiæ Curiæ auctori tatem minimè fiunt, ſed proregis, vel Prin-cipis, eo herclè caſu, magiſtratus ille ordina rius ob præcitata enuntiata principis, dele-gatus erit iudex, quandoquidem non iure po titur ſuo, ſed Principis reſcribentis beneficio, & ſubſequenter alieno procedet Mag. Regię Curiæ ex Iuliani ſententia in l. & ſi prætor, ff. de off. cui mandat. & in l. more maiorum. ff. de iuriſd. om. iud. vbi Bar. Alex. & alij quos aſſequitur Pyrrhus Alfa. vbi ſupra num. 38.
9 quam ſententiam ipſe pinguefacio † ex ſuc-cis Matthæ. Afflic. cap. ſi quis miles, de fęudo ſine culpa non amictendo num. 3. & inferius. Marci Aquilini in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter num.

Digitized by Google

num. 68. de verbo. obligatio. And. Barbat. cap. cum ab Eccleſiarum, num. 30. & paulo inferiùs, de off. ordina. Philip. Dec. conſil. 413. num. 8. Iacob. Menoch. conſ. 406. nu. 55. num. 56. lib. 5. & non nulla idem, conſ. 630. lib. 7. idem conſ. ſuo 340. num. 29. nu. 34. num. 39. lib. 4. & de iuriſd. ordina. mul ta venuſta cumulat Ioſep. Maſcard. concluſ. 945. quibus aggregatur nouiſsimè Octauius Gloritius licet remiſsiuè loquatur in cap. ſu-
10 per literis, n. 142. de reſcrip. atq; † de legata, quæ eſt ex accidenti Maſca. ſcribit, conclu. ſua 947. num. 3. lib. 2. de probatio. cum ſimilibus. & in Regno habemus, cap. 39. Ioannis Regis. & Pragm. 7. fol. 16. tom. 1. tit. 15. illud applicandum venit obiter, quòd dignitates, & iuriſdictiones apud Principem ſunt veluti ſcabellum ſub pedibus, Aymo. Sauilia. conſ. 463. nu. 1. lib. 3.

ARGVMENTVM.

Breuiſsimis medijs demonſtrari hûc hæredem facto defuncti qui legauerat, vel alienauerat bona fideicommiſſo obnoxia, contrauenire haud poſſe.

SVMMÆ.

1 *Hæredem nõ admitti ad retrahendam bonorum fideicõmiſſo ſuppoſitorum alienationẽ.*

2 *Io. Cæpha. reſponſum, conſ. 393. lib. 3. ſtupendum eſſe cenſeri.*

3 *Martiani iureconſulti locus, in l. filius familias, §. cum pater de legat. pr.*

4 *Legatum vſusfructus bonorum fideicõmiſſo obnoxiorum, ab hærede non reuocari, & an hæres poſsit cõtrauenire aduerſus factũ illius cui extat hæres. declarat Iacob. Menoch. conſ. ſuo 404. nu. 10. lib. 5.*

RACEMATIO 29.

NOn rarò accidit in facto caſus iſte, teſtator alienauerat bona quædam fideicommiſſo obnoxia, cuius factũ filij, vt hæredes, vel tamquã fideicommiſſarij hæreditate tamen adita teſtato-
1 ris ipſius, impugnare nituntur † quæſitum eſt, an ipſi quibus facienda eſt reſtitutio bonorum illorum ad venditionem retrahendam admittantur? & quidem arbitror, quòd non. & inter complura iuris interpretum loca, eà potiora me mouent, quorum primus eſt, Papiniani in l. vnum ex familia, §. ſed ſi vnũ, de legat. 2. vbi Papinianus commemorat, vt ſi fundus, qui in familia conſeruari debuit, à teſtatore legatus fuit extraneo, vindicari fundus ille poterit ab illo ex familia qui teſtatori hæres non extitit. hæres autem qui alias iure ſuo, & ipſe vendicare potuiſſet, doli exce-
2 ptione repellitur. † ſecundus eſt, Excellentiſsimi Ioannis Cepha. conſi. 393. num. 46. lib. 3. quo in loco inquit, quòd ex quò filij Hieronymi de quo, ibidem me remitto, ne dum venditioni factæ conſenſerant, verùm etiam ipſius vendentis hæredes fuerãt ob id, illius alienationem conuellere non poſſunt. & poſt doctorum congeriem ſubdit, nume. 49. conſuluiſſe Iacob. Menoch. conſ. ſuo 89. lib. 1. quod nempè Cepha. reſponſum ad fauo-
3 rem Santherij ſtupendum eſſe cenſeo † tertius locus eſt, Martiani Eruditiſsimi viri, in l. filius familias, §. cum pater, de legat. 1. vbi iudicauit, hæredem pro ea parte, qua eſt teſtatoris heres, qui fundum fideicommiſſo ſuppoſitum alteri legauit, minimè valere fundũ eũ reuocare. Eccè quomodo Martianus admonet, teſtatorem poſſe indetrimentum hæredis res fideicommiſſo obnoxias, relinquere. quartus eſt Tyber. Decia. conſ. 57. lib. 1. quo in loco, reſponſum fuit vſumfructum ex bonis fideicommiſſo obnoxijs, conſtitui, atq; legari poſſe extraneis in præiudicium hæredum. & ſenſerat Nicola. Bello. conſil. ſuo 9.
4 num. 9. cum ſimilibus. † quintus, & poſtremus fit, Iacob. Menoch. conſil. 955. lib. 10. vbi more ſuo adeò doctè, & copioſè ſcribit, vt nullus penè locus dicendi relictus eſſe videatur; contrarias refellendo ſententias in ſpecie namq; conſuluit, vſufructus reſpectu legatum id validi fore momenti, hac hæredem pro ea parte qua eſt hæres, teſtatoris fundum fideicommiſſo ſuppoſitum, alteri alienatum, retractare haud poſſe. & conuenire videntur, Tyber. Decia. conſ. 1. nu. 84. lib. 4. Aymo. Sauilia. conſ. 975. num. 2. lib. 5. & quid de hærede, hæredis? Iacob. idem conſil. 801. num. 53. lib. 9. multa pulchra ſcribit Tybe. idem conſ. ſuo 3. lib. 5. vbi Latiùs diſtinguit, an, & quando fideicommiſſarius admittatur, & quòd hæres cõpellatur alienationi defuncti ſtare voluit, Aymo. conſi. 668. ſupra nu. 7. & inferiùs idem conſ. 733. num. 3. lib. 4. idem conſ. 378. lib. 3. vbi de filio ſubſtituto, vendente bona ſubiecta in ſimul cum patre, non nulla Tybe. conſ. 2. nu. 146. & inferiùs lib. 2. quid ſi hæres confecerit inuentarium ſcripſi racematione 229.

ARGVMENTVM.

De liberatione tutoribus legata reſpectu tutelæ futuræ cuius momenti ſit.

SVMMÆ.

1 *Tutoribus liberationem legare à ratione reddenda ad quam, omnes tenentur fruſtraneum cenſeri, & nume. 5. vbi de veriori ſententia.*

2 *Tutores an per viam legati liberari poſſint quotieſcunque condemnandi venirent? & num. 3.*

4 *Liberatione relicta tutoribus, ſemper intelligi ni dolus interuenerit.*

RACEMATIO 30.

CErto certius eſſe putant noſtri, & celebres ſcriptores, teſtatori haud permiſſum fore à legibus ipſis, vt tutores liberent ab adminiſtratio-
1 nis tutelæ ratione reddenda † ad quam nempè cunctos aſtringi iam teſtatiſsimũ eſt, apud Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 49. num. 15. lib. 1. ac Iaſo. conſil. 219. lib. 2. Tyber. Decia. conſ. 85. num. 22. lib. 2. & conſ. 7. num. 46. num. 48. lib. 4. cum concordantibus ab alijs vndiq; quamuis inficiari non poſsit, liberationem iudicari legatã, quo ad ſcrupuloſam dumtaxat, exactamq; illam rationum redditionem, non eminuero quoad eam, dolum, reſiduiq; reſtitutionem, conſpicientem. ad quam ſententiam demoſtrandam, oporteret iureconſultos citare quorum locis, & teſtimo-
2 nijs, fulciri non incommodè valeat. † & inter cæteros, primùm conuoco, Bar. in l. quidam decedẽs, ff. de adminiſtra. tuto. Philip. Dec. conſ. 418. num. 21. Iaſo. conſ. 14. lib. 3. Ludo. Gozad. conſ. 47. nu. 15. Socc. conſ. 201. lib. 2. tametſi per viam legati, vt fuſius per eos. & ſenſerat Alex. conſ. 62. lib. 4. veritatis pater, ſic nuncupatus, à Hier. Alba. conſil. 22. num. 2. cum ſimilibus. Secundo loco,
3 citatur Hyſpanus † is, Didac. Couar. capit. 14. lib. 2. varia. reſolu. nume. 3. quo loci inquit, poſt multos, quoties à rationibus reddendis adminiſtrationis futuræ aliquis liberatur, attamen eum teneri rationes reddere, ac reliqua reſtituere. & paulò inferiùs ſubiungit, idem eſſe, vbi teſtator ne dum tutorem liberauerit ab actione adminiſtrationis tutelæ futuræ, verum etiam teſtamento ſcripſerit tutori relinquere omne id, in quo condemnari contingerit. eſtque communis opinio vt ibidem per eum compertius explicantem,
4 ad quem beneuolum reijcimus lectorem. tertio ad idem † adduco, Tyber. Decia. conſil. ſuo 20. nume. 87. lib. 5. vbi poſt alios quoq; admonuit, liberatione legata tutoribus, ſemper intelligi niſi dolus interuenerit, & demũ ſubdit, quamuis legatum fuiſſet totum id, in quo condemnari poſsint ob malam adminiſtrationem quod certè minimè intelligeretur liberatio facta illorum quæ malè geſta eſſent. cui exagero, And. Alciat. conſ. 159. num. 2. lib. 9. ſecundum meam impræſsionẽ. & prænotandus eſt, Cęſar Vrſillus in additamentis ad Matthæ. Afflic. Neapolitana deciſ. 220. nume. 8. vbi de cautela. Quarto, & vltimo
5 aſſero † eggregium Iacob. Menoch. conſil. ſuo 731. poſt num. 1. lib. 8. & ſub num. 5. & ferè per totum quibus in locis, de veriori, & probabiliori ſententia atteſtatus eſt aduerſus dominam Pompeiã, vt rationem reddere compellatur, liberatione teſtatoris memorata, non mouente. accedat, Aym. Sauilia. conſil. 568. lib. 4. & conſ. 764. lib. 5. Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 1252. nu. 8. lib. 3. de probatio. præcognoſcendus venit Iacob. Menoch. de præſump. præſ. 164. lib. 5. per totum multa de tutoribus habes per Pet. Surd. deciſ. 184. & de dolo, vt remitti non valeat, habes caſũ And. Gail. obſeru. 45. lib. 2. prac. obſeru. vbi de cautione ab vſufructuario.

ARGVMENTVM.

Breuiſsimè concluditur tertium executioni non obeſſe, & de ſententijs conformibus, & de ſtatutis executionem tribuentibus inſtrumentis publicis trina, quod de tertio non nulla Iacob. Menoch. conſil. ſuo 319. nu. 8. lib. 4. Trina themata quamuis denſiſsima, attamen non nihili facienda.

SVMMÆ.

1 *Executionum aduerſus debitorem communem, an impediri à tertio?*

2 *Tertius comparens ad executionẽ impediendam de iure ſuo ſummatim diſceptari.*

3 *Executiones permitti ne faciliter impediant.*

4 *Tertium non poſſidentem executioni haud reſiſtere.*

5 *Sententias conformes denominari tùm ſunt concordes, & in ſubſtantia conueniunt.*

6 *Sententias duas conſonantes, minimè dici quando ſecunda eſt reformatoria primæ.*

Statuto

Digitized by Google

7 *Statuto ſtante contra inſtrumentum opponi non poſſe exceptionem quod admittatur rei non-traditæ exceptio.*

8 *Retinendi ius in executione ſententiæ an dari? oſtenditur.*

RACEMATIO 31.

PErſepe in tribunalibus accidunt in facto huiuſmodi themata, ſunt plures creditores, quorum alij ſunt anteriores, & alij poſteriores, executionem exercentes aduerſus communem de-
1 bitorem † an alter ex his tamquã tertius non tamen poſsidens impedire valeat executionem? humaniſsime lector, ſcio equidem te minimè latere iuris interpretes peruetere m hanc facti ſpeciem tangere cuiuſmodi fuêre, Bart. & cæteri in l. a Diuo Pio §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudica. quo loci pari voto, aſſerunt vnanimiq; concordia tenent, iudicati executioni tertium nihil obeſſe putari, vt ibi per eos. ad quã herclè concomitandam opi-
2 nionem ſuffragatur, & primo † Pet. Ancha. auctoritas conſ. ſuo 91. poſt nu. 2. vbi ſi tertius compareat ad impediendam executionem de iure ſuo ſummatim diſceptatur reſeruatis nihilominus omnibus iuribus in ordinario iudicio ſcribit Rol. Vallenſ. conſil. 5. lib. 2. pulchram diſtinctionem adhibuit Ioac. Mynſ. obſeru. 73. cent. 3. ſingul. obſerua. & videndus eſt, Aymo. Sauilia. conſi. 978. nu 17. lib. 5. cum ſimilibus à contrario ſenſu, ſecundo loco benefacit, Socc. Senio. reſponſio conſi. 106. ad finem lib. 4. vbi inquit iudicis partes fore, ad executionem procede-
3 re, nec de intereſſe tertij cognoſcere † ſed reſeruatis iuribus ipſius tertij ſluere concedat aliorum executiones, ne ſic faciliter impedirentur. ad idem, & tertio conducit, Aym. Sauilia. ſententia, conſ. 997. num. 28. lib. 6. eo enim loci, voluit Aymo. quòd quando tertius executioni ſe opponit ſũmatim de illius iure cognoſcitur, eiuſq; tamẽ iure circa proprietatem in iudicio ordinario reſeruato cũ concordantibus ibidẽ per eum ſcribit Franc. Mila. deciſ. 12. lib. 2. Card. Zabarel. conſ.
4 145. num. 2. Quartò, & vltimo non † eundo per ambages, atq; non elaborando vbi non expedit, in claris terminis egregiè conſuluit. idem Aymo. conſ. ſuo 503. num. 2. & latè, & pulchrè inferius lib. 3. quo in loco docuit, tertium minimè poſsidẽtem executionem haud impedire poſt Socc. conſ. 106. vbi ſupra, & cæteros ad hoc conſonantes. & vide quæſo Alex. caſum, conſ. 101. lib. 5. reſpectu pecuniæ alterum eſt, quando dicantur ſententiæ
5 conformes, † & quando non? quippè non cõterendo tempus, in multiloquio quod prudẽtiſsimos ſtomachatur, vt cum Roland. Vallenſ. concinam, conſ. ſuo 7. lib. 3. reſpondẽdum eſt, tunc binas pluresuè ſententias denominari conformes, cùm ſunt concordes, atq; conueniunt in ſubſtantia opulentiſsimis ad hoc teſtibus, Alex. cuius auctoritatẽ cogitãdam relinquo Matthæo Afflicto, ac Cæſari Vrſillo Neapolitana deciſ. 100. conſ. inquã 77. lib. 2. Hyſpanus Didac. Couar. cap. 25. practica. quæſt. Card. Zabarel. vbi alij Clement. prima de re iudica. Aym. Sauilia. conſil. 183. lib. 1. & poſt eos, & alios Iacob. Me-
6 noch. conſ. 509. num. 16. lib. 6. † quo in loco num. 17. in num. 18. ſubiungit, duas herclè ſententias conformes minimè dici poſſe quando ſecunda eſt reformatoria primæ, vt ibi per eum, qui concordes citat. ſcribit Philip. Dec. conſ. 385. Curt. Iun. conſil. 30. an executio ſententiarum conformium per exceptionem nullitatis impediri poſsit Ioac. Mynſ. obſeru. 4. cent. 6. ſingul. obſeru. diſcurrit. Alterũ thema eſt, an ſtatutũ executionẽ tribuens paratam inſtrumentis publicis intelligi debeat ſi petens illius executionem impleuerit ex latere ſuo? & quidem Alex. conſ. 119. num. 2. lib. 1. poſt Bal. & cæteros concludit quòd ſic, ait namq; Alex. eo loci ſtatuto diſponente quòd inſtrumentum paratã habeat executionem, & aduerſus illud nullã opponi poſſe exceptionem ſemper intelligi, dummodo conditio contractus ſit adimple-
7 ta. † facit etiam ſecundum eum, ſtatutum ſi diſponat contra inſtrumentum confeſsionatum opponi non valere exceptionem aliquã, attamen opponi poterit rei minimè traditæ exceptio, vel non liberè traditæ ſi exceptio dicit ipſe, ex eodem proueniat inſtrumento ſcribit Philip. Dec. conſ. 110. circa principia idem adnotat conſ. 421. num. 2. Aymo. Sauilia. conſ. 659. num. 2. lib. 4. & expreſsè voluit ex recentioribus Iacob. Mench. conſ. ſuo 746. nume. 42. lib. 8. vbi in fonte determinat, ſtatuta tribuentia paratam executionem intelligi debere quando petens eorum executionem impleuerit ex latere ſuo locupletiùs docuit Tyber. Dec. conſ. 3. num. 85. & inferiùs lib. 4. ſcribit in ſimili Decius idẽ conſ. 356. num. 3. num. 4. nonnulla condu-
8 cibilia, Pet. Surd. deciſ. 289. nu. 5. † at obiter quæro quamuis extra ſubiectum, & hùc illius non ſit ſedes, nùm retinendi ius in executione ſententiæ permittatur? cum ſententia nõ opugnetur ob impenſas, & cætera onera à reo

Digitized by Google

ra à reo agnita, ac ob creditum aliud condē-
nato debitum? Roland. Vallenſ. conſil. 28.
num. 2. lib. 1. & poſt eum, pulchrè Aymon.
Sauilia. conſ. 789. num. 7. & conſi. 802. nu.
23. lib. 5. tenuêre in hac hypoteſi retentio-
nem dari voluit, Iacob. Menoch. conſ. 454.
num. 3. lib. 5. declarauit And. Alciat. conſ.
63. propè finem lib. 9. Io. Cepha. conſ. pe-
nult. nume. 36. lib. 2. Pet. Surd. deciſ. 277.
num. 14. & deciſ. 311. num. 7. expenſæ ve-
rò vel melioramenta quomodo conſiderē-
tur, latè Maſcard. concluſ. ſua 1037. lib. 2.
cætera huc ſpectantia ſcripſimus racematio-
ne 225.

ARGVMENTVM.

De promiſſione dotium ingente à minore fa-
cta vnà cum matre an obligata cenſeatur,
non ſubſiſtente obligatione minoris lege,
vel ſtatuto forſan ita diſponente.

SVMMÆ.

1 *Minorem, ſummam aliquam vltra dotē pro-
mittentem ſorori ſuæ, nullius iudicari pon-
deris.*

2 *Obligatione minoris conuulſa. an quoq; illius
qui ſe obligauerat cum eo efficiatur inuali-
da? & num. 5.*

3 *Vir, & vxor ſimul ſe obligantes pro dote fi-
liæ, vxorem cenſeri interueniſſe animū fi-
deiubendi.*

4 *Auunculus ſi ſe cum patre aſtringit inſolidū
dotis cauſſa ipſius filiæ, quòd tamquam fi-
deiuſſor acceſſiſſe putatur.*

6 *Fideiuſſorem nuncupari eum, ſi contingat ali
quem, mutuo accepiſſe pecunias ſub vſuris,
ad quem non peruenit pecunia datò quod, vt
principalis ſe obligauerit.*

RACEMATIO 32.

IN occurrenti racematione paucis
iudicium meum aperiam, vt cum
And. Alciat. celebri viro concinā;
conſ. ſuo 86. lib. 6. ſecundum meā
1 impreſſionem † frater ætate minor pollicitus
fuit ex quadam liberalitate ſorori ſuæ, Virgi-
neæ à patre, vel auo dotatæ, ſeu cui aliqua pe-
cuniarum ſumma relicta fuerat, in teſtamen-
to putà mille, & ſic vltra dotem vnà cum ma-
tre communi quæ interuenerat in ea dotium
conſtitutione quo fit, vt illa præcitata ſum-
ma vltra dotem à minore factam, nullius in-
dicetur momenti, vt plures vtriuſq; iuris in-
terpretes, memoriæ prodidere, & in ſpecie
Paul. Caſtrenſ. conſil. 469. lib. 1. ac Marcus
Anto. Natta. conſi. 658. nu. 3. lib. 4. & per
tranſennam ad eundus eſt Curt. Iuniq. conſ.
168. nu. 17. & inferiùs, & poſt eum, & alios
conſonantes, Iacob. Menoch. conſ. 814. lib.
9. vbi de minore carente curatore, an potue-
rit dotem promittere abſq; curatoris aucto-
ritate, vt ibidem per eum plura venuſta cu-
mulantē; & de minore atq; muliere latè Pet.
Surd. deciſ. 287. ac 278. vbi quoq; in mate-
2 ria ſtatutaria † num ex eo quòd minimè va-
luit frater ipſe aſtringi, obligata putetur ma-
ter nuperrimè dicta? & quidem reſpondēn-
dum videbatur, matrem ipſam teneri tam-
quam vltimum præſidium, ex Seueri, Anto-
nini, Diocletiani, ac Maximiani Cæſarum re-
ſponſis, l. pr. l. 2. C. de fideiuſſo. mino. ex
quibus datur intelligi, quòd quamuis mino-
ris promiſſio otioſa, & fruſtranea ſit, attamē
valida cēſetur illa fideiuſſoris, vel curatoris,
qui pro ipſo minore promiſſerāt, atq; ex Bar.
documento in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti,
§. poſſum, de verbo. obligatio. vbi compila-
tor eſt Celſus, eo enim loci, Bar. ille dicebat,
ſi aliquem, contingat promiſiſſe ſoluturum
ſimpliciter quod Titius debet, promiſſorem
iſtum fideiuſſorem haud dici, ſed debitorem
3 principalem cum ſimilibus. † verum enimue-
rò in aduerſam condeſcēdendum eſt opinio-
nem, & ita matrem eam nullo pacto compel-
lendam fore, ex inferiùs deducendis primū
locus is impellit, nempè Bal. Nouel. tracta.
ſuo de dot. priuileg. 3. part. 6. nume. 7. quo
in loco inquit, ſi vir, & vxor ſimul ſe pro do-
te filiæ obligant minimè videri matrē de ſuo
aliquid donare, ſed intercedendi animo pro
viro, vt ibi per eū. cui aggregetur Iaſo. conſ.
113. nume. 18. lib. 4. Philippuſq; Corneus,
conſ. 316. lib. 4. vbi ſi pater, ac patruus obli
gauére ſe inſolidum, & principaliter pro ip-
ſius filiæ dotibus, quòd patruus exiſtimetur
4 fideiuſſor. ad idē † & Secundo citatur, Alex.
conſ. 66. lib. 4. quoquidem reſponſo, Alex.
determinat, auunculus ſi ſe obligauit inſoli-
dum vnà cum patre filiæ dotis gratia, tam-
quam fideiuſſorem promiſiſſe cenſeri quan-
doquidem ſororis filiam dotare non aſtringi-
tur. ad idē, & tertiò adducitur, Philip. Cor-
ne. conſ. 124. lib. 1. vbi ſi cum dotante, fra-
tre ſororem principaliter, atq; inſolidū aſtrin
git ſe nepos, ad quam haud pertinebat onus
illud dotandi neptem, illum nuncupari fide-
iuſſorem non herclè principalem poſt Cor-
neū elegāter tradit Io. Ronchegal. in l. reos,
num. 27.

Digitized by Google

nu.27.& latè inferius, ff. de duobus reis, vbi quoque Alex. conſ. citato ſuperius effluxo.
5 † Quarto & vltimo opitulatur Iacob. Menoc. conſ. ſuo 813. num. 17. num. 22. lib. 9. vbi num. 35. meram dat intelligentiam quando minoris obligatio eſt inualida, an illius etiam fideiuſſoris cum multis ab eo venuſtè & egregiè citatis quos non tranſcripſi, illum ipſe, conſulas. hûc ſpectant quæ Iacob. idem tradit, conſ. 795. num. 1. num. 4. lib. 8. quo loci inter alia docuit num. 3. mutuo † ſuſcipien-
6 tē pecunias ſub vſuris, & alter ad quem pecunia minimè peruenit ſe obligauerit, vt principalis debitor, quòd erit tantummodo fideiuſſor, non equidem principalis.

ARGUMENTUM.

De operarum reconductione, an pro eodem ſalario à locante conſtituto facta exiſtimetur hæredi ipſius?

SUMMÆ.

1 *Relocatio an cenſeatur facta cum eiſdem qualitatibus, quibus prima ipſa locatio facta fuerat?*
2 *Famulum relocaſſe iudicari operas hæredi ipſius defuncti qui conduxerat ſalario ad hoc ordinato, & num. 5.*
3 *Salarium deberi, ei qui præſtitit ſeruitia, nulla promiſſa mercede.*
4 *Argumentum de perſonis, ad res, & è contrariò validi roboris, & momenti.*
6 *Salarium pro famulatu, atq; operis ancillæ, ex communi vſu quod? demonſtratur.*

RACEMATIO 33.

Compertiſsimum eſt, reconductionem, relocationemq; cum eiſdem qualitatibus, quibus prima ipſa locatio facta fuerat factam iudicari,
1 vt ſatis ſuperque colligere licebit, † ex cumulatis à recentiore Maſcard. conclu. ſua 990. lib. 3. de probatio. cum concordantibus, & anteà ſenſerant Bar. in l. item quæritur, §. vltimo, ff. locat. vbi reliqui ſcribentes. Nicola. Boer. deciſ. 284. nu. 14. Auguſt. Bero. quæſt. 100. & de reconductione prænotandus venit obiter, Tybe. Decia. conſ. ſuo 8. lib. 3. quod iuris effatum, an verum ſit in præſentia
2 non diſputo. atqui hæſitationis eſt, nùm † famulus relocaſſe cenſeatur, operas ſuas hæredi ipſius defuncti qui conduxerat ſalario quodam conſtituto, & ſubſequenter præcitatum hæredem reconduxiſſe putari? iucunde lector, non elaborãdo vbi non expedit quẽadmodum ſæpe ſæpius ſuis in reſponſis dicebat Philip. Decia. quem tibi cogitandum relinquo. ipſe, in eam irruo ſententiam, nempè huiuſmodi famulo ſalarium deberi quemadmodum conſtitutum fuerat ab ipſo defuncto. & inter cætera, & potiora loca, ea ſe ſe nobis offerunt, Alex. conſ. 109. num. 2. lib. 6. Hiero. Gabriel conſ. 170. num. 20. Marcus
3 Anton. Nact. conſ. 376. num. 4. lib. 2. † quibus in locis aſſerunt, ei qui ſeruitia præſtitit, nulla mercede prommiſſa, ſalarium herclè deberi, vt ibi per eos latiùs explicantes. ſecundo loco citatur, Aphricani Iureconſulti locus, in l. ſi ſeruus communis, §. quòd verò, ff. de furt. quo loci ait, nemini officium ſuum damnoſum eſſe debere. & per illum tex. Iacob. Menoch. conſ. 228. num. 15. lib. 3. ſcribit Io. Cepha. conſ. 255. num. 34. lib. 2. doctè Tyber. Decia. conſ. 66. num. 48. lib. 3. Aymo. Sauilia. conſ. 525. num. 5. lib. 3. cum ſimilibus ab alijs paſsim. Tertiò congruit, Paul. Caſtrenſ. in l. item quæritur, §. vl-
4 timo, num. 5. ff. locat. vbi † docuit, quod ſi locatoris hæredes patiantur conductorem poſſidere prædia exiſtimantur ea relocaſſe quẽadmodum è contrario quòd hæredes conductoris reconduxiſſe putantur, vt ibi per eum. cui accedant, Alex. conſ. 28. ad finem lib. 4. Matthæ. Afflic. Neapolitana deciſ. 365. nu. 6. vbi multa pulchra Cęſar Vrſillus in additamentis ad eum. attento quòd validum ſit argumentum de re, ad perſonas & è contrario Paulus in l. qui plures liberos, ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitu. Martianus in l. ſi quis Inquilinos §. ſi ita legatum, de legat. pr. Aymo. Sauilia. conſ. 720. num. 7. lib. 4. And. Alciat. conſ. 5. num. 3. lib. 9. Io. Cepha. conſ. 309. num. 19. lib. 3. Tyber. Decia. conſ. 11. nu. 25.
5 lib. 1. Quarto † & vltimo affertur Iacob. Menoch. conſ. ſuo 570. num. 3. & latè inferius lib. 6. vbi non minus ſapienter, quàm doctè ſubſtinuit ſententiam hanc, pluribus quippè medijs, auctoritatibus, rationibus venuſtis, multoq; nectare cõnexis quę omnia tranſcribere nõ placuit tùm quia liber eſt impreſſus. tùm etiam quia papyrum denigraſſe exiſtimarer. at tunc quæſitum eſt, de ſalarij quantitate quæ nam famulis ipſis debeatur, & quidem Tyber. Decia. conſ. 84. num. 59. lib. 5.
6 dicebat, † ſalarium pro famulatu, & operis ancillæ, ex communi vſu eſſe ducatorũ quinque, aut ſex in anno quamuis hodie iudicio meo, attendatur locorum conſuetudo, & hæc volan-

volanti calamo breuiſsimè ſcripſi, ſi melius excogitare poteris tuo me ſubijcio pectori.

ARGVMENTVM.

Quàm breuiter concluditur hoc in loco, auxilium cooperatiuum præſtantem, ordinaria mortis pœna plectendum: alioquin iudicis arbitrio, & priuſquã de auxilio quis puniri valeat, delictum conſtare oportet, vt reſpondit Iacob. Menoch. conſ. 283. num. 22. lib. 3.

SVMMÆ.

1 *Latrones plures aliquam frangentes apothecam: ſi vnus ex eis ſtabat ſupra viam num vltimo ſupplicio afficiendus? & num. 4.*

2 *Auxilium minimè cooperatiuum ſubminiſtrans, iudicis arbitrio puniendum.*

3 *Conſtitutio dictans, vt faciens tractatum, & auxilium præſtans homicidio puniatur pœna mortis: locum ſibi non obtinebit ſi fauor fuit ſimplex: & minimè cooperatiuus.*

5 *Agentes atque conſentientes pari pœna plectendos: intelligitur quando conſenſus eſt cooperatiuus.*

6 *Statuta punientia facientes. punire cenſentur etiam opem præſtãtes vbi auxiliũ eſt cooperatiuum.*

RACEMATIO 34.

CIuili lege ni fallor, ſcriptũ eſt, quod nullus fur improbrior quàm qui vi rapit, ſunt tamen clandeſtini fures aliquibus iudicibus, viliores illi fraude agunt, hi autem vi, & ideò iuſta Ciceronis ſententia, ij vulpeculis, hi leonibus ſimilantur. tuæ igitur candide lector, commoditati conſulere volens, ſi placet, eam explicare paululum cogor facti contingentiam, penè ſaluberrimam ingenioli mei arbitratu, ad ſal
1 uandum quem à furcis † erant namque plures latrones qui noctis tempeſtate furati ſunt quandam (vt indoctum inquit vulgus) apotecam, in qua diuerſorum colorum erant veſtes ſericeæ, pannorũ ballæ, ac velluta, & ob id, dum illi & flagitioſi viri apotecam frangebant, illaſq; res ſubtrahebãt, Virginius vtpote vnus ex eis præſtabat opem, ſtando dumtaxat ſupra viam, vt fortè quando officiales pertrãſirent quemadmodum perſepe moris eſt, Virgineus ipſe ſibilum aliquod daret furantibus illis: dubitationis eſt, an pœna mortis ordinaria plectendus ſit Virgineus ipſe?
2 concluſiuè loquendo, † in eam itum eſt opinionem, vt mitiùs. iudicis arbitrio puniendus veniat. ad quam probandam, in primis citatur, Innocentij Pontificis Summi locus, in cap. continentia, de cler. percuſſo. cui aſſentiri viſus eſt, Bal. in l. ob hæc verba colum. vlt. ff. de infamib. vbi habetur, eum qui cum alio armatus ſtat, tunc dici ei opem ferre, ac auxilium facto proximum quando ſimul cum illo, vel ita propè quòd auxiliari ſibi poteſt atqui ſecus eſſet, ſi à remotis ſtaret. pari paſſu hoc in caſu, quòd ex quò Virgineus ille manebat ſupra viam, vt plectendus ſit iudicis arbitrio, & maleficium ob auxilium ſuum nõ idcirco auctum fuerit. Secundo loco fulcitur
3 ſententia hæc, tali medio, etenim † fingamus conſtitutionem aliquam dictantem, vt faciens tractatum, auxiliumq; præſtans, & fauorem homicidio pœna mortis ordinaria plecti debeat certè coanguſtatur conſtitutio ea, vt locum ſibi vẽdicet ſi huiuſmodi auxilium fuit cooperatiuum, ſecus verò ſi fuerit ſimplex fauor. quandoquidem delictum illud ita eſt executioni mandatum, ac ſi non interueniſſet Virgineus ille, hæc fuit aurea Angel. doctrina, in l. furti §. ope. & in l. is qui opem ff. de furt. faciunt congeſta per Card. Florẽt. Clement. pr. quæſt. 10. de pœnis cum conco-
4 mitantibus alijs † tertio quoque loco ſuffragatur, Auguſt. Ariminenſis in additamento ad Angel. Aret. ſuper maleficijs, in verbo dicto maleficio ſemper aſtitit, quo loci, rectè cenſuit quinimò aſſerit in ciuitate Ferrarienſi à furcarum pœna, vnum liberaſſe qui auxilium quinq; latronibus ſubminiſtrauerat nõ cooperatiuum, ſed tantummodo ſupra viam ſtando. profectò iam ij quinque maleficium id, executioni mandaſſent abſque illo ſexto ideoq; iudicatum fuiſſe ſic refert Auguſt. ipſe, vt ibi per eum quem aſſecutus eſt, prudentiſsimus Iaſo. conſ. ſuo 137. vbi hæc omnia citat nume. 3. & num. 5. & paulo inferius lib. 1. cui addo Hyp. Marſil. crim. pract. §. cõſtante, poſt num. 61. Tyber. Decia. conſil.
5 125. num. 3. & num. 13. lib. 3. vbi pulchrè † & prænotandus eſt Cacheranus deciſ. 79. ad finem. Tybe. idem conſ. 24. num. 13. lib. iſto. Quarto & vltimò accedant his, non omnino diſsimilia quæ, ſcribit poſt alios, Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 1139. poſt num. 9. lib. 3. de probatio. vbi ad hoc, vt auxilium cooperatiuum dicatur fuiſſe ad homicidium perpetrandum oportet cooperationem illam primariò tendere ad homicidium adeò, vt ſit intrinſeca, vt occiſi perſonam vulnerando, vel

Digitized by Google

vel ſit perſonæ ad hærens, vt inferendo ictus aduerſus occiſum, vel arma ipſius, & adducit plures more ſuo, & poſtmodũ ſubdit Maſcard. num. 10. inquiens, iura illa quæ dicũt agentes, & conſentientes, pari pœna puniendos, intelligi debere quando conſenſus eſt cooperationis, & poſt Butrium, quoq; dum
6 concionatur † de ſtatutis punientibus facientes, vt punire cenſeantur etiam opem præſtãtes, vbi auxilium eſt cooperatiuum explicando, vt ibi per eũ. & cum liber ſit impreſſus, locos illos ingenioſus profeſſor, vt vberes aquarum fontes adire poterit. nonnulla docuit Aymo. conſ. 220. nume. 10. idem ſerioſius admonet conſil. ſuo 224. num. 4. num. 5. & paulo poſt lib. 1. videndus eſt And. Gail. cap. 1. num. 46. & inferiùs lib. 1. de pac. publ.

ARGVMENTVM.

De liquidatione nùm impermiſſa poſt executionem per actam, an ne priùs eam fieri oporteat?

SVMMÆ.

1 *Executionem petens liquidatione minimè facta, vtrùm admicti? examinatur, & num. 2. & num. 7. & num. 8. vbi de praxi.*

3 *Ratificationem eſſe quid facti, atq; approbationem quamdam.*

4 *Liquidationem declarationem eſſe, oſtenditur. & liquidum quod?*

5 *Declaratio nil noui inducit, & ad declaratũ retrotrahitur.*

6 *Actorem petentem ſibi rem reſtitui vnà cum fructibus, vel intereſſe, cum ſatis eſſe ſi petat in genere, & poſtmodũ in proceſſu fiat liquidatiò ipſa.*

RACEMATIO 35.

MVlti faciendum eſſet fermè puſillo iudicio meo, anxioma hoc quod ſubijcitur, an inſtrumenti executio-
1 nem † petens non facta liquidatione, admicti valeat adeo, vt liquidatio ipſa ſuperueniẽs trahatur retrò ad tempus petitionis, vel exequutionis & ſic operetur perindè ac ſi ab initiò facta fuiſſet? beneuole lector, poſt Iuris vtriuſq; ſcribentes, ipſe comperi, Aymo. Sauilia. conſil. 802. num. 11. & latè inferius, & conſ. 819. nu. 9. conſil. 840. nu. 5. idem conſil. 969. num. 5. lib. 5. quibus in locis, animaduertit, docteq; ſcribit liquidationem, antè faciendam quã exequutio fiat, tùm virtute ſententiarum, tùm virtute ſtatutorum exequutionem paratam habentium, & videndus eſt Pet. Surd. deciſ. 27. ſcripſi race-
2 cema. 74. at qui aduerſam † vt potè veriorem non nulli modernio. amplexi ſunt ſententiam, vt opus minimè ſit, ab initio ipſo liquidare, & potiſſimum affertur etenim ratihabitio ad tempus factæ diſpoſitionis retrotrahitur ex adnotatis à Roland. Vallenſ. conſi. 1. nu. 53. lib. 3. pulchrè de materia docuit, Tyber. Decia. conſi. ſuo 5. per totum, & in ſpecie, nu. 16. vbi ait, ratificationem retrotrahi, ac æquiparari mandato, vt ibidem per eum lib. ad huc 5. eo trahatur, And. Tiraq. de ratract. conſanguin. §. 1. gloſ. 10. nu. 64. nu. 66. & inferiùs quo loci examinat, ſi quis vendiderit rem vxoris, aut alterius, nomine
3 vxoris, aut † alterius domini qui demũ venditionem illam ratificet: vtrùm tempus conſaguineo currat à venditionis, an ne ratificationis tempore, quo me breuiter conijcio, & ratificatio eſt approbatio quædam. & aliâs eſt quid facti ex Ioſep. Maſcar. concl. 1255. lib. 3. de probatio. quemadmodum itaq; videmus, in ratificatione pari melodia, & con-
4 centu fatendum erit in liquidatione ipſa † ad idem, & ſecundò adducitur id nempè, ratio, liquidationem nihil aliud fore quàm declarationem quandoquidem liquidum nuncupatur quod clarum, & perſpicuum eſt. ex Imperatorum Arcadij, ac Theodoſij ſancione, l. pr. C. ſi ſecund. nupſe. mul. alibi liquidum dicitur, quod ſtatim, vel de proximo liquidari poterit, vel ſi valebit intra duos menſes liquidari. inſigni ad hoc teſte, Tyber. Decia. conſ. 94. nu. 23. lib. 3. vbi alia venuſta coaceruat. ceterùm declaratio retrotrahitur ad principiũ actus. Nicol. Boer. deciſ. 172. nu. 36. Roland. Vallenſ. conſ. 46. num. 38. lib. 2. & ipſe commilitones plures eo loci conuo-
5 cat. † perbellè ſcribit Tyber. Decia. & quiſquis ille ſit, conſ. ſuo 8. num. 211. lib. 1. vbi inquit, declarationem nil de nouo minimèq; ſenſum declarati immutare ad declaratũ retrotrahi, ac virtualiter contineri in ipſo declarato. & aliâs qui declarat, nihil de nouo inducit, ſed dumtaxat detegere fertur, ad illius inſtar grana à ſpicis excutientis Tyber. idem conſ. 6. nu. 30. lib. 4. Roland. Vallen. conſ. 15. num. 27. lib. 3. quemadmodum de ſententia ipſa fertur And. Alciat. conſil. 20. num. 10. lib. 8. ad hoc optimè facit Caij pronuntiatum, l. adeo, §. cum enim grana, ff. de acquirend. rer. domin. cum concordantibus
6 alijs. ad idem † & tertiò opitulatur Oſaſcus,

Digitized by Google

decis. 129. num. 14. & inferiùs vbi actorem petentem ſibi rem reſtitui cum fructibus, aut intereſſe eum ſatis eſſe, ſi petat ingenere, & poſt modũ in pceſſu ipſo fiat liquidatio, qua ſubſequu ta ſit exequutio pro cũctis fructibus à die peticionis pceptis, vt ibidẽ per eũ. & in regno, iam emanauit caput ritus, vbi Ioſep. Cumia Conſiculus, 24. in ordine num. 6. & latè inferiùs quoquidem loco poſt multos iu-
7 ris interpretes diſtinguit, aut ſumus † in vniuerſalibus, & tunc pro debito minimè liquido prius cauſari poſſe exequutionẽ, & demũ ea per acta fieri valere liquidationem ipſam. aut ſumus in particularibus, & tunc etiam de iure communi fieri haud poterit executio, vt ibi per eum, cui addo, Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 671. nu. 20. lib. 4. qui quidem Catinenſis nihilominus, nu. 7. & infra atteſtatus eſt de conſuetudine aliud ſeruari, vt nulla facta liquidatione exequutio fieri valeat, & deinde infra quindenam fieri liquidationem declarando, vt ibidem. quo me remitto. ad eas Ioãc. Mynſ. obſeru 6. cent. 2. ſingu. obſeru.
8 † quarto, & poſtremò ipſe cito, ad ſuffragandam ſententiam hanc, refertiſsimum Iacobi. Menoch. conſ. 858. num. 7. lib. 9. & ſpeciatim, num. 13. vbi aſſerit, & in foro, & in praxi ita obſeruari ſolere, & quia liber eſt typis excuſſus, ad eum te conijcio, vt ad vberem aquarum fontem.

ARGVMENTVM.

Sumptus litium an, & quando debeantur à diuitibus, deplorandis pauperibus, vel alimenta ſubminiſtranda quotieſcunq; controuertitur, & quis cenſeatur inops, vel opulẽtus? & quæ miſerabiles perſonę quibuſuè probãdi onus incumbat? multa alia pulchra per totum, declarantur, nonnulla de paupertate, Tyber. Decia. conſil. 42. lib. 2.

SVMMÆ.

1 *Pecuniolam, vel expenſas litis, & alimenta inſimul ex concordi ſcribentium mente deberi oſtenditur, quatuor nihilominus concurrentibus, & num. 2. & longe inferius.*

3 *Pauperem nuncupari qui non habet in facultatibus ſuis qua via ſecundum dignitatem ſuam, aut gradum vitam degere valeat.*

4 *Paupertatem probari ex eo quòd quis diſcalceatus graditur, vel oſtiatim, quæritat victum ſed nihilominus iudicis arbitrio id remitti ex magis communi ſententia.*

5 *Par, in parem non habet imperium. atq; ab adequato minimè paſsionem fieri.*

6 *Franciſci Petrarcæ reſponſio, dum alloquebatur cuidam pauperi qui dicebat ſe in paupertate natum.*

7 *Diuitem quem eſſe, & pauperem iudicum pectoribus relinquitur qui perpendere debeant perſonarum qualitates, gradus, vel dignitatem.*

8 *Franciſci Petrarcæ pronuntiatum, dum reſpondet cuidam qui valdè inflabatur iactãs ſe diuitijs plenum.*

9 *Miſerabiles, vel deplorandæ perſonæ quæ? aceruatim per multi tranſcribuntur?*

10 *Regina vna in ſpecta qualitate perſonæ, vel dignitatum gradu, nuncupari poterit miſerabilis ferè perſona, & ſic id arbitrarium erit.*

11 *Imperatoris Conſtantini Sancio, l. vltima, C. de ord. cognit. ponderatur. & nu 12. vbi caput ex parte, de accuſatio. expenditur.*

13 *Sumptus litis, & alimenta quo pacto animaduertenda quantitatis diffiniendæ reſpectu?*

14 *Vxor, atq; maritus ſi litigant, maritus ipſe aſtringitur, alimenta, & pecuniolam ſubminiſtrare ex cõſono iuris interpretum ore.*

15 *Legi Imperatores, ff. de tute. & ratio. diſtrabend. quomodo reſpondeatur cum de diametro ſit contra communem?*

RACEMATIO 36.

Pingui mynerua, vt aiunt, in occurrenti caſu agendum eſt, id quidem explorantiſsimum Vlpiani viri opinatiſsimi reſpõſum perlegabamus, l. Imperatores, ff. de tute. & ratio. diſtrahen. quò loci inquit ipſe pupillo alloquens,
1 imperatores † Seuerus, & Antoninus, reſcripſerunt in hæc verba. cum hoc ipſum quæratur, an aliquid tibi à tutoribus, vel curatoribus debeatur, non habet rationem poſtulatio tua, volentis in ſumptum litis ab his tibi pecuniam ſubminiſtrari. videamus igitur nùm miſerabilium, deplorandarumq; pauperum perſonarum cauſſæ non tantùm gratis expediri, verùm etiam litium ſumptus ſubminiſtrari, atq; tradi à parte cum qua controuertitur ſi locuples erit, non illegitimè debeant quemadmodum indoctum inquit vulgus in hoc Siciliæ Regno pecuniolam? nobiliſsime lector, non me fugit quæſtionem hanc peruulgarem fuiſſe, & per mille traditam manus verum pro iunioribus ſaltem prçterfluere haud ſinam

Digitized by Google

2 ſinam, & † nempè clariſsimam * reſpondendo dicimus, ſcribentium concluſionem eſſe huiuſcemodi pauperi ſiue agat, vel conueniatur, eam ſubminiſtrari, atque ideò tùm in primo, tū & in ſec. iudicio. qđ edepol iuriſperitorum effatum, ſic indiſcriminatim locū ſibi minimè vendicat ſed temperari placuit, & coāguſtari tali pacto, vt is qui ſumptus controuerſiæ poſtulauerit pauper ſit, & quiſpiam præſumitur pauper Franciſ. Aret. conſi. 66. vbi aſſerit diuitiarum qualitatem ex iurium axiomatibus, repugnantem naturæ eſſe quā paupertatem probari ſcribūt noſtrates in pri-
3 mis † eò quia appareat illum talem minimè habere in facultatibus ſuis aureos cētum, vel ad minus quinquaginta Hermogenianus in l. nonnulli, ff. de accuſatio. Bar. in l. qui accuſare, tit. iſto Carol. Ruin. conſ. 81. nume. 3. lib. 5. ſecundo loco pauperem eum nuncupari, qui non habet in facultatibus ſuis quo pacto, vel qua via ſecundum dignitatem ſuam, vel gradum vitam degere valeat. ſic iuris interpretes in l. ſi conſtante, ſol. Mat. Alexan. conſ. 37. lib. 7. Franciſ. Aret. conſ. 17. Aymo. Sauilia. conſ. 199. lib. 1. cum concordātibus, tertiò probari dicunt noſtri pauperes ipſos ſi decoxerunt Ludo. Roma. conſi. 163. nu. 4. vel qui bonis cedunt Alex. in l. ſi conſtante, num. 13. vbi ſupra vel per diſcuſsionem bonorum iudicis mādato factam prout dicebat, Ludo. Roma. præallegatus num. 4.
4 ad idem, & quarto loco † probari paupertatem aſſerunt noſtri, ex eo quòd quis oſtiatim victum quærit, & quòd veſtibus ſciſſus, vel diſcalceatus graditur Iaſo. ſuperius allegata, l. ſi conſtante, num. 146. vel per famam, vt dicebat, Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 201. num. 46. vel per vicinos, compluribuſq; alijs quippè modis quos abundè ampliter, & doctè cumulat Ioſep. Maſcard. conclu. 1154. per totum vbi declarat lib. 3. de probatio. & nihilominus admonet, num. 8. ibidem iudicis arbitrio relinquēdum, quis dicatur pauper, vel opulentus poſt cæteros ex crebriori, frequentioriq; ſcribentium ſententia ** ſecundo prin-
5 cipaliter loco † exigitur, vt reuertamur, eò quo diſceſsimus, quòd pateat, vel conſtet, de aliquali pauperis illius iure, vt vrgentiorem præſumptionem pro illo faciat quàm pro altera parte locupleti. ad idē, & tertiò, vt manifeſtetur partem alteram diuitem eſſe alioquin ſecus erit. facit in ſimili Pauli pronuntiatum ad adiectum, in l. nam magiſtratus, ff. de arbitris vbi par in parem non habet imperium. Roland. Valenſ. quæſt. 83. num. 2. de lucro dot. Iaſ. conſil. 10. lib. 3. And. Gail. cap. 4. num. 3. de arreſtis Impe. & alibi legitur, à pari confuſionem, atque ab adequato paſsionem minimè fieri, vt eleganter tradidit Io. Ronchegallus in l. ſi reus promittendi, ff. de duob. reis poſt num. 2. dum conteſtes adducit Angel. & Bal. viros conſummatiſsimos. hūc conferunt quę de paupertate feruntur, quæ ſcribit Lactantius auctorita. lib. 5. nemo apud Deum ſeruus eſt, nemo dominus, ſi enim cunctis idem pater eſt, æquo iure omnes liberi ſumus, nemo Deo pauper eſt, niſi qui iuſtitia indiget, nemo diues, niſi qui virtutibus plenus eſt, nemo deniq; egregius niſi qui bonus, ac innocens fuerit, nemo
6 clariſsimus niſi qui opera † miſericordiæ largiter fecerit nemo perfectiſsimus, niſi qui omnes gradus virtutis impleuerit, & Franciſcus Petrarca de remedijs fortunæ aduerſæ alloquens cuidam deplorando pauperi qui talia protuperat verba in paupertate natus hei mihi ſum; ipſe reſpondet quis non nudus de vtero matris ſuæ egreditur? nihil hic præcipuū habent Reges nam flaccus pauper natus eſt, & inopes vixère complures cæteri Poetæ, atque Philoſophi ſi in his quaſi exemplis humilibus, & terreſtrib⁹ non moueris, ipſe Cęli Dominus hic pauper fuit, vt exemplo doceret hanc inopiæ viam, qua tamen ad veras pergeretur diuitias, ipſe igitur per quem reges regnant inops natus eſt, pauper vixit, nudus obijt, cui nempè cuncta obſequebantur interim clementia: hæc ille Franciſcus, & quid ſcripſerit Rolan. Vallenſ. de pauperibus videto, conſ. 49. lib. 2. eo accedat Tyb. Decia. cap. 22. nu. 18. lib. 3. tom. 1. tract. crimin. dum ſcribebat paupertatem, ignobilitatē, & ægritudinē, inter mala non connumerari exemplo
7 epaminundæ qui vnica vtebatur veſte † diuitem verò quem affirmans id probare teneri, nam quando quis ſe fundat in paupertate, vel diuitijs, ipſe probare aſtringitur ex conſcriptis à Philip. Dec. conſ. ſuo 120. etenim cōpertiſsimum eſt, quempiā naſci nudum, atq; pauperem ex congeſtis à Matth. Afflic Neapolitana deciſ. 377. num. 5. vbi copioſè Cæſar Vrſillus in additamentis ad eum. & tamē legiſtarum dux Bar. in l. ſi conſtante, nu. 14. ſoluto matrimonio ait iudicē. arbitrari debere ſecundum perſonarum diſcrimen, vt miles vnus, vel vir nobilis, mille habens in bonis inops ſit. at vnus ruſticus minus habens, opulentus reputetur. & eo loci Iaſo. num. 144. & late inferius ſenſère Philip. Dec. conſ. 163. Hyſpanus is Didacus Couar. cap. 6. num. 8. varia. reſolu. lib. 2. Iacob. Menoch. tracta. de arbit. iud. caſ. 65. num. 7. centu. 1. lib. 2.

Digitized by Google

Curt. Iunio. in autent. preterea, C. vnde vir,
& vxor, num. 34. cum concomitantibus, &
8 ſimilibus à Maſcard. † deductis, conclu. ſua
525. per totum lib. 1. de probatio. ſcribit
Tyber. Decia. conſi. 70. num. 4. lib. 2. Ro-
lan. Vallenſ. conſ. 15. nu. 19. lib. 3. hûc ſpe-
ctare videntur quæ tradidit Franciſcus idem
de proſpera fortuna, dũ quidam dixiſſet gau-
deo diuitijs plenus ſum. at ipſe reſpondebat,
caue ne te rumpant, omnis namq; plenitudo
quærit exitum multis mortem diuitię attulẽ-
re, requiem ferè omnibus abſtulere, mallem
igitur te potiùs virtutibus, quã diuitijs abun-
dare, ſi enim opes habes multas, rem habes
quæſitu difficilem, cuſtoditu anxiam, amiſſu
flebilem. ſi autem ſeruatæ, non te diuitem,
ſed occupatum non te dominum, ſed cuſto-
dem faciunt. vix diuitem inuenies, qui non
ſibi meliùs fuiſſe in mediocritate, vel honeſta
paupertate fateatur, vt ibi per eum. per tran
ſenam in mentẽ venit, quod ſcribit poſt Bal.
Tyber. Decia. conſi. 89. nu. 27. lib. 5. dum
loquitur de diuitibus eos eſſe groſsi intelle-
ctus. Quartò principaliter loco requiri, vt
idoneam cautionem is qui poſtulauerit tales
ſubminiſtrari expenſas, præſtet de reſtituen-
dis huiuſmodi litium ſumptibus, ac alimẽtis,
ſi fortè fortuna ab aduerſa parte proſterne-
retur. ideoq; datur manifeſtè intelligi, mi-
ſerabiliũm, perſonarumq; pauperum cauſſas,
ſic ſe habere, vt illis non tantum litium ſum-
ptus, verum etiam alimenta iure merito por-
9 rigi deberi ab opulenti parte. ſed † diſcepte-
mus parumper quæſo, quæ cenſeantur perſo-
næ miſerabiles? & quidem non alienæ exiſti-
mantur pupillus, orphanus, vidua, his adne-
ctuntur, ſenes, decrepiti, diuturno morbo fa
tigati, & omnes quibus natura mouetur ad
miſerandum ob fortunæ iniuriam puella no-
bilis, quę iuueni alicui ſibi nobilitate pari ma
trimonio iungi nequit, peregrini, aduenæ,
publicæ penitentes, infantes expoſiti, cæci,
ac membris mutilati, leproſi, debilitati, in
carceribus coniecti, Cruce ſignati, atq; ij qui
recẽter ad Chriſtianam fidem ſe contulẽre,
de quibus omnibus, aceruatim loquendo tra-
didère Domini de Sacro Concilio Neapoli-
tano ex recollectis ab Afflict. deciſ. ſua 257.
vbi inſigniter, & ampliter Cæſar Vrſillus in
additamentis ad eum. Philip. Dec. cap. cæ-
terum poſt num. 14. de iudicijs quamuis lo-
cupletes ſint Alex. in l. Titiæ textores, num.
7. de legat. 1. Roland. Vallenſ. conſi. 76. nu.
45. lib. 1. Iacob. Menoch. tract. ſuo de ar-
bit. iud. caſ. 66. vbi ſupra And. Gail. obſeru.
1. num. 40. & paulo poſt, practica. obſerua.

10 lib. 1. cum concordantibus † atqui iudicis ar-
bitrio relinquendum cenſent iuris interpre-
tes attẽta perſonarum qualitate. Guid. Pap.
deciſ. 566. profectò vna Regina inſpecta qua
litate perſonæ dici poterit perſona miſerabi-
lis. Philip. Dec. cap. ſedes nu. 7. de reſcrip.
Alex. conſ. 121. num. 14. lib. 1. Cæſar Vr-
ſillus, vbi ſupra, num. 2. vbi alia multa tan-
git grauiſsimus ſcriptor Ioſep. Maſcard. con
clu. ſua 1061. per totum lib. 2. de probatio.
Tyber. decia. tracta. crimina. cap. 22. num.
14. lib. 3. tom. 1. longius diuagatus, ſupereſt
citare teſtes quorum argumentis, & auctori-
tatibus per commode firmari valeat præſens
opinio quam præcitauimus, & primò addu-
citur, l. vlt. C. de ord. cognitio. ponderando
11 † eo loci. dum Imperator Conſtantinus ait,
nam ſi tales dare non potuerit: tunc ea con-
uenit, de quibus in iudicio tractabitur, ſeque
ſtrari in eum diem, in quo cõtrouerſia ſopia-
tur: ita vt ex iiſdem ſi aliqua alia facultas eſ-
ſe non poterit tantum litis ſumptus, & alimo
niæ homini ſubminiſtretur, quantum mode-
rato iudicis arbitrio fuerit extimatum. eccè
ergò quomodo diuiniores nos docuit Cæſar
Conſtantinus, vbi quoq; Accurſius multa ſi-
milia congerit. Secundo loco affertur, Vlpia
ni reſponſum, in l. ſi inſtituta, §. de inoffitio-
ſo, ff. de inoff. teſta. ibi dum Vlpianus dice-
bat, ſed ſcriptus hæres appellauerat, placuit
interim propter inopiam pupilli alimẽta pro
modo facultatum, quæ inoffitioſi teſtamenti
accuſatione pro parte ei vendicabantur, de-
cerni, eaq; aduerſarium ei ſubminiſtrare ne-
ceſſe habere, vſq; ad finem litis. ad idem, &
12 tertio loco † expenditur, caput ex parte, de
accuſatio. quoquidem loco Romanus Ponti-
fex Alex. Tertius ſcribit, Monacum accuſa-
re poſſe Abbatem, atq; de facultatibus Mo-
naſterij ipſius expenſas litis neceſſarias ha-
bere: quibus ſi quidem Alex. ait, cum pro-
prium non habeant, de rebus Monaſterij ex-
penſæ debẽtur neceſſarię, donec cauſſa debi-
tum finem accipiat, miniſtrari, hæc ille: vbi
Pet. Ancha. num. 3. adnotat. & voluit in ſi-
mili Iaſo. in l. ſi fideiuſſor, §. ſi ſatiſdatum,
num. 30. ff. qui ſatiſda. cogant. quo loci in-
quit, tam, & ſi res poſsint ſequeſtrari attamen
reus habere debet fructus ſequeſtratę rei pro
expenſis in lite fiendis per illum tex. l. vlt. C.
de ord. cognitio. & poſt Salicet. minimè re-
periri alibi in iure, vt ibi per eũ. Quarto pro
13 hac parte † ſuffragatur Bal. Nouel. tract. ſuo
de dote priuileg. 7. poſt nu. 2. part. 8. Guid.
Pap. deciſ. 561. Io. Cepha, conſ. 127. lib. 1.
& prænotandus erit Nicol. Boer. deciſ. ſua
325. per

Digitized by Google

325. per totum, Paris de puteo, tract. de ſyndic. cap. 1. in verbo expenſae poſt num. 1. & inferiùs Hyſpanus ille Didac. Couar. cap. 6. num. 5. & inferius practica. quaeſt. vbi poſt num. 7. quaeritat, quaenam quantitas diffinienda ſit ad huiuſcemodi alimenta, litiſque ſumptus, & dubio procul determinat iudicũ
14 pectoribus relinquendum. Quintò facit † quod ſi maritus, cum vxore litigat, maritus ipſe interim aſtringitur vxori ſubminiſtrare alimenta, & litium ſumptus, Mattheus Afflic. Neapolitana deciſ. 152. vbi Ceſar Vrſillus, idem Matthaeus, deciſ. 10. vbi & doctè, & copioſè Caeſar idem Vrſillus, Io. Cepha. vbi ſupra, num. 6. & ex conſiculis noſtris Ioſep. Cumia ſuper ritu cap. 81. num. 10. & idem cap. 38. num. 104. & longè inferius, vbi de pauperibus explicat, an ne teneantur praeſtare cautionem adeò vt dubitandum non ſit quin cõmunis ſententia fuerit * cum concordantibus & ſimilibus. de materia alia praeclara commemorant Iacob. Menoch. conſ. 491. num. 33. lib. 5. & conſ. 386. lib. 4. Tyber. Decia. conſ. 48. lib. 5. vbi affluenter, & doctè idem conſ. 128. lib. 3. & conſ. 66 lib. 2. And. Alciat. conſ. 131. lib. 5. vbi de quadam ſaeuitia, & impietate cuiuſdam fratris exclamat. atqui ad haec nobis animaduertendum eſt, ſatis pungit illa Vlpiani Spina l. Imperatores ſuperiùs citata in initio ſermocinationis. herclè ad literam inquit tex. pendente lite, vel controverſia ſuper reddenda adminiſtrationis ratione, denegari alimentorum praeſtationem pupillis ipſis. Sed nihilominus vltra Bar. & alios qui conantur ad illum reſpondere, accommo
15 datiùs dici poteſt quòd forſitan † ibidem apparebat tutorem aliundè bona habere quàm ex adminiſtratione pupillo facta, quam ob rẽ pupillus habebat praeſumptionem iuris aduerſus ſe ipſum, ex quo fortè fortuna per inuentarium penes tutores facultates nullae reperiebantur, vt perſaepe contingere ſolet quando tutores denegant alimenta pupillis lite pendente ſi credimus Caeſari Vrſillo annotatione 10. vbi ſupra ad Dominos de Sacro Concilio Neapolitano num. 7. quae reſponſio, mihi non videtur tuta. Caeterùm à veſtigijs tantorum virorum recedere nephas ferè eſſe cenſetur ideoq; illorum concordem * ſententiam amplector ſicut coruus imitãdo philomelam. non me latet quaeſtionem hanc tangi à recẽtiore conſiculo Frãciſco Milanẽſio deciſ. ſua 17. lib. 1. ſcribebat Ioan. Mynſi. obſerua. 21. cent. 6. ſingu. obſerua.

ARGVMENTVM.

In materia dilationum an vni ex litigatoribus permiſſarum, ad alterum extendantur ratione inaequalitatis fugiendae.

SVMMA.

1 *Dilatio conceſſa actori poſt terminum ad probandum communis reo, eſt & è contrario. & nume. 2.*

3 *Fiſcus ſi admittitur ad oppoſitionem ſuã probandam poſt terminum, pari melodia, recipi valere contradictorem.*

4 *Hominem vitam degere iudicari per ſpatium annorum centum.*

5 *Teſtes, & inſtrumenta parem obtinere vim demonſtratur.*

RACEMATIO 37.

SCribunt iuris interpretes ex vtroq; prato, dilationem probatoriam ei qui nullam in prima dilatione probationem fecit minimè concedẽdã fore, cum ampliationibus, ac coanguſtationibus non illepidè congeſtis, à copioſo Maſcard. de probatio. conclu. ſua 516. lib. 1.
1 quem tibi cogitandum relinquo † ſed in ſpecie quaeſitum eſt, quod quamuis vulgare, & per mille traditum manus, attamen illius humilitas me non deterret. vtrum dilatio poſt terminum conceſſa actori ipſi ad probandũ communis eſſe debeat ne dum actori, verum etiã reo & è contrariò? & quidem nõ in inſcicias eunt ſcribentes, & inter caetera mouentur l. petende, C. de tempo. in integ. reſtitu. vbi Imperator Conſtantinus, prope finem dicebat, qua dilatione, ſi à reo impetratur & actor in requirendis probationibus vti minimè prohibetur. & per illum tex. Ioſep. Cumia Catinenſis cap. ritus Magnae Curiae 12. num. 2. & cap. 76. num. 74. quo loci ſubiungit, idem eſſe ex Regni Conſtitutione, vt ibi
2 per eum. † Secundo loco affertur, Iaſo. in l. admonendi poſt nume. 11. lectu. 2. de iure iurando, & in ſimili faciunt ea quae tradit Mattheus Afflic. Neapolitana deciſ. 89. num. 3. vbi Caeſar Vrſillus reſpectu beneficij reſtitutionis in integrum, quod commune eſſe debeat inter partes. & non ſolùm aequalitatem ſeruari videmus in iudicijs, verum etiam inter contrahentes, alioſq; caſus, quos doctè commemorat Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 110. num. 15. & inferiùs lib. 3. cum concordantibus. ad

3 bus. ad idem, † & tertio citatur, Egidius Boſſius, tit. de proclama. num. 14. quo in loco, facti ſpecie de qua ibidem aſſerit, quòd quẽadmodum Fiſcus admictitur poſt terminum ad probandum ſuam oppoſitionem, ſuſpitioniſq; deductionem. pari melodia, conſoniſq; carminibus, recipi valere poſt terminum ipſum contradictorem ad probandum. hũc cõfert, id quod bellè docuit, Franciſ. Aret. in l. ſedet ſi, ff. de acquirend. hæredita. eo namque loci Aretinus ſcribebat, ſi reus poſt terminum probaterium aduerſus actorem oppoſuit iudicium ab illo per tractatum nullũ fuiſſe ex eo quia controuerſiam mouit abſq; paterno conſenſu, atq; ideò actor reſpõdeat patrem ſuum in facta conceſsiſſe, & reus ipſemet replicet patrem illum adhuc viuere quã-
4 doquidem † conſtitutiſsimum ſit, apud Imperatorem Iuſtinianum in l. vlt. C. de Sacroſan. Eccleſ. hominem viuere præſumi per ſpatium annorum centum, & per illum tex. Ioſep. Maſcard. conclu. 1069. de probatio. lib. 2. ſtatuit Aretinus is, quòd quemadmodum reus ipſe fuit receptus ad eam exceptionem dedncendam, hoc eſt, litigaſti abſq; patris conſenſu, atq; ad probandũ huiuſmodi oppoſitionẽ hoĩem nẽpè viuere præſumi vſq; ad centeſimum annum pari paſſu, poſt terminum illum admicti debere actorem ad probandum patrem fuiſſe ab hac luce ſubtractum. ratio hæc eſſe videtur, quia ſi permiſſum fuit vni ex litigatoribus aliquod deducere factum, illudq; probare teſtibus, vel inſtrumentis, vel præſumptione. pari formiter quoq; debet poſſe; recipi actorem poſt terminum anteſignatum
5 ad contrarium probandum, † & teſtes, & inſtrumẽta parẽ vim obtinere iam expreſsè patet, ex Roland. Vallenſ. conſ. 82. nume. 41. lib. 2. cũ concomitantibus alijs à Petro Surd. deciſ. 72. num. 6. quarto, & vltimo, vt vnico verbo me expediam, citatur inſignis Iacob. Menoch. conſi. ſuo 516. num. 2. nume. 4. & inferius lib. 6. vbi ſententiam hanc comprobat ſi tibi placuerit conſulas illum, nu. 5. ſubiungentem aliũ quoq; caſum longe diuerſum. ſed copioſiùs atq; cumulatius habes per eundẽ Iacob. conſ. ſuo 367. nu. 28. & latè inferiùs lib. 4. vbi pulcherrimè declarauit. accedit his And. Gail. prac. obſeru. lib. 1. obſeru. 91. nu. 14. idem cap. 15. lib. 1. de pac. publica.

ARGVMENTVM.

De vſufructu, & quemadmodũ vſufructuario decedente, diuidantur fructus inter hæredem illius, & proprietarium. & cui applicentur, & tandem quid de fructibus beneficij Eccleſiaſtici.

SVMMA.

1 *Vſufructuario mortuo fructibus ad hùc pendentibus, an illos retinere valeat hæres ipſius an nè propietarius? diſcutitur, & num. 3. & num. 7. & num. 9. vbi Ioa. Cepha. extollitur.*

2 *Veritas per ſe ſplendet, ac verborum adminicula minime deſiderat. ex Antonini ac Seueri Cæſarum pronuntiato.*

4 *Baldi auctoritatem quanti momenti, & ponderis fuiſſe, And. Alciat. demonſtrat.*

5 *Vſufructuarius ad hòc, vt ſuos fructus faciat, an requiratur eos eſſe à ſolo ſeparatos, & in borreo reconditos, an nè ſaltem ſeparatos à fundo? & num. 8.*

6 *Potentia actui proxima, habetur pro actu. & alibi plus eſt rem eſſe in actu, quàm in potentia.*

10 *Io. Cepha. Ruſticorum viam elegit diuidendo per medium in ſua facti ſpecie.*

11 *Fructus beneſitij Eccleſiaſtici quo pacto diuidantur inter hæredes defuncti, & ſucceſſorem.*

RACEMATIO 38.

INter cætera vſufructuum diſcrimina, quæ ex profeſſo, aliqui, & cor-
1 datiſsimi viri actenus tractauère † illud non à longè eſſe videtur, nunquid vſufructuario mortuo fructibus ad hũc pendentibus in vinea, vel ſimilibus prædijs quæ coli fecerat maturis, vel immaturis exiſtentibus, ij herclè pertineant ad vſufructuarij, aut propietarij hæredes? ingenioſe lector, id iure quidem conſtitutiſsimum eſt, verita-
2 tem † per ſe ſplendere, verborumq; adminicula minimè deſiderare ex Antonini ac Seueri Cæſarum pronuntiato, in l. 1. C. ſi mino. ſe ab hæredita. abſtin. atque vt concinnatus eſt Philoſophus eã præhonorare tenemur ex deductis à Socc. Iunio. conſ. 7. & conſ. 76. nu. 1. lib. 1. cum. ſimilibus. ne igitur illam puerilibus nugis obnubilare videar, quamprimũ
3 rem ipſam paucisſimis abſoluam † quippè veriùs exiſtimo, vſufructuarij hæredem nullos habiturum eſſe fructus. ſed ſolũmodo impenſas quæ fiunt inſerendo, colendouè agro, vel vinea pro fructibus ipſis colligendis deducere poſſe. ad quam probandam ſententiam potiſsimũ adduco, Bal. in l. ſi pater in extremo,

C. de

Digitized by Google

C. de vſufruct. quo loci aſſerit, vſufructuariũ recuperare poſſe ſumptus fructuum percipiẽdorum cauſſa factos, ſi priuſquam illos perci-
4 peret vſufructus eſſet finitus † ſed expenſarũ repetitio minimè concederetur ſi ratam fructuum conſequi valeret. eccè igitur quàm clarè loquatur Bal. cuius auctoritas maximi putatur eſſe momenti apud cunctos, & in ſpecie laudat eum And. Alciat. conſ. ſuo 1. num. 6. lib. 2. & alibi ſæpe. ſecundo fulciri videtur
5 ſentẽtia iſta † ex Pauli reſponſo ad Sabinum, in l. ſi vſufructuarius, ff. quib. mod. vſufruct. amitt. vbi gloſ. & cæteri iuris interpretes, quo quidem loco ſancitum fuit, vſufructuariũ in fructibus non dum perceptis nullum habere ius, igitur nec debet poſſe ipſius hæres admonet Bar. in l. ſi apes, §. 1. ff. de furt. paulo inferiùs Ludo. Roma. conſ. 309. in extremò quamuis maturi fuerint, & à fortiori in non maturis attento quòd fructus ſtatim colligendi, pro collectis exiſtimentur legiſtarum dux Bar. in l. diuortio §. interdum, num. 6. ſolut. matrimonio: Franc. Ripenſ. in l. fideicom-
6 miſſariam, num. 12. ad trebellia. † facit quoniã potentia actui próxima, habetur pro actu. gloſ. Bar. & alij in l. penultima, ff. de milita. teſta. Iaſ. in l. 2. nume. 6. C. de inoffitio. teſta. cum congeſtis à Io. Cepha. conſil. ſuo 136. nume. 5. & inferiùs lib. 1. & aliâs tradi ſolet à noſtris quòd plus eſt, rem eſſe in actu, quàm in potentia. Philip. Dec. conſil. 609. num. 11. & conſ. 542. nu. 13. atq; potentiam in habitu, idem operari quod ipſa potentia in actu. Hyppo. Marſil. conſ. 123. nu. 13. cum ſimilibus, & concordantibus, quos affert Tyber. Decia. conſ. ſuo 9. num. 6. num. 28. lib. 1. vbi declarat. & quòd non detur actus abſq; potentia docuit Aym. conſ. 879. nu. 5. lib. 5.
7 tertiò quoq; loco, ſuffragatur, namq; † ſiue talis ille veniat vti hæres, ſiue partiarij coloni loco, ſẽper potiora obtinebit iura proprietarius. & ad hoc perpenditur pauli pronuntiatum ad adiectum, in l. ſi à patre vel à domino, §. vltimo, ff. de petitio. hæredita. eo quippe loci conſtitutũ eſt, vt ſi pro fructibus colligendis ſumptus fiant naturalis expoſtulat ratio. illos ex fructibus deduci nõ tantum à bonę fidei poſſeſſore, verum etiam à predone: vſufructuarius itaq; in expenſis partiarij coloni functus eſt munere, & nihilominus Paulus impermiſſam eſſe cenſuit ei fructuum medietatẽ. Quartò innititur opinio hæc profe-
8 cto † vſufructuario tunc ad hęredem trãſmittere fas erit, cùm fructus ſecundum vnam ſententiam ſeparati fuiſſent à ſolo, vel in horreo reconditi, vel ſecundum alteram, & nempè meliorem, vt ſi non ſint reconditi, ſaltẽ percepti quemadmodum explicabat Nicol. Bello. conſ. 3. num. 5. & quod ſatis ſit fructus à fundo ſeparatos eſſe licèt non reconditos in horreo voluit concimnè And. Barbat. conſiculus meus cap. vltimo in extremo, de pecu. cler. & poſt eum, & cæteros iuris prudentiſsimos Didac. Couar. cap. 15. poſt num. 12. varia. reſolu. lib. 1. fol. 75. cum alijs concomitantibus. vbi de communi opinione teſtatur
9 poſtremò accedat, Eccellentiſsimus † Ioan. Ceph. conſ. ſuo 181. num. 10. & latè inferiùs lib. 2. vbi in indiuiduis terminis hanc quam præcitauimus opinionem, affluẽter ſubſtinet, lateq; defendit, vt ibi per eum ad quem patent additus, & veſtibulum. ad hęc tamen nobis animaduertẽdum erit, ob ambiguitatem ruſticorum ſententiam aſſequendam fore, atque ideò mediam eligendam eſſe viam quẽadmodũ alibi fieri aſſolet, vt ex Philip. Dec. conſ. 445. & in ſimili Curt. Iunio. conſ. 154.
10 poſt num. 2. cum concordantibus † vt ſi fortè ex regionis more adeſſet partiarius colonus pars quę ſpectaret colono vſufructuarij diuidendam eſſe in duas portiones quarum altera aſsignetur hæredi vſufructuarij, altera verò proprietario qui tamẽ proprietarius cõdemnandus veniat ad dimidium ſumptuum factorum Io. Cepha. vbi ſupra num. 24. ipſe cum videto ſed vnum ſilentio pretereundum non erit, quid tenendum ſi Clericus in fata conceſſerit circa Eccleſiaſticorum benefitio-
11 rũ fructus † quomodo diuidendi ſint? & hercle ſtatuit Didac. Couar. loco ſuperius citato poſt nu. 12. verſ. ſed in hac ipſa quæſt. equiùs, veriuſq; eſſe fructus anni illius quo mortem Clericus obierit indiſtinctè pro temporis rata ad defuncti hæredes pertinere, vt ibi per eum quo me remitto cum liber ſit typis iam excuſus. multa præclara Aymo. Sauilia. conſil. ſuo 873. lib. 5. ſcribit ac Card. Zabarel. conſil. ſuo 110.

ARGVMENTVM.

In materia prioritatis, an, & quando creditor poſterior mulierq; anteferantur?.

SVMMÆ.

1 *Creditorem poſteriorem de cuius credito patet per realem numerationem præferri habentem duntaxat confeſſionatum, & nu. 2.*

3 *Confeſſionem de recepto à fugitiuis factã tertijs creditoribus nihil obeſſe.*

Vxore

4 *Vxore concurrẽte cum alijs creditoribus habentibus confeſſionatum creditum an, & quo pacto anteferatur ex priuilegio ſuo? explicatur, & num. 5.*

6 *Confeſſionem Mariti de dote recepta quamuis nõ probet, attamen ſi pro parte vera ſit, totam intelligi veram.*

RACEMATIO 39.

MVltoties legebamus apud ſcribẽtes, & precipuè Socc. Sen. conſ. ſuo 78. num. 2. lib. 4. debitoris confeſsionem in aliqua ſcriptura factam de aliquo debito. quibuſdã creditoribus aduerſus cęteros creditores minimè probare, ni aliter quàm per confeſsionem de debito ipſo appareat, argument. eorum quæ eleganter tradunt Aymo. Sauilia. conſ. 585. num. 10. lib. 4. & And. Alciat. conſ. 71. nu. 5. lib. 5. cũ ſimi-
1 libus † videamus obſecro nùm vera ſit ſentẽtia illa aſſerentium, creditorem poſteriorem de cuius credito per veram, atq; realem numerationẽ pateat anteferatur creditori priori de cuius credito ſolũmodo conſtat per confeſsionem? Candide lector, ipſe comperi, Paulum quęſtionem hanc excitantem in l. Titius, ff. quæ res pigno. oblig. nõ poſſ. ex quorum verborum complexu, concluditur poſteriorem creditorem anteſignandum fore. & per illum textum Ioſep. Maſcard. concl. 372. nume. 2. lib. 1. de probatio. & recentiſsimè
2 Iacob. Menoc. conſ. ſuo 720. lib. 8. † & maximè ſi tempore confeſsionis ingens alienum es imminebat quo fit, vt dolus, ac fraus præſumatur ex coaceruatis ab Alex. conſ. 86. nu. 2. lib. 7. Cæſare Vrſillo, in aditamentis ad Matthæum Afflict. Neapolitana deciſ. 402. num. 6. Roland. Vallenſ. conſ. 74. num. 11. lib. 4. cum concomitantibus alijs quos citat Iacob. Menoch. vbi ſupra, num. 6. & num. 8. quibus in locis, declarat dic, vt ibi per eum.
3 eo accedat quod † pulchrè docuit Tybe. Decia. conſ. 81. nume. 37. lib. 4. vbi traditum eſt, confeſsionem de recepto, vel de dębito factam à ſuſpectis, vel fugitiuis Tertijs creditoribus nihil obeſſe. ex Rapha. Cuma. conſi. 68. Paulo Caſtrenſi conſil. 252. lib. 2. Socc. Sen. conſil. 90. lib. 3. hinc inferri poſſe videtur, ſolam patris confeſsionem de recepto minimè præiuditium afferre filio in legitima ipſa, vt per Tyber. loco nuperrimè citato paulo inferiùs cui addo Ioſep. Maſcard. conclu.
4 364. per totum vbi ſupra. ſed † perbella, & quotidiana oritur quæſtio, an priuilegium dotibus permiſſum à Cæſare in Laſsiduis, C. qui potio. in pigno. habean. locum ſibi obtineat in dote confeſſata, de qua multa Aymo. Sauilia. conſ. 520. lib. 3. And. Alciat. conſil. 66. lib. 8. Ioſep. Maſcard. conclu. 566. & concl. 362. de probatio. lib. 1. Io. Cepha. conſ. 448. num. 22. lib. 3. vbi pulchrè declarat Io. Anto. Cannetius in extrauag. volentes Frederici Regis, quæſt. incipit cum dos ipſa de paragio, num. 6. & inferiùs, fol. 96. & quidem
5 † duo capita conſtituẽda fore exiſtimaui quorum primum eſt, ſi finganius mulierem ipſam confeſſatam dotem habentem cum alijs creditoribus concurrere habentibus dumtaxat creditum pariter confeſsionatũ, & tunc perſpicuum erit, eam creditoribus anterioribus præferri. Alterũ ſit caput, quòd ſi mulier concurrat forſan cũ creditoribus habentibus verum, atq; realè creditum, & tunc aliter prædicendum eſt: ſic colligere placuit, ex Iacob. Menoch. conſ. 720. vbi ſupra num. 5. quo lo-
6 ci, multos aſſeclas conuocat. † illud applicãdum eſt huic meo albo, quod adnotauit Tyber. Decia. conſ. ſuo 76. nu. 18. lib. 3. nempè confeſsionem mariti de dote recepta quãuis non probare, ſi nihilominus pro parte vera probetur, totam intelligi ueram, vt ibi per eum tu illum conſulas. & de trinis temporibus. vide obiter ſi placet, And. Alciat. reſpõſum 47. lib. 8. in cauſſa Marchioniſſe Padullæ aliqua ſcripſi racema. 155. multa ſcripſit Pet. Surd. deciſ. 55. nu. 5. deciſ. 116. nu. adhuc quinto. And. Gail. obſeru. 12. ſupra num. 5. lib. 2. practic. obſerua. multa idem de anterioritate obſerua. 25. poſt nu. 10. expreſsiùs idem obſerua. 81. lib. iſto pro binis capitibus ſuperius excurſis. Ioac. Mynſ. obſerua. 61. cent. 1. ſing. obſe. idem obſer. 13. cent. 4.

ARGVMENTVM.

Altiſsimo fauente in præſentia aggredimur diuinam legem, & in ſpecie præceptum id Vnum cole Deum, quæ nempe decalogi lex in numerum cæterarum adſcripta comperitur, ſub tempore illo nuncupato ſub lege ex trinis ijs temporibus à Roberto Marantano deductis ſuo ſpeculo aureo circa princip. part. 3. principa. num. 9. in qua ſi optima curioſus lector viderit immortali Deo gratias aget ſacris enim ex iuris interpretũ floribus Apis velut argumentoſa dulcia mella decerpſi, ſi verè aliquid incultum, aut ventoſum inueniet, totum id facultati meæ tenui imputet.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Amoris ardorem, & paterni, & materni inæſtimabilem iudicari oſtenditur.*

2 *Patres plus diligere filios quàm ſeipſos, optimumq; pro eis conſilium capere.*

3 *Amorem parentum erga liberos vehementiſſimum, maioremq; cenſeri quàm mariti in vxorem.*

4 *Deteſtatio aduerſus deplorandos, & ingratiſſimos peccatores, & nume. 5. vbi de beneficientia quæ amorem parere debet.*

6 *Hominum dogma, vel ſapientia eſt, vt Deum cognoſcant, & colant.*

7 *Ingratitudinem miſericordiæ fontes exſiccare, & iure fori & iure poli culpari.*

8 *Membra à capite regulanda, minimeq; decet ab eo diſcedere.*

9 *Argumẽtum à fortiori deſumi, ſi ineſt de quo minus, ergò de quo magis.*

10 *Dulciùs eſſe de aqua fontis, quàm torrentis bibere.*

11 *Oppoſitũ in ſuo oppoſito, quod operatur, idem quoq; operari propoſitum in ſuo propoſito.*

12 *Feſtucã obijcere quis minimè valebit, in aliorum oculis, qui trabem in ſuis habet.*

13 *Aduocati, vt pietate digni apud Deũ haberi poſſint pauperum, viduarum, cauſſas gratis facere debent. & vtrùm peccent pecunias accipiendo?*

14 *Pactum quota litis aduocatorum reſpectu improbari & an falſi pœna locum habeat.*

15 *Litis, multorum malorum, atq; criminũ cauſſam fore.*

16 *Aduocati reuelãtes iura clientis aduerſæ parti, quibus punitionibus plectendi veniant? remiſſiuè.*

17 *Aduocationis munus difficile, ſatiſq; perículoſum, doctoreſq; aues imitari.*

18 *Aduocati male patrocinantes ſæpe perdunt linguam cum ad mortem tendunt: Barba. in cap. 1. de iuram. calu. qui refert factui ruſtici dicentis bonos remiſſiuè.*

19 *Aduocatum ſanctum neminem reperiri, niſi Dominum Yuoanglicum aduocatum pauperum.*

20 *Aduocationis munus apud Chriſtum, valdè meritorium quemadmodum Ieſus ipſe exercuit.*

21 *Doctorem magis proficere vniuerſali Eccleſiæ docendo, quàm Curatum miniſtrando, & erudire connumeratur inter operas miſericordiæ.*

22 *Iuris interpres ſi cõſilium fecerit, modico tẽpore impenſo, vel labore, abſq; librorum reuolutione, an tantum accipere valeat, quantum accepiſſet ſi laboraſſet?*

23 *Aduocatum habens gratis, an aduerſarius, qui ſuccubuit ad illius aduocati ſalarium aſtringatur?*

24 *Iudicantis propriè eſſe veritatem inquirere, & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid Religio cogat obſeruari, & num 25.*

26 *Iuſtitiam duplicem comperiri, diſtributiuam, atq; commutatiuam.*

27 *Iudicem oportere medicorũ veſtigia inſectari, & quo pacto? multa enarrantur non diſſimilia, & num. 28.*

29 *Iudex duos habere debet ſoles, vnũ conſcientiæ, alterum verò ſcientiæ, & nu. 30. vbi Dei miniſter eſt.*

31 *Litem execrari laudãdam cogitationem eſſe, haud vituperandam.*

32 *Iuſtitiam colere, & obſeruare debet quiſpiã ad hoc, vt verus Iudex eſſe cenſeatur.*

33 *Iuſtitiam amandam fore, ac cum zelo charitatis adminiſtrãdam, non cum odio, vel maliuolentia.*

34 *Adoleſcentiæ fragilitati legem nullam, aut diuinam, vel humanam reperiri, quæ illi non miſereatur?*

35 *Dolo bono, vt malitijs, & fraudibus obuietur vtendum aliquando eſſe, & de quadam facti ſpecie.*

36 *Regem inueſtiri per vexillum, inſigniaq; regalia fuiſſe tria Enſem, Coronam, atq; Sceptrum.*

37 *Doctorem inueſtiri per birretum, ex quo birretum dicitur bis rectum quia eum oportet eſſe bis rectum.*

38 *Iudices iniuſtos homines nõ appellari, ſed inter animalia bruta connumerandos, & malè iudicantes Deum habent vltorem, & num. 39.*

40 *Iudices minimè timere debent litigantium potentiam, ex pronuntiato Salomonis.*

41 *Iudex recedendo à communibus ſuffragijs, an faciat litem ſuam, atq; ideò aduerſæ parti teneatur ad intereſſe?*

42 *Iudices tamquam bonos, & iuſtos aliquem illegitimè condemnare minimè debere, alioquin diabolos iudicandos.*

43 *Iudex nùm iudicare debeat ſecundum conſcientiam an ne ſecundum allegata? & nu. 44. vbi de iudicum exhortatione.*

45 *Barones non debent in ſuos vaſallos ſæuire, aliâs malè tractantes priuantur Baronia.*

46 *Pauperes defendere apud Deum magnam eleemoſinam fore.*

47 *Vaſallum, & Dominum à pari procedere, vt inuicem teneantur ſibi vtilia facere.*

48 *Comites, vel Barones an compellere valeant*

ſuos vaſſallos, vt eant ad illorum molendina? & quid de facultate venandi? remiſſiuè, num. 49.

50 Sacerdotes appellari Deos, Reges, imperatori præferri, quibus omnis reuerẽtia debetur, ob ſpirituale pabulum, & num. 51.

52 Illiteratos ab ordinibus reijci, deterrimosq; cenſeri quàm homicidas Canonibus.

53 Epiſcopos curare debere, vt magiſtri, ac Doctores, conſtituantur, qui liberalium artium ſtudia doceant.

54 Altercationes in patria ipſius auctoris, exortæ inter binas Eccleſias, & nume. 55. & num. 59.

56 Regnum duos capere minime poſſe, & in ſeipſum diuiſum deſolari.

57 Cæcutientes duos vnum proſpicientem facere non poſſe, ſed oportet, vt ambo in foueam cadant.

58 Peccata tantò grauiora, quantò diutiùs animam infælicem alligatam detinent.

60 Vexillum extollere dignitatis eſſe ſignum, & vbi ardentiùs lumen eſt, minus ſilere debet.

61 Regem in domo ſua quemlibet fore, & ob id Ricchardus Rex colaphum, à quodã ruſtico habuit in illius domo.

62 Clerici in materia gabellarum ſolutionis quãdo immunes ſint? examinatur.

63 Negotiationem quæ in emendo, vendendo, mercando conſiſtit, inter periculoſa negotia adſcribi.

64 Clericum negotiatorem ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi peſtem reiciendum.

65 Clericum ementem frumenta, vel vina pro familia ſua, ſeu ex ſui vſus neceſsitate, ad gabellæ ſolutionem non aſtringi, ſi id quod ſuperfluat vendiderit.

66 Negotiatio ſi non datur in Clericis, minimè vendicabit ſibi locum gabellæ ſolutio, & num. 67. vbi datur intelligi quando negotiari dicantur.

68 Demonſtratæ rei fruſtrà, quem demonſtrationem addere.

69 Clericos peccare ſi vinum, & ſimilia vendãt, vltra pretium à Principe ſtatutum.

70 Statutum principis deſignans pretium annonæ, an liget Clericos, remiſſiuè.

71 Clerici non debent ſe implicare negotijs ſecularibus, ne honores mundanos, ambire, & num. 72.

73 Religioſos, ac Clericos æquitatis cultores eſſe debere.

74 Amore nil vehementius, & quàm plura patiantur amara, infælices, & deplorandi amantes.

75 Amaſios amorũ flammis æſtuantes, amaſiarum minas expaueſcere.

76 Cleopatram omnium quæ in ægipto erant formoſiſſimam.

77 Concubinarium, & maximè vxoratum in teſtem non admitti.

78 Crimine Veneris prepoſteræ abutentes, valdè exacrari, & quàm horrendum, ac ſordidiſſimum, oſtenditur, & num. 79.

80 Sodomiæ flagitio peſtilentias, atq; tempeſtates induci, maiuſq; vitium eſſe, vel peccatũ, quàm ſi quiſpiam cognoſceret matrem, & cum fæminis perpetrari, & num. 81.

82 Sodomiam per teſtes de auditu minimè probari, & difficulter per viſum.

83 Adoleſcentes inter ſe pollutionem facientes, qua pęna afficiendos?

84 Iudices extollendos, atq; laudandos, qui delinquentium ætati miſerentur.

85 Clerici ſodomitæ an ſuſpenſi, adeò, vt interim celebrantes irregulares exiſtimentur?

86 Sodomiæ crimen committentes, quibus punitionibus ſubijciantur & de iure Cæſareo, & iure Pontificio? quatuor tranſcribuntur capita, & num. 87.

88 Ludum multa producere mala, & patrimonij perditionem, atque ad blaſphemandum Deum prouocare luſores.

89 Luſores legibus exoſos valde, malamq; dici vitam eoſ degere.

90 Clericis impermiſſum haud eſſe, ad ſcaccos ludere ex concordi ſententia.

91 Luſorem preſertim in criminalibus, à teſtimonio repelli, & quomodo id procedat? explicatur.

92 Ludo cartularum, vel teſſerarum ſi quis dicat pono ſummam hanc aureorum centum ſi minor ſit, vtrũm victori debeatur?

93 Opinio Iaſonis in l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam, confutatur, & num. 94. vbi concluditur quid tenendum.

95 Vino ingurgitantes, an Dei cultores denominandi? oſtenditur.

96 Argumentum à contrario ſenſu validiſſimum ex Papiniano.

97 Ebrietatem probari ex aſpectu, exemplum affertur de Ionata.

98 Vini vſum apud Romanos mulieribus interdictum, & ex aſpectu equites, crapulæ, vel ebrietati deditos cognouiſſe.

99 Ebrios æquiperari infantibus, ac furioſis qui neſciunt quid loquantur.

100 Vini venditorem, qui ſcit illud tempore certo corrumpi, vel frumentum ſtatim eius pretiũ minui, an teneri emptori?

101 Auari naturã eſſe, vt magis doleat ex amiſſione iam partorum quàm acquirendorum, & liben

Digitized by Google

& libentiùs intuitur aurum, quàm ſolem, & num. 102.

103 *Auaritia cupiditatem malorum omnium radicem fore.*

104 *Auari minimè erant in regia Dauid, neq; ſuperbia tumentes.*

105 *Vaſſallos diuites Principis neruos eſſe, ex pulchrè adnotatis à Tyber. Deciano.*

106 *Hominum naturā colendi Dei gratia, vt illi ſeruiat, eumq; contemplet.*

107 *Pauperes adiuuare, & in neceſſitate poſitis ſubminiſtrare. verum Chriſtianorū cultum.*

RACEMATIO 40.

Planxit amarè Citharhędus ille, & potentiſsimus Rex Dauid Abſalonem filium ſuum tribus diebus, ac tribus noctibus, quamuis inimici eſſent ad inuicem, conſiculo meo ad hoc teſte Andr. Barbat. inter conſilia Alex. 52. poſt nume. 36. lib. 4. quod, & Aymo. Sauilia. minimè latuit conſ primo ſub num. 2. lib. 1. Venuſtius conſ. 521. poſt num. 1. lib. 3. audita etenim
1 illius morte † exclamabat fili mi Abſalon, Abſalon, fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te? quemadmodū ſcripſit poſt alios recētiores Tybe. Decia. ſuo locupleti tracta. crimina. cap. 13. lib. 3. tom. 1. vbi cętera cōſentanea, ac inſignia ad rem hanc ſpectantia coaceruat num 6. & inferius. ratio vrgentiſſima qua permoti fuere noſtri prudentes ea fuit quòd nullus amor vincat paternum amoriſq; ardorem, & paterni, & materni ineſtimabilē iudicari ad tradita per Philip. Dec. conſ. ſuo 611. num. 8. atq; Socc. iunio. conſ. 59. num. 4. num. 6. vbi ſubdit num 7. lib. 3. Rutiliam mulierē filium ſuum in exilium ſecutam numquam in patriam antè filium redire voluiſſe maluit, profectò ob ingentem affectionem exilium pati quàm deſiderium, vt
2 ibi per eum † & patres plus diligere filios quàm ſe ipſos, paternumq; munus fuerit optimum pro ipſis conſilium capere plus quàm manifeſtum eſt ex Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 85. num. 7. & inferius lib. 4. eſt enim vulgatum affectionem paternam omnes ſuperare, & quamuis vxorius amor cęteros antecellet, non tamen paternum vincit, ſed ab eo vincitur, vt ſcribebat Iacob. Menoch. conſ. 768. num. 13. lib. 8. & conſ. 994. num. 6. lib. 10. parentumque commune votum eſt filijs benefacere illoſq; theſaurizare. idem cōſ. 614. num. 3. lib. 7. concinatus eſt Aymo. Sauilia. conſ. 363. num. 13. & conſ 461. num. 28. lib.
3 3. vbi † amorem parentum ergà liberos vehementiſsimum denominat. docuit Tybe. Decia. conſ. primo, num. 94. lib. 4. & conſil. 81. num. 43. lib. 5. quo loc. poſt alios demonſtrat tametſi mariti amor in vxorē ſummus reputetur iuxta illud relinquet homo patrē, & matrem & adhærebit vxori ſuæ atq; erunt duo in carne vna. attamen hic tantus amor in vxorem cædit amori patris in filios idem conſi. 117. num. 49. lib. 3. & de amore paterno qualis ſit Tyber. idem conſ. 49. num. 14. & conſi. 54. nume. 4. lib. 1. cum alijs ſimilibus, & concordantibus. ab Aymo. Sauilia. conſi. ſuo 763. num. 7. lib. 5. Card. Zabarel. conſi. 137. num. 2. & Paulo poſt. Vi-
4 diſtis ne † obſecro viri amantiſsimi, quis nā foret dulciſsimus iſte pater? Deus Optimus Maximus eſt, ipſiſsimus generationis humanæ redemptor eſt, qui præ nimio amore aperuit ſibi latus, vt nobis, & deplorandis mortalibus cor ſuum tribuat. hic verus pater eſt, per quem ſumus à quo animamur, à quo illuminamur qui nobis vitam, ſalutemq; tribuit, victum multiplicem ſubminiſtrando, hic parens indulgentiſsimus qui pęnitentibus peccata remiſsurum promictit, omneſq; oblitturum iniquitates; & tamen nos ingratiſsimi peccatores illius ſuperantiſsimam offendimus maieſtatem, cui infinitum debemus, & facie, & genibus proſtratis, manibuſque flexis. at tamquam adamantina pectora ſubſtinentes, ac excordes horrendis quotidie pec-
5 catis inuoluimur, & † nos habemus quòd amor, amorem parit. & beneficientiæ beneficientia, atq; amorem ex adnotatis à Tybe. Decia. conſ. ſuo 74. num. 26. lib 4. ſed terreſtria Deus ipſe creauit pro ſua bonitate ob hominem iux. illud pronuntiatum, minuiſti eum paulominus ab Angelis gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarū; Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues, & boues, vniuerſa, inſuper, & pecora campi, volucres cęli, & piſces maris, eumque creauit ad ſui imaginem, vt tandem Paradiſo, & Deo huius mundi opifice, frueretur, quemadmodum vberius declarat Albert. Bru. tract. de form. & ſollemnita. ſub articulo illo de cauſsis formæ, & ſollemnita. poſt initium fol. mihi 15. cur igitur
6 Deum non colimus? cum † omnis hominum ſapientia in hoc vno ſit, vt Deum cognoſcat, atq; colat? ſitq; noſtrum hoc dogma? vt pręceptis cęleſtibus obtemperemus, tunc hercle Dei veri cultores nuncupabimur per ea quæ admonet Tyber. Decia. tracta. crimin. cap. 3. poſt num. 1. lib. 3. tom. 1. dum examinat, an, & quando Chriſtianis accuſare

liceat, vt ibidem per eum plura diſceptantẽ,
cap. 4. quorum ſacrificia ſunt animi manſue-
tudo, vitaq; innocens, & boni actus. an non
mortales? an non aſsiduè fatiſcentes? an nõ
peccatores? an non mille caſibus expoſitos?
an non incertæ morti obnoxios? an non de-
niq; nos infœlices meminimus? an ne omnia
noſtra tribus temporibus continentur? inci-
pimus namq; cum naſcimur, & ſumus cum
viuimus, & deſinimus cum ab hac luce ſub-
trahimur. quo fit, vt voluerint poëtæ trinas
eſſe parcas, vnam nempè quæ vitam homi-
nibus ipſis ordinet, alteram quæ contexat,
7 tertiam verò quæ rumpat, ac finat. † eo ac-
cedat, ingratitudinem exſiccare fontes miſe-
ricordiæ, & iure poli, & iure fori culpari, Cæ-
ſar vrſillus in additamentis ad Matthæũ Aſ-
flic. Neapolitana deciſ. 307. nu. 9. Roland.
Vallenſ. conſil. ſuo 1. num. 98. lib. 3. eiuſq;
vitium maximum eſſe, teſtatus eſt Tybe. De-
cia. conſ. 3. nu. 261. lib. 4. obediamus itaq;
Saluatori noſtro, & illi adhæreamus tamquã
ædera ſuis arboribus, vt ſuo ſanguine mentes
noſtras inebriemus, & non equidem vanita-
tibus mundanis ad hoc Roland. Vallenſ. con
ſil. 73. nu. 19. lib. 3. & non immeritò quan-
doquidem nos omnes fideles, vt mẽbra Chri
ſto capiti congiungimur, iuxta illud Pauli, ac
Pſalmiſtæ multi vnum corpus in Chriſto ſu-
mus. particeps ego ſum omnium timentium
te. quemadmodum poſt cęteros concomitan
tes, & pulchriùs, & copioſiùs explicauit Hy-
ſpanus ille Didac. Couar. in initio cap. alma
mater de ſentet. excommunica. nu. 2. cum
8 ſimilibus† atqui minimè decet membra à ca
pite diſcedere ad tradita per Alexa. conſil.
114. lib. 4. Socc. Iunio. conſ. 11. num. 5. lib.
1. & poſt eos Tybe. Decia. conſ. ſuo 32. nu.
28. lib. 2. & à capite regulanda ſunt Iacob.
Menoch. conſi. 257. num. 50. lib. 3. ſcribit
Aymo. Sauilia. conſi. 499. num. 8. lib. 3. &
conſ. 963. nu. 17. lib. 5. attento etiam quòd
vnumquodque facilè reuertitur ad naturam
ſuam ex Paulo in l. ſi vnus. §. pactus ne pete-
ret, ff. de pact. cum concordantibus traditis
a Domino Octauio Gloritio in coment. cap.
ſuper literis ſub nume. 196. verſ. & facit de
reſcrip. & in habentibus ſymbolum, vel ſimi
litudinem facilior eſt tranſitus. vt poſt cita-
tos aſſerit Franc. Manti. tracta. de coniect.
vltima. volont. tit. 16. num. 14. lib. 5. Aym.
idem conſ. 980. num. 8. lib. 5. Tyber. conſ.
63. ſub num. 6. idem conſ. 47. num. 66. lib.
2. Aym. conſ. 459. num. 20. lib. 3. Pet. Sur-
dus deciſ. 9. num. 11. Roland. Vallenſ. con
ſil. 76. nume. 19. lib. 3. reuertendum igitur
erit ad omnipotentem Deum illiq; inſeruien
9 dum † facit in ſimili id quod docuit Roland.
Vallenſ. conſi. 12. num. 24. lib. 3. vbi ſupe-
rioris mandato quamquàm duro obtempe-
randum eſt; & ad ſtipulatur And. Gail. cap.
5. nu. 14. lib. 2. de pac. publ. vbi ait, & ſatis
maieſtatẽ ſummã delictum, eſſe contẽnere,
& quãtò magis dulciſsimo, atq; piiſsimo Ie-
ſu Saluatori nřo argumẽto à fortiori deſũpto
ex And. Alciat. conſ. 14. nu. 2. lib. 4. Iacob.
Menoc. cõſ. 534. n. 11. lib. 6. idẽ Iacob. adno
tat conſ. 36. n. 37. lib. 1. vbi ſi ineſt de quo mi
nus, ergò de quo magis, & ab alijs paſsim Ro
land. Vallenſ. conſ. 73. nu. 19. lib. 3. vbi quod
Deo magis obediẽdũ eſt, quã cuilibet homi-
ni, & veſtigia Gregorij Pap. adorãdo, remini
ſcamur maiorũ, quę fecimus, mictamus ad ra
dicẽ cordis cophinũ ſtercoris, vt tpe ſuo pin
gueſcat, & iniuſta, quę fecimus fletibus, & la
mento præuiamus. quis obſecro non ſitiat?
quis non appetat? quis tàm languens? quis
tàm inſani capitis, cerebriq; morbo laborãs?
10 vt cum Chriſto horatim † non alloquatur?
atq; ad eum omni conatu non accedat? vt ſic
dulciùs bibere valeat, tamquàm præſens de
aqua fontis nectare multò connexi, quã tor-
rentis? cum ſit veritas ipſa, & minimè fallat,
nec fallatur? ad hoc Roland. Vallenſ. conſ.
1. num. 44. lib. 1. & conſi. 45. num. 12. lib.
3. ſed quis eſt hic, & laudabimus eum, quip-
pè deuenimus ad huiuſmodi temporum fe-
cem, vt quàm plurimi ferè mortales compe-
riantur moderna quædam deorum infando-
rum veſtigia ſectantes, vt difficulter Ieſus ſo
lus ſuper omnia amaretur, ac intelligatur
quid ſit amare Ieſum, & contemnere ſeipſum
ob Ieſum, & pluſquam manifeſtum eſt, eum
qui ſine Ieſu viuit pauperrimum eſſe, quem-
admodum eſt contrà qui bene eſt cum Ieſu
11 ditiſsimus eſt. ex illius iuris effatu, † vt illud
quod operatur propoſitum in ſuo propoſito
idem operetur oppoſitum in ſuo oppoſito Pa
pinianus in l. cum pater, §. dulciſsimis, de
legat. 2. vbi ſi communio diſcordiam parit,
igitur diuiſio communioni aduerſa operatur
pacem, atq; concordiam. & cauſa ſicut ſe
habet ad effectũ in ꝑductione ita cauſę pri
uatio ad deſtructionem ex adnotatis poſt cę-
teros concomitantes à Tyber. Decia. conſi.
129. num. 38. & inferius lib. 3. & conſi. 34.
num. 34. idem conſi. 10. ſub num. 13. lib. 4.
Iacob. Menoch. conſ. 728. nu. 9. lib. 8. Ro-
land. Vallenſ. conſi. 14. nume. 11. lib. 3. &
vt exordinamur à nobis ipſis videamus pri-
mùm nùm doctores præceptum eiuſmodi cu
ſtodiant? ne in illud irruamus pronunciatũ

nihil

Digitized by Google

nihil obijcere debet Catilina Cethego. de
quo immemor nõ fuit Imperator Alexãder,
in l.in arenã, C. de inoffitio teſta. & per illũ
tex. Philip. Dec. conſil. 131. poſt num. 21.
12 ex quò obijcere † in alterius oculis feſtucam
quis minimè valet, qui trabem in ſuis habet.
Tyber. Decia. pulchrè conſ. ſuo 40. nu. 27.
idem conſ. 3. num. 93. nume. 97. lib. 1. do-
ctores igitur nil aliud excogitant, cum ſup-
portatione bonorũ, nil ferè penſant, niſi pau-
perrimos clientes denudare, paciſcuntur
enim cum cliente, vt ſi victoriam conſeque-
retur ex illo proceſſu, vel controuerſia, tot
aureos pro honorario, aut palmario, vel ſala-
rio, ſi verò vincatur, longè minus quòd nem-
pè ab horret licitare bonam, vel malam for-
tunam. quinimò iuris prudentis nomine in-
digni cenſendi ſunt tales hi, qui more quodã
tyrannico ingentia extorquere conati ſunt ſa-
laria à deplorandis pauperibus, & maiora
forſitan quam cauſſarum ſit valor. vlteriùs ſi
pupillos, viduas, & haud diſsimilia his, pro-
ſpiciunt in defenſos, & à cũctis penè, vt abie-
13 ctos † deriſos, ſordidos, atq; langueſcẽtes ener-
uari, & contingat pro illis parumper poſtu-
lare, & ſiccis alloquantur manibus, ſuas expo-
nèndo cauſſas, ipſi obmuteſcunt terga ver-
tando, auolant quaſi veſpæ dimiſſo aculeo.
quod non eſt ferendum, namq; ad hoc, vt di-
gni pietate apud Deum haberi poſsint aduo-
cati gratis id faciãt, quemadmodum de me-
dicis ipſis fertur, Roland. conſ. 87. num. 38.
lib. 2. idem conſi. 49. lib. iſto, multa cumu-
lauit And. Gail. obſerua. 43. num. 13. num.
14. nume. 18. lib. 1. practica. obſerua. at ſi
facultates non nullæ eorum ſint, & piè, & mo
deſtè cum illis agere debere. quandoquidem
ſcriptum eſt apud Gregoriũ, qui renuit pau-
peri gratis patrocinari, ſaluari non poteſt,
quia abſcondit talentũ domini. & alibi pau-
peribus porrige manum tuam, & eſto pupil-
lis miſericors, vndè in foro conſcientiæ, vt
ſummatim dicam, peccãt qui à pauperibus,
alijſq; locis pijs pecuniam accipiunt, prout
de his omnibus patent additus venuſtiſsimæ
Apologiæ, Tyber. decia. cap. vltimo, num.
159. & num. 161. & ſenſit Roland. Vallenſ.
14 conſ. 87. num. 25. nu. 28. lib. 2. † & de pa-
cto quotæ litis idem ſapienter explicat conſ.
36. num. 20. & paulò inferius lib. 3. vbi in-
quit aduocatum ſi pactus ſit cum cliente de
quota litis aduocationis munere priuari de-
bere, ac falſi pęna teneri conducit Cæſar Vr-
ſillus in additamentis ad Matthaũ aflic. Nea
politana deciſ. 123. nu. 6. vbi ſubiungit bis
temporibus ſuis in Sacro Concilio pacta hu-
iuſcemodi, vel immenſa ſalaria tametſi iure-
iurando vallata nullius eſſe momenti, vt ibi
per eum, & videndus eſt Franc. Becius conſ.
ſuo 49. quamuis palmarij gratia valeat pa-
ctum, ita And. Gail. ſuperius excurſus ob-
ſeru. 44. & an ab initio litis debeatur ſalariũ
declarat Ioac. Mynſ. obſerua. 7. cent. 3. ſin-
gul. obſerua. prætereà ſunt, & alij aduocati,
qui cum recognoſcerẽt clientes ſuos malam
fouere cauſſam, cõſulunt lites inferri ad hoc,
vt ob moleſtiã, & oppreſsionem cõtrouerſię
pars reduci valeat ad concordiam, ò mores
barbaros, ò peſtiferam cogitationem, ò ver-
ſutiam doloſam, non nè maleſaciunt? non nè
tenentur in foro conſcientiæ? & iam omnia
iura vltra Chriſtum Dominum noſtrum, ve-
rumq; Redemptorem, & veram veritatem,
cuius maior auctoritas adduci non poteſt, pa
15 cem conſulunt † nos verò infęlices ob diſcor
dias atq; iniquitates, & meum, & tuum, &
ſuum, à veritate alieni ſumus, atq; ad lites
procliues valdè, quæ nempè ſunt criminum,
multorumq; malorũ cauſſa, vt admonet Ro-
land. Vallenſ. conſ. 38. num. 30. lib. 2. vel
nobis, quia omne malum ex hoc nobis obue-
nit quemadmodum poſt alios obiurgat Cęſar
Vrſillus loco proximè citato, annotatio. 149.
num. 13. nu. 16. ò bone Ieſu ſæpe ſæpius le-
gimus aduocatos æquidem iurare debere ſe
cum bona coſcientia defendere, ac conſulen
tes conſcientiam integram ſeruare oportere
vt cauit, Tybe. Decia. Apologia ſua cap. 15.
16 num. 14. & cap. 19. nu. 22. & quod † peius
reuelant iura clientis parti aduerſę quo fit, vt
dubio procul plectendi veniant pœnis illis à
Roland. Vallenſ. deductis conſ. ſuo 36. nu.
23. lib. 3. aduocatus namq; & Sacerdos con
feſsionem audiens æquiparantur Tybe. De-
cia. conſi. 92. num. 121. lib. 2. vbi locuple-
tiora tangit. cum concordantibus. illud ap-
plicandum eſt, aduocatorum nequitias com-
mentariorum pelago nutriti, vt dum quiſq;
iuris interpretum ex ingenio nouare pergit,
anſam ſæpe numero iuris præmendi aduoca-
tis præſtat. qui fora venenant, quietem tur-
bant, rempublicã euertere contendunt. atq;
ideo Redemptori noſtro, & hominibus exoſi
17 cenſentur. & † in ſumma aduocationis mu-
nus elumbe, difficile, ſatiſq; periculoſum.
Roland. Vallenſ. conſ. 36. num. 14. nu 15.
vbi ſuprà, & plurimq; non perſcrutantur ra-
tiones, ſed imitantur aues. quæ quando vna
volat omnes aliæ ſequuntur. ex Philipi Dec.
conſ. ſuo 499. num. 12. Roland. idem conſ.
100. num. 50. lib. 2. & Bartolus legiſtarum
dux, iuriſque lucerna cruciatur in inferno ſi
And.

Digitized by Google

And. Alciat. credimus conſil. 6. poſt nume.
19. lib. 7. cum ſimilibus ab eodem Met. Ro-
land. conſil. ſuo 88. ad finem lib. 2. Dynum
quoque apparuiſſe cuidam ſancto aſſerens ſe
damnatum fore in inferno ex eo quia conſu-
luerat quaſdam fraudulẽtes cautelas, vt poſt
alios ſcribit Tyber. Decia. conſi. ſuo 39. nu.
37. lib. 5. peccant namq; talia conſulentes,
vt ſignificantius tradit Nicol. Boerius conſi.
39. num. 7. & ob id pectoribus noſtris figen-
dum eſſe putaui, id quod, & And. Barbat.
conſiculus commemorauit cap. 1. poſt num.
18. de iurament. calum. quòd aduocati, de
malis loquor, nõ probis, & integræ vitæ, atq;
procuratores pro maiori parte perdunt lin-
guam, cum ad mortem tendunt, ſubdit ipſe
And. poſtmodum, num. 20. audiuiſſe à fide
dignis ſanctimoniæ magnæ virum, & perce-
lebrem Doctorem Fratrem Ioannem de Ca
piſtrana ordinis Sacri Diui Franciſci ſæculo
renuntiaſſe, in quo per prius patroni officiũ
exercebat propter factum cuiuſdam ruſtici
19 ducentis boues, vt ibi per eum. † atq; And.
idem vehementer admiratur num. 21. quòd
cùm legerit ſanctuarium, & multa hominum
genera ſanctificata fuerint nullum aduocatũ
legit ipſe ſanctum niſi Dominum Yuoangli-
cum, aduocatum pauperum, vt ibi diffuſiùs
per eum. ideoq; tales inueniri quàm pauciſ-
ſimos opinor, vt ſaluentur, & penè albis eſſe
coruis rariores. non tamen eo inficias, aduo-
cationis offitium laudabile eſſe, vitæq; hu-
manæ neceſſarium. & aduocatos requiri
ad patriæ, ac ſingulorum ſalutem, quemad-
modum armatæ militiæ milites, eoſq; legi-
bus vtentes prout debent optimam facere vi-
20 tam in tantùm † vt huiuſcemodi aduocatio-
nis munus apud Deum mæritorium exiſtime-
tur, ſicut in hoc mundo id Chriſtus exercuit,
& denſiſsimè exercet in Cęlo intercedendo
pro nobis apud Patrem Æternũ. vt enuclea-
tiùs, & curioſiùs memoriæ prodidit Roland.
Vallenſ. conſ. 36. nume. 1. & inferius lib. 3.
vbi alios citat, & in ſpecie exhortatur quæ
plantari, & ædificari debeant in aduocato-
rum mentibus, num. 17. quæ non tranſcripſi
quia liber eſt impreſſus, & ne citiùs papyrũ
denigrare videar eo in loco candidum conij-
cimus lectorem And. Gail. obſerua. 43. nu.
4. practica. obſeru. lib. 1. & aduocatus dici-
tur defenſor idem obſerua. 54. & ipſe perle-
gi Tyber. Decia. conſ. 61. num. 7. lib. 5. vbi
21 tradit † Doctorem magis proficere vniuer-
ſali Eccleſiæ docendo quàm Curatum mini-
ſtrando, ac plures eſſe Doctores, & maximè
Pontificis iuris in Ciuitatibus Reipublicę in-
tereſſe, & alibi admonuit conſi. 14. num. 18.
lib. 1. docere, & erudire inter operas miſe-
ricordiæ connumerari, etenim ſi piũ eſt eſu-
rienti cibum, ſitienti potum præſtare multò
magis pium erit curare, vt inſipientium ani-
mus potu, ciboque, & ſapientiæ, ac doctrinę
ſaturetur, ex illo pronuntiato, qui miſericor-
diam habet, docet, & erudit, quia doctrina
implebuntur cellaria vniuerſa ſubſtãtia pre-
tioſa, ac pulcherrima, vt ibi per eũ, qui con-
comitantes expendit, illud applicandum eſt
Doctorem morigeratum eſſe debere Cæſar.
Vrſillus in additament. ad Matthæ. deciſ.
141. nu. 10. & ait aduocati munus honoribi-
le publicum ex Ioac. Myns. obſeru. 32. cent.
22 4. ſingu. obſeru. ſed † obiter quæro, an Do-
ctor ſi conſilium fecerit modico tunc labore
impenſo abſq; librorum reuolutione, ex quò
promptas habebat deciſiones, quæ cauſſam
illam expreſſe terminabant, pro illius modi
voto tantum recipere valeat quantum acce-
piſſet ſi forte anxie laboraſſet? & non eundo
per ambages communis opinio eſt vt ratio-
ne præteriti laboris iuſtè poſsit honorarium,
vel plamarium accipere, vt poſt multos aſſe-
rit Tyber. Decia. apologia ſua, cap. vltimo,
nume. 168. cum concordantibus. & quid ſi
fuiſti aduocatus in cauſſa propria, & obtinui-
ſti atq; ideo condemnatus tibi fuit aduerſa-
rius in expenſis an teneatur ſalarium tui pa-
trocinij reſarcire? & profectò Tybe. Decia.
conſ. ſuo 9. num. 32. lib. 1. tenuit quòd non.
23 ex Bart. ſententia † quinimò ſubiungit ipſe
poſt Baldum, vt ſi habuiſti aduocatum gra-
tis, aduerſarium qui ſuccubuit minimè tene-
ri ad ſalarium aduocati præſtandum qui gra-
tis ſoluit operas illas. & an aduocat' iuſtã fo-
uens cauſſam defendere poſsit fraude, & ca-
uillationibus ſi aliter non queat? Tyb. idem
ſcribit tracta. crimina. cap. 5. num. 18. lib.
1. qui tenuit affirmatiuè tom. 1. & vt noſtrũ
ſermonem claudamus oculos nos peruigiles
edepol habeamus, & vnum colamus Deum,
& non alienos Deus hoc eſt, dignitates, am-
bitiones, offitia, non ſatagentes gloriam mun-
danam, non vt optimates, ex quò inflamur.
non lites, non iuriſdictiones empticeas, non
pecuniarum ardorem, vt ingluuiem tam im-
probam ſatiemus ſed Glorioſum Chriſti ca-
pud, ſuauiſsimamq; Paradiſi ædem.

24 Porrò hunc, & ipſum † ſtudioſum eſſe opi-
nor veritatis indagandæ cauſſa an idem eue-
nire dicatur cordatis iudicibus, ingenioque
pollentibus? & nempè illud teſtatiſsimũ eſt,
iudicantem cuncta rimari Iacob. Menoch.
conſil. 36. lib. 1. D. Octauius Gloritius qui
iſtud

Digitized by Google

illud intelligit in iudice vtriuſq; fori in com. cap. ſuper literis in glo. in verbo ſimplicitatem ſub nu. 242. verſ. prætereà de reſcrip. atq; ipſius propriè eſſe veritatem inquirere ex adnotatis à ſcribentibus cap. quoniã contra de probatio. & in ſpecie And. Barbat. eo loci nu. 10. quibus benè conueniunt ea, quæ congerit idem Gloritius in dic. cap. ſuper literis in pr. not. num. 33. vbi aliqua ponit de iudice qui tenetꝰ veritatem inquirere, & operepretium erit adhibita cutrinã, & acri iudicio vtriuſque ſententiæ verba in cauſsis aduocatorum diſcutiendis ſuſpendere. eoſce vel concordes vnanimeſq; reddere, aut manus vni, vel alteri adhærere, iuxta caſuum occurrentia, & iudex rectus legibus vtens pro ut debet optimam partem eligit, probamq; vitam facit, ex Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 36. nume. 3. lib. 3. atq; in ipſius præcordijs imprimendum eſt, non tantùm animaduertere poteſtatem ſibi datam, verùm etiã fidem
25 habitam † & ſemper non quid velit ipſe, ſed quid lex, & Religio cogat. ſæpe etenim iudices, loquor de improbis, non probis, ob inuidiam adimunt diuiti, aut propter miſeriam, vel miſericordiam, addunt pauperi, munus deniq; magnum eſt ipſius iuſtitiæ pupilos, & viduas, deſtitutos, auxilioq; indigentes, tueri, & primùm iuſtitiæ munus eſt, coniungi cum Deo, ſecundum cum homine quamuis primum illud, Religio dicatur, hoc verò miſericordia, & humanitas nominetur, quæ quidem virtus propria eſt iuſtorum, ac Dei cultorum, atqui illud preterfluere non ſinam,
26 ſaltem † pro iunioribus ipſis profectò iuſtitiã comperiri, & commutatiuam, & diſtributiuam, diſtributiua ea eſt, quãdo agitur de bonis communibus diſtribuendis communitatis alicuius inter illos, qui eiuſdemmet ſunt communitatis. at commutatiua de bonis priuatis tractat vnicuique cuius ea propria ſunt dandis. & ob id ad hoc tendit, vt vnuſquiſq; à priuatis, ac particularibus conſequatur qđ ſuum eſt, quemadmodum prænotauit Didac. Couar. ſub cap. malefidei poſſeſſor, de regu. iur. lib. 6. § 7. incipit decimotertio quæri-
27 tur, fol. 525. cum concordantibus. Rurſus † iudicem oportet Medicorũ veſtigia inſectari, quia ſicut Medici infirmitatẽ cognoſcũt, pari formiter, & Iudex, ad hoc adducuntur tria exempla, quorum potiſsimum eſt, nam Medici cognoſcunt morbum per vrinam, ſic quoq; Iudex ad dubię rei cognitionem venit per probationem ab argumentis deſumptã. ſecundum exemplum eſt, Medicò cognoſcere infirmitatem per pulſus tactum, & certò certius eſtedrex Alciat. conſ. 50. num. 11. præchonem minſanè conſtat illos miniſtros le Iudicem ipſum ágndr. Alciat. conſ. 25. num.
28 teſtes cognoſcere. † urrere debere ſcandalo quod Medici cognoſcun5. num. 24. lib. 1. homotis quippè petunt ab egMenoch. conſ. 367. derant. quidem in eorum inghinationibus liriot, ex quo infirmitas ea obri 88. num. 13. Iudex ex argumentis, & ſimilibus quę in cõnibus percipit probationes à remotiant, alioin ſpecie poſt al os ſcribebat And. Barb. cõſ. rub. de probatio. decretal. lib. 5. ſub nu. 215. alia locupletiùs habes per Tyb. Decia. conſ. ſuo 52. num. 15. lib. 2. documenta ſimilia, & tamen videmus paſsim in Italia conſtitui illiteratos Iudices, vt commemorauit Iacob. Menoch. conſ. 100. nume. 257. lib. 1. & ob id iudicandi munus non cuilibet concedendum. idem in ſimili tradebat, conſ. 805. nu. 66. lib. 9. non enim ex omni ligno, vt dici-
29 tur, Mercurius fit. ideoque refertiſsimus † And. conſiculus meus non immerito admonet in Iudice duos adeſſe debere ſoles, vnum ſciẽtię ſolem, aliâs eſſet inſipida, alterum verò conſcientiæ, alioquin diabolica eſſe putatur, Iudex namq; doctus, & conſciẽtiæ malę eſt diabolus in terris. at Iudex bonæ conſciẽtiæ ac imprudens eſt beſtia quędam inſipida hæc ille cap. quoniam, §. in alijs poſt nume. 2. vt lite non conteſta. & alibi Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 12. nu. 5. lib. 3. cauit ferè idẽ. nempè Iudicem habere debere dupplicè ſalem ſcientiæ, & conſcientiæ, quandoquidem abſq; ſcientia foret inſipidus, & abſque conſcientia diabolicus, vt ibi per eum. quæ in
30 idem reincidunt † eo accedat Dei miniſtrũ iudicem eſſe, & apud Deum de negligentia teneri, & valdè peccare, qui non inquirit, & ſequitur veritatem, ſed vadit per ambages ex Tyber. Decia. conſ. ſuo 47. num. 23. nu. 26. lib. 1. Roland. Vallenſ. conſ. 47. num. 9. nu. 10. lib. 3. & ne partes multis laboribus, & expenſis fatigarentur curare debere, vt finis litibus imponatur. eſtque hoc præcipuũ integerrimi prætoris munus. ex longis etenim litibus rixæ oriuntur, atque ſcandala, & per lites ad ægeſtatem deducuntur litigantes. iudicis igitur pijſsimi eſt litium fomenta tollere, quemadmodum ex iuris prudentũ auctoritate admonet, Tyber. Decia. conſil. 32. nu. 78. & paulò inferius lib. 3. & earum euentus dubius eſt, fortunæque iudicium dicitur. Iacob. Menoch. conſ. 479. num. 19.
31 lib. 5. & † ob id rectè conſuluit Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 38. num. 30. nume. 31. lib. 2. litem execrari verecundam, & laudandam minimè

3 bus ad idem, † & tertio citatur, Egidius Boſſius, tit. de proclama. num. 14. quo in loco, facti ſpecie de qua ibidem aſſerit, quòd quēadmodum Fiſcus admictitur poſt terminum ad probandum ſuam oppoſitionem, ſuſpitioniſq; deductionem. pari melodia, conſoniſq; carminibus, recipi valere poſt terminum ipſum contradictorem ad probandum. hûc cōfert, id quod bellè docuit, Franciſ. Aret. in l. ſedet ſi, ff. de acquirend. hæredita. eo namque loci Aretinus ſcribebat, ſi reus poſt terminum probaterium aduerſus actorem oppoſuit iudicium ab illo per tractatum nullū fuiſſe ex eo quia controuerſiam mouit abſq; paterno conſenſu, atq; ideò actor reſpōdeat patrem ſuum in facta conceſsiſſe, & reus ipſemet replicet patrem illum adhuc viuere quādoquidem

4 † conſtitutiſsimum ſit, apud Imperatorem Iuſtinianum in l. vlt. C. de Sacroſan. Eccleſ. hominem viuere præſumi per ſpatium annorum centum, & per illum tex. Ioſep. Maſcard. conclu. 1069. de probatio. lib. 2. ſtatuit Aretinus is, quòd quemadmodum reus ipſe fuit receptus ad eam exceptionem deducendam, hoc eſt, litigaſti abſq; patris conſenſu, atq; ad probandū huiuſmodi oppoſitionē hoīem nēpè viuere præſumi vſq; ad centeſimum annum pari paſſu, poſt terminum illum admicti debere actorem ad probandum patrem fuiſſe ab hac luce ſubtractum. ratio hæc eſſe videtur, quia ſi permiſſum fuit vni ex litigatoribus aliquod deducere factum, illudq; probare teſtibus, vel inſtrumentis, vel præſumptione. pari formiter quoq; debet poſſe; recipi actorem poſt terminum anteſignatum ad contrarium probandum,

5 † & teſtes, & inſtrumēta parē vim obtinere iam expreſsè patet, ex Roland. Vallenſ. conſ. 82. nume. 41. lib. 2. cū concomitantibus alijs à Petro Surd. deciſ. 72. num. 6. quarto, & vltimo, vt vnico verbo me expediam, citatur inſignis Iacob. Menoch. conſi. ſuo 516. num. 2. nume. 4. & inferius lib. 6. vbi ſententiam hanc comprobat ſi tibi placuerit conſulas illum, nu. 5. ſubiungentem aliū quoq; caſum longe diuerſum. ſed copioſiùs atq; cumulatius habes per eundē Iacob. conſ. ſuo 367. nu. 28. & latè inferiùs lib. 4. vbi pulcherrimè declarauit. accedit his And. Gail. prac. obſeru. lib. 1. obſeru. 91. nu. 14. idem cap. 15. lib. 1. de pac. publica.

ARGVMENTVM.

De vſufructu, & quemadmodū vſufructuario decedente, diuidantur fructus inter hæredem illius, & proprietarium. & cui applicentur, & tandem quid de fructibus beneficij Eccleſiaſtici.

S V M M A.

1 *Vſufructuario mortuo fructibus ad huc pendentibus, an illos retinere valeat hæres ipſius an nè propietarius? diſcutitur, & num. 3. & num. 7. & num. 9. vbi Ioa. Cepha. extollitur.*

2 *Veritas per ſe ſplendet, ac verborum adminicula minime deſiderat. ex Antonini ac Seueri Cæſarum pronuntiato.*

4 *Baldi auctoritatem quanti momenti, & ponderis fuiſſe, And. Alciat. demonſtrat.*

5 *Vſufructuarius ad hoc, vt ſuos fructus faciat, an requiratur eos eſſe à ſolo ſeparatos, & in borreo reconditos, an nè ſaltem ſeparatos à fundo? & num. 8.*

6 *Potentia actui proxima, habetur pro actu. & alibi plus eſt rem eſſe in actu, quàm in potentia.*

10 *Io. Cepha. Ruſticorum viam elegit diuidendo per medium in ſua facti ſpecie.*

11 *Fructus beneſitij Eccleſiaſtici quo pacto diuidantur inter hæredes defuncti, & ſucceſſorem.*

RACEMATIO 38.

INter cætera vſufructuum diſcrimina, quæ ex profeſſo, aliqui, & cor-

1 datiſsimi viri actenus tractauère † illud non à longè eſſe videtur, numquid vſufructuario mortuo fructibus ad hūc pendentibus in vinea, vel ſimilibus prædijs quæ coli fecerat maturis, vel immaturis exiſtentibus, ij herclè pertineant ad vſufructuarij, aut propietarij hæredes? ingenioſe lector, id iure quidem conſtitutiſsimum eſt, verita-

2 tem † per ſe ſplendere, verborumq; adminicula minimè deſiderare ex Antonini ac Seueri Cæſarum pronuntiato, in l. 1. C. ſi mino. ſe ab hæredita. abſtin. atque vt concinnatus eſt Philoſophus eā præhonorare tenemur ex deductis à Socc. Iunio. conſ. 7. & conſ. 76. nu. 1. lib. 1. cum ſimilibus. ne igitur illam puerilibus nugis obnubilare videar, quamprimū

3 rem ipſam pauciſsimis abſoluam † quippè veriùs exiſtimo, vſufructuarij hæredem nullos habiturum eſſe fructus. ſed ſolūmodo impenſas quæ fiunt inferendo, colendouè agro, vel vinea pro fructibus ipſis colligendis deducere poſſe. ad quam probandam ſententiam potiſsimū adduco, Bal. in l. ſi pater in extremo, C. de

Digitized by Google

C. de vſufruct. quo loci aſſerit, vſufructuariũ recuperare poſſe ſumptus fructuum percipiẽdorum cauſſa factos, ſi priùſquam illos perci-
4 peret vſufructus eſſet finitus † ſed expenſarũ repetitio minimè concederetur ſi ratam fructuum conſequi valeret. eccè igitur quàm clarè loquatur Bal. cuius auctoritas maximi putatur eſſe momenti apud cunctos, & in ſpecie laudat eum And. Alciat. conſ. ſuo 1. num. 6. lib. 2. & alibi ſæpe. ſecundo fulciri videtur
5 ſentẽtia iſta † ex Pauli reſponſo ad Sabinum, in l. ſi vſufructuarius, ff. quib. mod. vſufruct. amitta vbi gloſ. & cæteri iuris interpretes, quo quidem loco ſancitum fuit, vſufructuariũ in fructibus non dum perceptis nullum habere ius, igitur nec debet poſſe ipſius hæres admonet Bar. in l. ſi apes, §. 1. ff. de furt. paulo inferiùs Ludo. Roma. conſ. 309. in extremò quamuis maturi fuerint, & à fortiori in non maturis attento quòd fructus ſtatim colligendi, pro collectis exiſtimentur legiſtarum dux Bar. in l. diuortio. §. interdum, num. 6. ſolut. matrimonio: Franc. Ripenſ. in l. fideicom-
6 miſſariam, num. 12. ad trebellia. † facit quoniã potentia actui proxima, habetur pro actu. gloſſ. Bar. & alij in l. penultima, ff. de milita. teſta. Iaſ. in l. 2. nume. 6. C. de inoffitio. teſta. cum congeſtis à Io. Cepha. conſil. ſuo 136. nume. 5. & inferiùs lib. 1. & aliàs tradi ſolet à noſtris quòd plus eſt, rem eſſe in actu, quàm in potentia. Philip. Dec. conſil. 609. num. 11. & conſ. 542. nu. 13. atq; potentiam in habitu, idem operari quod ipſa potentia in actu. Hyppo. Marſil. conſ. 123. nu. 13. cum ſimilibus, & concordantibus, quos affert Tyber. Decia. conſ. ſuo 9. num. 6. num. 28. lib. 1. vbi declarat. & quòd non detur actus abſq; potentia docuit Aym. conſ. 879. nu. 5. lib. 5.
7 tertiò quoq; loco, ſuffragatur, namq; † ſiue talis ille veniat vti hæres, ſiue partiarij coloni loco, ſẽper potiora obtinebit iura proprietarius. & ad hoc perpenditur pauli pronuntiatum ad adiectum, in l. ſi à patre vel à domino, §. vltimo, ff. de petitio. hæredita. eo quippe loci conſtitutũ eſt, vt ſi pro fructibus colligendis ſumptus fiant naturalis expoſtulat ratio. illos ex fructibus deduci nõ tantum à bonę fidei poſſeſſore, verum etiam à predone: vſufructuarius itaq; in expenſis partiarij coloni functus eſt munere, & nihilominꝰ, Paulus impermiſſam eſſe cenſuit ei fructuum medietatẽ. Quartò innititur opinio hæc profe-
8 cto † vſufructuario tunc ad hęredem trãſmittere fas erit, cùm fructus ſecundum vnam ſententiam ſeparati fuiſſent à ſolo, vel in horreo reconditi. vel ſecundum alteram, & nempè meliorem, vt ſi non ſint reconditi, ſaltẽ percepti quemadmodum explicabat Nicol. Bello. conſ. 3. num. 5. & quod ſatis ſit fructus à fundo ſeparatos eſſe licèt non reconditos in horreo voluit concinnè And. Barbat. conſiculus meus cap. vltimo in extremo, de pecu. cler. & poſt eum, & cæteros iuris prudentiſſimos Didac. Couar. cap. 15. poſt num. 12. varia. reſolu. lib. 1. fol. 75. cum alijs concomitantibus. vbi de communi opinione teſtatur
9 poſtremò accedat, Excellentiſſimus † Ioan. Ceph. conſ. ſuo 181. num. 10. & latè inferiùs lib. 2. vbi in indiuiduis terminis hanc quam præcitauimus opinionem, affluẽter ſubſtinet, lateq; defendit, vt ibi per eum ad quem patent additus, & veſtibulum. ad hęc tamen nobis animaduertẽdum erit, ob ambiguitatem ruſticorum ſententiam aſſequendam fore, atque ideò mediam eligendam eſſe viam quẽadmodũ alibi fieri aſſolet, vt ex Philip. Dec. conſ. 445. & in ſimili Curt. Iunio. conſ. 154.
10 poſt num. 2. cum concordantibus † vt ſi fortè ex regionis more adeſſet partiarius colonus pars quę ſpectaret colono vſufructuarij diuidendam eſſe in duas portiones quarum altera aſsignetur hæredi vſufructuarij, altera verò proprietario qui tamẽ proprietarius cõdemnandus veniat ad dimidium ſumptuum factorum Io. Cepha. vbi ſupra num. 24. ipſe cum video ſed vnum ſilentio prætereundum non erit, quid tenendum ſi Clericus in fata conceſſerit circa Eccleſiaſticorum benefitio-
11 rũ fructus † quomodo diuidendi ſint? & hercle ſtatuit Didac. Couar. loco ſuperius citato poſt nu. 12. verſ. ſed in hac ipſa quæſt. equiùs, veriuſq; eſſe fructus anni illius quo mortem Clericus obierit indiſtinctè pro temporis rata ad defuncti hæredes pertinere, vt ibi per eum quo me remitto cum liber ſit typis iam excuſſus. multa præclara Aymo. Sauilia. conſil. ſuo 873. lib. 5. ſcribit ac Card. Zabarel. conſil. ſuo 110.

ARGVMENTVM.

In materia prioritatis, an, & quando creditor poſterior mulierq; anteferantur?

SVMMÆ.

1 *Creditorem poſteriorem de cuius credito patet per realem numerationem præferri habentem dumtaxat confeſſionatum, & nu. 2.*

3 *Confeſſionem de recepto à fugitiuis factã tertijs creditoribus nihil obeſſe.*

Vxore

4 *Vxore concurrẽte cum alijs creditoribus habentibus confeſſionatum creditum an, & quo pacto anteferatur ex priuilegio ſuo? explicatur, & num. 5.*
6 *Confeſſionem Mariti de dote recepta quamuis nõ probet, attamen ſi pro parte vera ſit, totam intelligi veram.*

RACEMATIO 39.

MVltoties legebamus apud ſcribẽtes, & precipuè Socc. Sen. conſ. ſuo 78. num. 2. lib. 4. debitoris confeſsionem in aliqua ſcriptura factam de aliquo debito. quibuſdã creditoribus aduerſus cęteros creditores minimè probare, ni aliter quàm per confeſsionem de debito ipſo appareat, argument. eorum quæ eleganter tradunt Aymo. Sauilia. conſ. 585. num. 10. lib. 4. & And. Alciat. conſ. 71. nu. 5. lib. 5. cũ ſimi
1 libus † videamus obſecro nùm vera ſit ſentẽtia illa aſſerentium, creditorem poſteriorem de cuius credito per veram, atq; realem numerationẽ pateat anteferatur creditori priori de cuius credito ſolũmodo conſtat per confeſsionem? Candide lector, ipſe comperi, Paulum quęſtionem hanc excitantem in l. Titius, ff. quæ res pigno. oblig. nõ poſſ. ex quorum verborum complexu, concluditur poſteriorem creditorem anteſignandum fore. & per illum textum Ioſep. Maſcard. concl. 372. nume. 2. lib. 1. de probatio. & recentiſsimè
2 Iacob. Menoc. conſ. ſuo 720. lib. 8. † & maximè ſi tempore confeſsionis ingens alienum es imminebat quo fit, vt dolus, ac fraus præſumatur ex coaceruatis ab Alex. conſ. 86. nu. 2. lib. 7. Cæſare Vrſillo, in aditamentis ad Matthæum Afflict. Neapolitana deciſ. 402. num. 6. Roland. Vallenſ. conſ. 74. num. 11. lib. 4. cum concomitantibus alijs quos citat Iacob. Menoch. vbi ſupra, num. 6. & num. 8. quibus in locis, declarat dic, vt ibi per eum.
3 eo accedat quod † pulchrè docuit Tybe. Decia. conſ. 81. nume. 37. lib. 4. vbi traditum eſt, confeſsionem de recepto, vel de debito factam à ſuſpectis, vel fugitiuis Tertijs creditoribus nihil obeſſe. ex Rapha. Cuma. conſi. 68. Paulo Caſtrenſi conſil. 252. lib. 2. Socc. Sen. conſil. 90. lib. 3. hinc inferri poſſe videtur, ſolam patris confeſsionem de recepto minimè præiuditium afferre filio in legitima ipſa, vt per Tyber. loco nuperrimè citato paulo inferiùs cui addo Ioſep. Maſcard. conclu.
4 364. per totum vbi ſupra. ſed † perbella, & quotidiana oritur quæſtio, an priuilegium dotibus permiſſum à Cæſare in l. aſsiduis, C. qui potio. in pigno. habean. locum ſibi obtineat in dote confeſſata, de qua multa Aymo. Sauilia. conſ. 520. lib. 3. And. Alciat. conſil. 66. lib. 8. Ioſep. Maſcard. conclu. 566. & concl. 362. de probatio. lib. 1. Io. Cepha. conſ. 448. num. 22. lib. 3. vbi pulchrè declarat Io. Anto. Cannetius in extrauag. volentes Frederici Regis, quæſt. incipit cum dos ipſa de paragio, num. 6. & inferiùs, fol. 96. & quidem
5 † duo capita conſtituẽda fore exiſtimaui quorum primum eſt, ſi finganius mulierem ipſam confeſſatam dotem habentem cum alijs creditoribus concurrere habentibus dumtaxat creditum pariter confeſsionatũ, & tunc perſpicuum erit, eam creditoribus anterioribus præferri. Alterũ ſit caput, quòd ſi mulier concurrat forſan cũ creditoribus habentibus verum, atq; realè creditum, & tunc aliter prædendum eſt. ſic colligere placuit, ex Iacob. Menoch. conſ. 720. vbi ſupra num. 5. quo lo-
6 ci, multos aſſeclas conuocat. † illud applicãdum eſt huic meo albo, quod adnotauit Tyber. Decia. conſ. ſuo 76. nu. 18. lib. 3. nempè confeſsionem mariti de dote recepta quãuis non probare, ſi nihilominus pro parte vera probetur, totam intelligi ueram, vt ibi per eum tu illum conſulas. & de trinis temporibus. vide obiter ſi placet, And. Alciat. reſpõſum 47. lib. 8. in cauſſa Marchioniſſe Padullæ aliqua ſcripſi racema. 155. multa ſcripſit Pet. Surd. deciſ. 55. nu. 5. deciſ. 116. nu. adhuc quinto. And. Gail. obſeru. 12. ſupra num. 5. lib. 2. practic. obſerua. multa idem de anterioritate obſerua. 25. poſt nu. 10. expreſsiùs idem obſerua. 81. lib. iſto pro binis capitibus ſuperius excurſis. Ioac. Mynſ. obſerua. 61. cent. 1. ſing. obſe. idem obſer. 13. cent. 4.

ARGVMENTVM.

Altiſsimo fauente in præſentia aggredimur diuinam legem, & in ſpecie præceptum id Vnum cole Deum, quæ nempe decalogi lex in numerum cæterarum adſcripta comperitur, ſub tempore illo nuncupato ſub lege ex trinis ijs temporibus à Roberto Marantano deductis ſuo ſpeculo aureo circa princip. part. 3. principa. num. 9. in qua ſi optima curioſus lector viderit immortali Deo gratias aget ſacris enim ex iuris interpretũ floribus Apis velut argumentoſa dulcia mella decerpſi, ſi verè aliquid incultum, aut ventoſum inueniet, totum id facultati meæ tenui imputet.

SVM-

Digitized by Google

SVMMÆ.

1 *Amoris ardorem, & paterni, & materni inæſtimabilem iudicari oſtenditur.*

2 *Patres plus diligere filios quàm ſeipſos, optimumq; pro eis conſilium capere.*

3 *Amorem parentum erga liberos vehementiſſimum, maioremq; cenſeri quàm mariti in vxorem.*

4 *Deteſtatio aduerſus deplorandos, & ingratiſſimos peccatores, & nume. 5. vbi de beneficientia quæ amorem parere debet.*

6 *Hominum dogma, vel ſapientia eſt, vt Deum cognoſcant, & colant.*

7 *Ingratitudinem miſericordiæ fontes exſiccare, & iure fori & iure poli culpari.*

8 *Membra à capite regulanda, minimeq; decet ab eo diſcedere.*

9 *Argumētum à fortiori deſumi, ſi ineſt de quo minus, ergò de quo magis.*

10 *Dulcius eſſe de aqua fontis, quàm torrentis bibere.*

11 *Oppoſitū in ſuo oppoſito, quod operatur, idem quoq; operari propoſitum in ſuo propoſito.*

12 *Feſtucā obijcere quis minimè valebit, in aliorum oculis, qui trabem in ſuis habet.*

13 *Aduocati, vt pietate digni apud Deū haberi poſſint: pauperum, viduarum, cauſſas gratis facere debent. & vtrùm peccent pecunias accipiendo?*

14 *Pactum quotæ litis aduocatorum reſpectu improbari & an falſi pœna locum habeat.*

15 *Litis, multorum malorum, atq; criminū cauſſam fore.*

16 *Aduocati reuelātes iura clientis aduerſæ parti, quibus punitionibus plectendi veniant? remiſſiuè.*

17 *Aduocationis munus difficile, ſatiſq; periculoſum, doctoreſq; aues imitari.*

18 *Aduocati male patrocinantes ſæpe perdunt linguam cum ad mortem tendunt. Barba. in cap. 1. de iuram. calu. qui refert factui ruſtici ducentis bonos remiſſiuè.*

19 *Aduocatum ſanctum neminem reperiri, niſi Dominum Yuoanglicum aduocatum pauperum.*

20 *Aduocationis munus apud Chriſtum, valdè meritorium quemadmodum Ieſus ipſe exercuit.*

21 *Doctorem magis proficere vniuerſali Eccleſiæ docendo, quàm Curatum miniſtrando, & erudire connumeratur inter operas miſericordiæ.*

22 *Iuris interpres ſi cōſilium fecerit, modico tēpore impenſo, vel labore, abſq; librorum reuolutione, an tantum accipere valeat, quantum accepiſſet ſi laboraſſet?*

23 *Aduocatum habens gratis, an aduerſarius, qui ſuccubuit ad illius aduocati ſalarium aſtringatur?*

24 *Iudicantis propriè eſſe veritatem inquirere, & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid Religio cogat obſeruari, & num 25.*

26 *Iuſtitiam duplicem comperiri, diſtributiuam, atq; commutatiuam.*

27 *Iudicem oportere medicorū veſtigia inſectari, & quo pacto? multa enarrantur non diſſimilia, & num. 28.*

29 *Iudex duos habere debet ſoles, vnū conſcientiæ, alterum verò ſcientiæ, & nu. 30. vbi Dei miniſter eſt.*

31 *Litem execrari laudādam cogitationem eſſe, haud vituperandam.*

32 *Iuſtitiam colere, & obſeruare debet quiſpiā ad hoc, vt verus Iudex eſſe cenſeatur.*

33 *Iuſtitiam amandam fore, ac cum zelo charitatis admīniſtrādam, non cum odio, vel maliuolentia.*

34 *Adoleſcentiæ fragilitati legem nullam, aut diuinam, vel humanam reperiri, quæ illi non miſereatur?*

35 *Dolo bono, vt malitijs, & fraudibus obuietur vtendum aliquando eſſe, & de quadam facti ſpecie.*

36 *Regem inueſtiri per vexillum, inſigniaq; regalia fuiſſe tria Enſem, Coronam, atq; Sceptrum.*

37 *Doctorem inueſtiri per birretum, ex quò birretum dicitur bis rectum quia eum oportet eſſe bis rectum.*

38 *Iudices iniuſtos homines nō appellari, ſed inter animalia bruta connumerandos, & malè iudicantes Deum habent vltorem, & num. 39.*

40 *Iudices minimè timere debent litigantium potentiam, ex pronuntiato Salomonis.*

41 *Iudex recedendo à communibus ſuffragijs, an faciat litem ſuam, atq; ideò aduerſæ parti teneatur ad intereſſe?*

42 *Iudices tamquam bonos, & iuſtos aliquem illegitimè condemnare minimè debere, alioquin diabolos iudicandos.*

43 *Iudex nùm iudicare debeat ſecundum conſcientiam an ne ſecundum allegata? & nu. 44. vbi de iudicum exhortatione.*

45 *Barones non debent in ſuos vaſſallos ſæuire, aliâs malè tractantes priuantur Baronia.*

46 *Pauperes defendere apud Deum magnam eleemoſinam fore.*

47 *Vaſallum, & Dominum à pari procedere, vt inuicem teneantur ſibi vtilia facere.*

48 *Comites, vel Barones an compellere valeant*

Digitized by Google

ſuos vaſallos, vt eant ad illorum molendina? & quid de facultate venandi? remiſſiuè, num. 49.

50 Sacerdotes appellari Deos, Reges, imperatori præferri, quibus omnis reuerētia debetur, ob ſpirituale pabulum, & num. 51.

52 Illiteratos ab ordinibus reijci, deterrimoſq; cenſeri quàm homicidas Canonibus.

53 Epiſcopos curare debere, vt magiſtri, ac Doctores, conſtituantur, qui liberalium artium ſtudia doceant.

54 Altercationes in patria ipſius auctoris, exortæ inter binas Eccleſias, & nume. 55. & num. 59.

56 Regnum duos capere minime poſſe, & in ſeipſum diuiſum deſolari.

57 Cæcutientes duos vnum proſpicientem facere non poſſe, ſed oportet, vt ambo in foueam cadant.

58 Peccata tantò grauiora, quantò diutiùs animam infœlicem alligatam detinent.

60 Vexillum extollere dignitatis eſſe ſignum, & vbi ardentiùs lumen eſt, minus ſilere debet.

61 Regem in domo ſua quemlibet fore, & ob id Ricchardus Rex colaphum, à quodā ruſtico habuit in illius domo.

62 Clerici in materia gabellarum ſolutionis quādo immunes ſint? examinatur.

63 Negotiationem quæ in emendo, vendendo, marcando conſiſtit, inter periculoſa negotia adſcribi.

64 Clericum negotiatorem ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi peſtem reiiciendum.

65 Clericum ementem frumenta, vel vina pro familia ſua, ſeu ex ſui vſus neceſsitate, ad gabellæ ſolutionem non aſtringi, ſi id quod ſuperfluat vendiderit.

66 Negotiatio ſi non datur in Clericis, minimè vendicabit ſibi locum gabellæ ſolutio, & num. 67. vbi datur intelligi quando negotiari dicantur.

68 Demonſtratæ rei fruſtrà, quem demonſtrationem addere.

69 Clericos peccare ſi vinum, & ſimilia vendāt, vltra pretium à Principe ſtatutum.

70 Statutum principis deſignans pretium annonæ, an liget Clericos, remiſſiuè.

71 Clerici non debent ſe implicare negotiis ſæcularibus, ne honores mundanos, ambire, & num. 72.

73 Religioſos, ac Clericos æquitatis cultores eſſe debere.

74 Amore nil vehementius, & quàm plura patiantur amara, infœlices, & deplorandi amantes.

75 Amaſios amorū flammis æſtuantes, amaſiarum minas expaueſcere.

76 Cleopatram omnium quæ in ægipto erant formoſiſſimam.

77 Concubinarium, & maximè vxoratum in teſtem non admitti.

78 Crimine Veneris prepoſteræ abutentes, valdè exacrari, & quàm horrendum, ac ſordidiſſimum, oſtenditur, & num. 79.

80 Sodomiæ flagitio peſtilentias, atq; tempeſtates induci, maiuſq; vitium eſſe, vel peccatū, quàm ſi quiſpiam cognoſceret matrem, & cum fœminis perpetrari, & num. 81.

82 Sodomiam per teſtes de auditu minimè probari, & difficulter per viſum.

83 Adoleſcentes inter ſe pollutionem facientes, qua pœna afficiendos?

84 Iudices extollendos, atq; laudandos, qui delinquentium ætati miſerentur.

85 Clerici ſodomitæ an ſuſpenſi, adeò, vt interim celebrantes irregulares exiſtimentur?

86 Sodomiæ crimen committentes, quibus punitionibus ſubiiciantur & de iure Cæſareo, & iure Pontificio? quatuor tranſcribuntur capita, & num. 87.

88 Ludum multa producere mala, & patrimonij perditionem, atque ad blaſphemandum Deum prouocare luſores.

89 Luſores legibus exoſos valde, malamq; dici vitam eoſ degere.

90 Clericis impermiſſum haud eſſe, ad ſcaccos ludere ex concordi ſententia.

91 Luſorem preſertim in criminalibus, à teſtimonio repelli, & quomodo id procedat? explicatur.

92 Ludo cartularum, vel teſſerarum ſi quis dicat pono ſummam hanc aureorum centum ſi minor ſit, vtrùm victori debeatur?

93 Opinio Iaſonis in l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam, confutatur, & num. 94. vbi concluditur quid tenendum.

95 Vino ingurgitantes, an Dei cultores denominandi? oſtenditur.

96 Argumentum à contrario ſenſu validiſſimum ex Papiniano.

97 Ebrietatem probari ex aſpectu, exemplum affertur de Ionata.

98 Vini vſum apud Romanos mulieribus interdictum, & ex aſpectu equites, crapulæ, vel ebrietati deditos cognouiſſe.

99 Ebrios æquiperari infantibus, ac furioſis qui neſciunt quid loquantur.

100 Vini venditorem, qui ſcit illud tempore certo corrumpi, vel frumentum ſtatim eius pretiū minui, an teneri emptori?

101 Auari naturā eſſe, vt magis doleat ex amiſſione iam partorum quàm acquirendorom, & liben

Digitized by Google

& libentiùs intuitur aurum, quàm ſolem, & num. 102.

103 *Auaritia cupiditatem malorum omnium radicem fore.*

104 *Auari minimè erant in regia Dauid, neq; ſuperbia tumentes.*

105 *Vaſallos diuites Principis neruos eſſe, ex pulchrè adnotatis à Tyber. Deciano.*

106 *Hominum naturā colendi Dei gratia, vt illi ſeruiat, eumq; contemplet.*

107 *Pauperes adiuuare, & in neceſſitate poſitis ſubminiſtrare, verum Chriſtianorū cultum.*

RACEMATIO 40.

PLanxit amarè Citharœdus ille, & potentiſſimus Rex Dauid Abſalonem filium ſuum tribus diebus, ac tribus noctibus, quamuis inimici eſſent ad inuicem, conſiculo meo ad hoc teſte Andr. Barbat. inter conſilia Alex. 52. poſt nume. 36. lib. 4. quod, & Aymo. Sauilia. minimè latuit conſ primo ſub num. 2. lib. 1. Venuſtiùs conſ. 521. poſt num. 1. lib. 3. audita etenim
1 illius morte † exclamabat fili mi Abſalon, Abſalon, fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te? quemadmodū ſcripſit poſt alios recẽtiores Tybe. Decia ſuo locupleti tracta. crimina, cap. 13. lib. 3. tom. 1. vbi cętera cōſentanea, ac inſignia ad rem hanc ſpectantia coaceruat num 6. & inferius. ratio vrgentiſſima qua permoti fuêre noſtri prudentes ea fuit quòd nullus amor vincat paternum amoriſq; ardorem, & paterni, & materni ineſtimabilẽ iudicari ad tradita per Philip. Dec. conſ. ſuo 611. num. 8. atq; Socc. iunio. conſ. 59. num. 4. num. 6. vbi ſubdit num 7. lib. 3. Rutiliam mulierẽ filium ſuum in exilium ſecutam numquam in patriam antè filium redire voluiſſe maluit, profectò ob ingentem affectionem exilium pati quàm deſiderium, vt
2 ibi per eum † & patres plus diligere filios quàm ſe ipſos, paternumq; munus fuerit optimum pro ipſis conſilium capere plus quàm manifeſtum eſt ex Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 25. num. 7. & inferius lib. 4. eſt enim vulgatum affectionem paternam omnes ſuperare, & quamuis vxorius amor cęteros antecellet, non tamen paternum vincit, ſed ab eo vincitur, vt ſcribebat Iacob. Menoch. conſ. 768. num. 13. lib. 8. & conſ. 994. num. 6. lib. 10. parentumque commune votum eſt filijs benefacere illoſq; theſaurizare. idem cōſ. 614. num. 3. lib. 7. concinatus eſt Aymo. Sauilia. conſ. 363. num. 13. & conſ 461. num. 28. lib.
3 3. vbi † amorem parentum ergà liberos vehementiſſimum denominat. docuit Tybe. Decia. conſ. primo, num. 94. lib. 4. & conſil. 81. num. 43. lib. 5. quo loc. poſt alios demonſtrat tametſi mariti amor in vxorẽ ſummus reputetur iuxta illud relinquet homo patrẽ, & matrem & adhærebit vxori ſuæ atq; erunt duo in carne vna. attamen hic tantus amor in vxorem cædit amori patris in filios idem conſi. 117. num. 49. lib. 3. & de amore paterno qualis ſit Tyber. idem conſ. 49. num. 14. & conſi. 54. nume. 4. lib 1. cum alijs ſimilibus, & concordantibus. ab Aymo. Sauilia. conſi. ſuo 763. num. 7. lib. 5. Card. Zabarel. conſi. 137. num. 2. & Paulo poſt. Vi-
4 diſtis ne † obſecro viri amantiſſimi, quis nā foret dulciſsimus iſte pater? Deus Optimus Maximus eſt, ipſiſsimus generationis humanæ redemptor eſt, qui præ nimio amore aperuit ſibi latus, vt nobis, & deplorandis mortalibus cor ſuum tribuat. hic verus pater eſt, per quem ſumus à quo animamur, à quo illuminamur qui nobis vitam, ſalutemq; tribuit, victum multiplicem ſubminiſtrando, hic parens indulgentiſsimus qui pęnitentibus peccata remiſſurum promictit, omneſq; obliturum iniquitates, & tamen nos ingratiſsimi peccatores illius ſuperantiſsimam offendimus maieſtatem, cui infinitum debemus, & facie, & genibus proſtratis, manibuſque flexis. at tamquam adamantina pectora ſubſtinentes, ac excordes horrendis quotidie pec
5 catis inuoluimur, & † nos habemus quòd amor, amorem parit. & beneficientiæ beneficientia, atq; amorem ex adnotatis à Tybe. Decia. conſ. ſuo 74. num. 26. lib 4. ſed terreſtria Deus ipſe creauit pro ſua bonitate ob hominem iux. illud pronuntiatum, minuiſti eum paulominus ab Angelis gloria, & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarū; Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius, oues, & boues, vniuerſa, inſuper, & pecora campi, volucres cęli, & piſces maris, eumque creauit ad ſui imaginem, vt tandem Paradiſo, & Deo huius mundi opifice, frueretur, quemadmodum vberius declarat Albert. Bru. tract. de form. & ſollemnita. ſub articulo illo de cauſsis formæ, & ſollemnita. poſt initium fol. mihi 15. cur igitur
6 Deum non colimus? cum † omnis hominum ſapientia in hoc vno ſit, vt Deum cognoſcat, atq; colat? ſitq; noſtrum hoc dogma? vt pręceptis cęleſtibus obtemperemus, tunc hercle Dei veri cultores nuncupabimur per ea quæ admonet Tyber. Decia. tracta. crimin. cap. 3. poſt num. 1. lib. 3. tom. 1. dum examinat, an, & quando Chriſtianis accuſare

Digitized by Google

liceat, vt ibidem per eum plura diſceptantē, cap. 4. quorum ſacrificia ſunt animi manſuetudo, vitaq; innocens, & boni actus, an non mortales? an non aſsiduè fatiſcentes? an nō peccatores? an non mille caſibus expoſitos? an non incertæ morti obnoxios? an non deniq; nos infęlices meminimus? an ne omnia noſtra tribus temporibus continentur? incipimus namq; cum naſcimur, & ſumus cum viuimus, & deſinimus cum ab hac luce ſubtrahimur. quo fit, vt voluerint poætæ trinas eſſe parcas, vnam nempè quæ vitam hominibus ipſis ordinet, alteram quæ contexat,
7 tertiam verò quæ rumpat, ac finat. † eo accedat, ingratitudinem exſiccare fontes miſericordiæ, & iure poli, & iure fori culpari, Cæſar vrſillus in additamentis ad Matthæū Aſflic. Neapolitana deciſ. 307. nu. 9. Roland. Vallenſ. conſil. ſuo 1. num. 98. lib. 3. eiuſq; vitium maximum eſſe, teſtatus eſt Tybe. Decia. conſ. 3. nu. 261. lib. 4. obediamus itaq; Saluatori noſtro, & illi adhæreamus tamquā ædera ſuis arboribus, vt ſuo ſanguine mentes noſtras inebriemus. & non equidem vanitatibus mundanis ad hoc Roland. Vallenſ. conſil. 73. nu. 19. lib. 3. & non immeritò quandoquidem nos omnes fideles, vt mēbra Chriſto capiti congiungimur, iuxta illud Pauli, ac Pſalmiſtæ multi vnum corpus in Chriſto ſumus. particeps ego ſum omnium timentium te, quemadmodum poſt cęteros concomitantes, & pulchriùs, & copioſiùs explicauit Hyſpanus ille Didac. Couar. in initio cap. alma mater de ſentet. excommunica. nu. 2. cum
8 ſimilibus† atqui minimè decet membra à capite diſcedere ad tradita per Alexa. conſil. 114. lib. 4. Socc. Iunio. conſ. 11. num. 5. lib. 1. & poſt eos Tybe. Decia. conſ. ſuo 32. nu. 28. lib. 2. & à capite regulanda ſunt Iacob. Menoch. conſi. 257. num. 50. lib. 3. ſcribit Aymo. Sauilia. conſi. 499. num. 8. lib. 3. & conſ. 963. nu. 17. lib. 5. attento etiam quòd vnumquodque facilè reuertitur ad naturam ſuam ex Paulo in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, ff. de pact. cum concordantibus traditis à Domino Octauio Glorizio in coment. cap. ſuper literis ſub nume. 196. verſ. & facit de reſcrip. & in habentibus ſymbolum, vel ſimilitudinem facilior eſt tranſitus. vt poſt citatos aſſerit Franc. Manti. tracta. de coniect. vltima. volont. tit. 16. num. 14. lib. 5. Aym. idem conſ. 980. num. 8. lib. 5. Tyber. conſ. 63. ſub num. 6. idem conſ. 47. num. 66. lib. 2. Aym. conſ. 459. num. 20. lib. 3. Pet. Surdus deciſ. 9. num. 11. Roland. Vallenſ. conſil. 76. nume. 19. lib. 3. reuertendum igitur erit ad omnipotentem Deum illiq; inſeruien-
9 dum † facit in ſimili id quod docuit Roland. Vallenſ. conſi. 12. num. 24. lib. 3. vbi ſuperioris mandato quamquàm duro obtemperandum eſt, & ad ſtipulatur And. Gail. cap. 5. nu. 14. lib. 2. de pac. publ. vbi ait, & ſatis maieſtatē ſummā delictum, eſſe contēnere, & quātò magis dulciſsimo, atq; piiſsimo Ieſu Saluatori nr̄o argumēto à fortiori deſūpta ex And. Alciat. conſ. 14. nu. 2. lib. 4. Iacob. Menoc. cōſ. 534. n. 11. lib. 6. idē Iacob. adnotat conſ. 36. n. 37. lib. 1. vbi ſi ineſt de quo minus, ergò de quo magis, & ab alijs paſsim Roland. Vallenſ. conſ. 73. nu. 19. lib. 3. vbi quod Deo magis obediēdū eſt, quā cuilibet homini, & veſtigia Gregorij Pap. adorādo, reminiſcamur maiorū, quę fecimus, mittamus ad radicē cordis cophinū ſtercoris, vt tpē ſuo pinguęſcat, & iniuſta, quę fecimus fletibus, & lamento præuiamus. quis obſecro non ſitiat? quis non appetat? quis tàm languens? quis tàm inſani capitis, cerebriq; morbo laborās?
10 vt cum Chriſto horatim † non alloquatur? atq; ad eum omni conatu non accedat? vt ſic dulciùs bibere valeat, tamquàm præſens de aqua fontis nectare multò connexi, quā torrentis? cum ſit veritas ipſa, & minimè fallat, nec fallatur? ad hoc Roland. Vallenſ. conſ. 1. num. 44. lib. 1. & conſi. 45. num. 12. lib. 3. ſed quis eſt hic, & laudabimus eum, quippè deuenimus ad huiuſmodi temporum fęcem, vt quàm plurimi ferè mortales comperiantur moderna quædam deorum infandorum veſtigia ſectantes, vt difficulter Ieſus ſolus ſuper omnia amaretur, ac intelligatur quid ſit amare Ieſum, & contemnere ſeipſum ob Ieſum, & pluſquam manifeſtum eſt, eum qui ſine Ieſu viuit pauperrimum eſſe, quemadmodum eſt contrà qui benè eſt cum Ieſu
11 ditiſsimus eſt. ex illius iuris effatu, † vt illud quod operatur propoſitum in ſuo propoſito idem operetur oppoſitum in ſuo oppoſito Papinianus in l. cum pater, §. dulciſsimis, de legat. 2. vbi ſi communio diſcordiam parit, igitur diuiſio communioni aduerſa operatur pacem, atq; concordiam. & cauſſa ſicut ſe habet ad effectū in ꝓductione ita cauſſę priuatio ad deſtructionem ex adnotatis poſt cęteros concomitantes à Tyber. Decia. conſi. 129. num. 38. & inferius lib. 3. & conſi. 34. num. 34. idem conſ. 10. ſub num. 13. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 728. nu. 9. lib. 8. Roland. Vallenſ. conſi. 14. nume. 11. lib. 3. & vt exordinamur à nobis ipſis videamus primùm nùm doctores præceptum eiuſmodi cuſtodiant? ne in illud irruamus pronunciatū

nihil

Digitized by Google

nihil obijcere debet Catilina Cethego, de quo immemor nõ fuit Imperator Alexãder, in l. in arenã, C. de inofficio. teſta. & per illũ tex. Philip. Dec. conſil. 131. poſt num. 21.
12 ex quò obijcere † in alterius oculis feſtucam quis minimè valet, qui trabem in ſuis habet. Tyber. Decia. pulchrè conſ. ſuo 40. nu. 27. idem conſ. 3. num. 93. nume. 97. lib. 1. doctores igitur nil aliud excogitant, cum ſupportatione bonorũ, nil ferè penſant, niſi pauperrimos clientes denudare, pacifcuntur enim cum cliente, vt ſi victoriam conſequeretur ex illo proceſſu, vel controuerſia, tot aureos pro honorario, aut palmario, vel ſalario, ſi verò vincatur, longè minus quòd nemipè ab horret licitare bonam, vel malam fortunam. quinimò iuris prudentiæ nomine indigni cenſendi ſunt tales hi, qui more quodã tyrannico ingentia extorquere conati ſunt ſalaria à deplorandis pauperibus, & maiora forſitan quam cauſſarum ſit valor. vlteriùs ſi pupillos, viduas, & haud diſsimilia his, proſpiciunt in defenſos, & à cũctis penè, vt abie-
13 ctos † deriſos, ſordidos, atq; lagueſcẽtes eneruari, & contingat pro illis parumper poſtulare, & ſiccis alloquantur manibus, ſuas expónendo cauſſas, ipſi obmuteſcunt terga vertando, auolant quaſi veſpæ dimiſſo aculeo. quod non eſt ferendum, namq; ad hoc, vt digni pietate apud Deum haberi poſsint aduocati gratis id faciãt, quemadmodum de medicis ipſis fertur, Roland. conſ. 87. num. 38. lib. 2. idem conſi. 49. lib. iſto, multa cumulauit And. Gail. obſerua. 43. num. 13. num. 14. nume. 18. lib. 1. practica. obſerua. at ſi facultates non nullæ eorum ſint, & piè, & modeſtè cum illis agere debere. quandoquidem ſcriptum eſt apud Gregoriũ, qui renuit pauperi gratis patrocinari, ſaluari non poteſt, quia abſcondit talentũ domini. & alibi pauperibus porrige manum tuam, & eſto pupillis miſericors, vndè in foro conſcientiæ, vt ſummatim dicam, peccãt qui à pauperibus, alijſq; locis pijs pecuniam accipiunt, prout de his omnibus patent additus venuſtiſsimæ Apologiæ, Tyber. decia. cap. vltimo, num. 159. & num. 161. & ſenſit Roland. Vallenſ. conſ. 87. num. 25. nu. 28. lib. 2. † & de pa-
14 cto quotæ litis idem ſapienter explicat conſ. 36. num. 22. & paulò inferius lib. 3. vbi inquit aduocatum ſi pactus ſit cum cliente de quota litis aduocationis munere priuari debere, ac falſi pęna teneri conducit Cæſar Vrſillus in additamentis ad Matthæũ aſflic. Neapolitana deciſ. 123. nu. 6. vbi ſubiungit bis temporibus ſuis in Sacro Concilio pacta huiuſcemodi, vel immenſa ſalaria tametſi iureiurando vallata nullius eſſe momenti, vt ibi per eum, & videndus eſt Franc. Becius conſ. ſuo 49. quamuis palmarij gratia valeat pactum, ita And. Gail. ſuperius excurſus obſeru. 44. & an ab initio litis debeatur ſalariũ declarat Ioac. Myn. obſerua. 7. cent. 3. ſingul. obſerua. præterea ſunt, & alij aduocati, qui cum recognoſcerẽt clientes ſuos malam fouere cauſſam, cõſulunt lites inferri ad hoc, vt ob moleſtiã, & oppreſsionem cõtrouerſię pars reduci valeat ad concordiam, ò mores barbaros, ò peſtiferam cogitationem, ò verſutiam doloſam, non nè malefaciunt? non nè tenentur in foro conſcientiæ? & iam omnia iura vltra Chriſtum Dominum noſtrum, verumq; Redemptorem, & veram veritatem, cuius maior auctoritas adduci non poteſt, pa-
15 cem conſulunt † nos verò infęlices ob diſcordias atq; iniquitates, & meum, & tuum, & ſuum, à veritate alieni ſumus, atq; ad lites procliues valdè, quæ nempè ſunt criminum, multorumq; malorũ cauſſa, vt admonet Roland. Vallenſ. conſ. 38. num. 30. lib. 2. vel nobis, quia omne malum ex hoc nobis obuenit quemadmodum poſt alios obiurgat Cęſar Vrſillus loco proximè citato, annotatio. 149. num. 13. nu. 16. ò bone Ieſu ſæpe ſæpius legimus aduocatos æquidem iurare debere ſe cum bona coſcientia defendere, ac conſulentes conſcientiam integram ſeruare oportere. vt cauit, Tybe. Decia. Apologia ſua cap. 15.
16 num. 14. & cap. 19. nu. 22. & quod † peius reuelant iura clientis parti aduerſę quo fit, vt dubio procul plectendi veniant pœnis illis à Roland. Vallenſ. deductis conſ. ſuo 36. nu. 23. lib. 3. aduocatus namq; & Sacerdos confeſsionem audiens æquiparantur Tybe. Decia. conſi. 92. num. 121. lib. 2. vbi locupletiora tangit. cum concordantibus. illud applicandum eſt, aduocatorum nequitias commentariorum pelago nutriti, vt dum quiſq; iuris interpretum ex ingenio nouare pergit, anſam ſæpe numero iuris præmendi aduocatis præſtat. qui fora venenant, quietem turbant, rempublicã euertere contendunt. atq; ideo Redemptori noſtro, & hominibus exoſi
17 cenſentur. & † in ſumma aduocationis munus elumbe, difficile, ſatiſq; periculoſum. Roland. Vallenſ. conſ. 36. num. 14. nu 15. vbi ſuprà, & plurimq; non perſcrutantur rationes, ſed imitantur aues. quæ quando vna volat omnes aliæ ſequuntur. ex Philipi Dec. conſ. ſuo 499. num. 12. Roland. idem conſ. 100. num. 50. lib. 2. & Bartolus legiſtarum dux, iuriſque lucerna cruciatur in inferno ſit 18

And.

Digitized by Google

And. Alciat. credimus conſil. 6. poſt nume. 19. lib. 7. cum ſimilibus ab eodem Met. Roland. conſil. ſuo 88. ad finem lib. 2. Dynum quoque apparuiſſe cuidam ſancto aſſerens ſe damnatum fore in inferno ex eo quia conſuluerat quaſdam fraudulẽtes cautelas, vt poſt alios ſcribit Tyber. Decia. conſi. ſuo 39. nu. 37. lib. 5. peccant namq; talia conſulentes, vt ſignificantius tradit Nicol. Boerius conſi. 39. num. 7. & ob id pectoribus noſtris figendum eſſe putaui, id quod, & And. Barbat. conſiculus commemorauit cap. 1. poſt num. 18. de iurament. calum. quòd aduocati, de malis loquor, nō probis, & integræ vitæ, atq; procuratores pro maiori parte perdunt linguam, cum ad mortem tendunt, ſubdit ipſe And. poſtmodum, num. 20. audiuiſſe à fide dignis ſanctimoniæ magnæ virum, & percelebrem Doctorem Fratrem Ioannem de Capiſtrana ordinis Sacri Diui Franciſci ſæculo renunciaſſe, in quo per prius patroni officiũ exercebat propter factum cuiuſdam ruſtici

19 ducentis boues, vt ibi per eum. † atq; And. idem vehementer admiratur num. 21. quòd cùm legerit ſanctuarium, & multa hominum genera ſanctificata fuerint nullum aduocatũ legit ipſe ſanctum niſi Dominum Yuoanglicum, aduocatum pauperum, vt ibi diffuſiùs per eum. ideoq; tales inueniri quàm pauciſſimos opinor, vt ſaluentur, & penè albis eſſe coruis rariores. non tamen eo inficias, aduocationis officium laudabile eſſe, vitæq; humanæ neceſſarium. & aduocatos requiri ad patriæ, ac ſingulorum ſalutem, quemadmodum armatæ militiæ milites, eoſq; legibus viuentes prout debent optimam facere vitam in tantùm

20 † vt huiuſcemodi aduocationis munus apud Deum meritorium exiſtimetur, ſicut in hoc mundo id Chriſtus exercuit, & denſiſsimè exercet in Cęlo intercedendo pro nobis apud Patrem Æternũ. vt enucleatiùs. & curioſius memoriæ prodidit Roland. Vallenſ. conſ. 36. nume. 1. & inferius lib. 3. vbi alios citat, & in ſpecie exhortatur quæ plantari, & ædificari debeant in aduocatorum mentibus, num. 17. quæ non tranſcripſi quia liber eſt impreſſus, & ne citiùs papyrũ denigrare videar eo in loco candidum conijcimus lectorem And. Gail. obſerua. 43. nu. 4. practica. obſeru. lib. 1. & aduocatus dicitur defenſor idem obſerua. 54. & ipſe perlegi Tyber. Decia. conſ. 61. num. 7. lib. 5. vbi

21 tradit † Doctorem magis proficere vniuerſali Eccleſiæ docendo quàm Curatum miniſtrando, ac plures eſſe Doctores, & maximè Pontificis iuris in Ciuitatibus Reſpublicę intereſſe, & alibi admonuit conſi. 14. num. 18. lib. 1. docere, & erudire inter operas miſericordiæ connumerari, etenim ſi piũ eſt eſurienti cibum, ſitienti potum præſtare multò magis pium erit curare, vt inſipientium animus potu, ciboque, & ſapientiæ, ac doctrinę ſaturetur, ex illo pronuntiato, qui miſericordiam habet, docet, & erudit, quia doctrina implebuntur cellaria vniuerſa ſubſtãtia pretioſa, ac pulcherrima, vt ibi per eũ, qui concomitantes expendit, illud applicandum eſt Doctorem morigeratum eſſe debere Cæſar. Vrſillus in additament. ad Matthæ. deciſ. 141. nu. 10. & ait aduocati munus honorabile publicum ex Ioac. Mynſ. obſeru. 32. cent. 4. ſingu. obſeru. ſed

22 † obiter quæro, an Doctor ſi conſilium fecerit modico tunc labore impenſo abſq; librorum reuolutione, ex quò promptas habebat deciſiones, quæ cauſſam illam expreſſe terminabant, pro illius modi voto tantum recipere valeat quantum accepiſſet ſi forte anxie laboraſſet? & non eundo per ambages communis opinio eſt vt ratione præteriti laboris iuſtè poſsit honorarium, vel plamarium accipere; vt poſt multos aſſerit Tyber. Decia. apologia ſua, cap. vltimo, nume. 168. cum concordantibus. & quid ſi fuiſti aduocatus in cauſſa propria, & obtinuiſti atq; ideo condemnatus tibi fuit aduerſarius in expenſis an teneatur ſalarium tui patrocinij reſarcire? & profectò Tybe. Decia. conſ. ſuo 9. num. 32. lib. 1. tenuit quòd non ex Bart. ſententia

23 † quinimò ſubiungit ipſe poſt Baldum, vt ſi habuiſti aduocatum gratis, aduerſarium qui ſuccubuit minimè teneri ad ſalarium aduocati præſtandum qui gratis ſoluit operas illas, & an aduocat. iuſtã fouens cauſſam defendere poſsit fraude, & cauillationibus ſi aliter non queat? Tyb. idem ſcribit tracta. crimina. cap. 5. num. 18. lib. 1. qui tenuit affirmatiuè tom. 1. & vt noſtrũ ſermonem claudamus oculos nos peruigiles edepol habeamus & vnum colamus Deum, & non alienos Deus hoc eſt, dignitates, ambitiones, offitia, non ſatagentes gloriam mundanam, non vt optimates, ex quò inflamur. non lites, non iuriſdictiones empticeas, non pecuniarum ardorem, vt ingluuiem tam improbam ſatiemus ſed Glorioſum Chriſti capud, ſuauiſsimamq; Paradiſi ædem.

24 Porrò hunc, & ipſum † ſtudioſum eſſe opinor veritatis indagandæ cauſſa an idem euenire dicatur cordatis iudicibus, ingenioque pollentibus? & nempè illud teſtatiſsimũ eſt, iudicantem cuncta rimari Iacob. Menoch. conſil. 36. lib. 1. D. Octauius Gloritius qui iſtud

iſtud intelligit in iudice vtriuſq; fori in com.
cap. ſuper literis in glo. in verbo ſimplicita-
tem ſub nu. 242. verſ. prætereà de reſcrip.
atq; ipſius propriè eſſe veritatem inquirere
ex adnotatis à ſcribentibus cap.quoniā con-
tra de probatio. & in ſpecie And. Barbat.eo
loci nu. 10. quibus benè conueniunt ea, quæ
congerit idem Gloritius in dic. cap. ſuper li
teris in pr. not. num. 33. vbi aliqua ponit de
iudice qui tenetꝰ veritatem inquirere,& ope-
repretium erit adhibita cutrinā, & acri iudi-
cio vtriuſque ſententiæ verba in cauſsis ad-
uocatorum diſcutiendis ſuſpendere. eoſce
vel concordes vnanimeſq; reddere, aut ma-
nis vni,vel alteri adhærere,iuxta caſuum oc-
currentia, & iudex rectus legibus vtens pro
ut debet optimam partem eligit, probamq;
vitam facit, ex Roland. Vallenſ.conſ.ſuo 36.
nume. 3. lib. 3. atq; in ipſius præcordijs im-
primendum eſt, non tantùm animaduerte-
re poteſtatem ſibi datam, verùm etiā fidem
25 habitam † & ſemper non quid velit ipſe, ſed
quid lex,& Religio cogat. ſæpe etenim iudi
ces, loquor de improbis, non probis, ob inui
diam adimunt diuiti, aut propter miſeriam,
vel miſericordiam, addunt pauperi, munus
deniq; magnum eſt ipſius iuſtitiæ pupillos,
& viduas, deſtitutos, auxilioq; indigentes,
tueri, & primùm iuſtitiæ munus eſt, coniun-
gi cum Deo, ſecundum cum homine quam-
uis primum illud, Religio dicatur, hoc verò
miſericordia, & humanitas nominetur, quæ
quidem virtus propria eſt iuſtorum, ac Dei
cultorum, atquì illud præterfluere non ſinam,
26 ſaltem † pro iunioribus ipſis profectò iuſtitiā
comperiri, & commutatiuam, & diſtributi-
uam, diſtributiua ea eſt,quādo agitur de bo-
nis communibus diſtribuendis communita-
tis alicuius inter illos, qui eiuſdemmet ſunt
communitatis. at commutatiua de bonis pri
uatis tractat vnicuique cuius ea propria ſunt
dandis. & ob id ad hoc tendit, vt vnuſquiſq;
à priuatis, ac particularibus conſequatur qđ
ſuum eſt.quemadmodum prænotauit Didac.
Couar. ſub cap. malefidei poſſeſſor,de regu.
iur. lib. 6. §. 7. incipit decimotertio quæri-
27 tur, fol. 525. cum concordantibus. Rurſus †
iudicem oportet Medicorū veſtigia inſecta-
ri, quia ſicut Medici infirmitatē cognoſcūt,
pari formiter, & Iudex, ad hoc adducuntur
tria exempla, quorum potiſsimum eſt, nam
Medici cognoſcunt morbum per vrinam, ſic
quoq; Iudex ad dubiæ rei cognitionem venit
per probationem ab argumentis deſumptā.
ſecundum exemplum eſt, Medico cognoſce-
re infirmitatem per pulſus tacturam, & cer-
tò certius eſſe videtur, pulſum infirmitatis
præconem minimè fallacem. pari paſſu, &
Iudicem ipſum agentium intentionem per
28 teſtes cognoſcere. † poſtremum enarratur
quod Medici cognoſcunt infirmitates, à re-
motis quippè petunt ab ægrotis quid come-
derant. quidem in eorum ingluuiem immiſe
rint, ex quo infirmitas ea obtigerit. ſic, &
Iudex ex argumentis, & ſimilibus probatio-
nibus percipit probationes à remotis, & ita
in ſpecie poſt alios ſcribebat And. Barbat.ad
rub. de probatio. decretal. lib.5. ſub nu.24.
alia locupletiùs habes per Tyb. Decia. con.
ſuo 52. num. 15. lib. 2. documenta ſimilia,
& tamen videmus paſsim in Italia conſtitui
illiteratos Iudices,vt commemorauit Iacob.
Menoch. conſ. 100. nume. 257. lib. 1. & ob
id iudicandi munus non cuilibet conceden-
dum. idem in ſimili tradebat, conſ. 805. nu.
66. lib. 9. non enim ex omni ligno, vt dici-
29 tur, Mercurius fit, ideoque refertiſsimus †
And. conſiculus meus non immerito admo-
net in Iudice duos adeſſe debere ſoles, vnum
ſciētiæ ſolem, alias eſſet inſipida, alterum ve-
rò conſcientiæ, alioquin diabolica eſſe puta-
tur. Iudex namq; doctus,& conſciētiæ malæ
eſt diabolus in terris. at Iudex bonæ conſciē
tiæ ac imprudens eſt beſtia quædam inſipida
hæc ille cap. quoniam. §. in alijs poſt nume.
2. vt lite non conteſta. & alibi Roland. Val-
lenſ. conſ. ſuo 12. nu. 5. lib. 3. cauit ferè idē
nempè Iudicem habere debere dupplicē ſa-
lem ſcientiæ, & conſcientiæ, quandoquidem
abſq; ſcientia foret inſipidus, & abſque con-
ſcientia diabolicus, vt ibi per eum. quæ in
30 idem reincidunt † eo accedat Dei miniſtrū
iudicem eſſe, & apud Deum de negligentia
teneri, & valdè peccare, qui non inquirit,&
ſequitur veritatem, ſed vadit per ambages
ex Tyber. Decia. conſ. ſuo 47. num. 23. nu.
26. lib. 1. Roland. Vallenſ. conſ.47. num.9.
nu. 10. lib. 3. & ne partes multis laboribus,
& expenſis fatigarentur curare debere, vt fi-
nis litibus imponatur. eſtque hoc præcipuū
integerrimi prætoris munus. ex longis ete-
nim litibus rixæ oriuntur, atque ſcandala, &
per lites ad ægeſtatem deducuntur litigan-
tes. iudicis igitur pijſsimi eſt litium fomen-
ta tollere, quemadmodum ex iuris prudentū
auctoritate admonet, Tyber. Decia. conſil.
32. nu. 78. & paulò inferius lib. 3. & earum
euentus dubius eſt, fortunæque iudicium di-
citur. Iacob. Menoch. conſi. 479. num. 19.
31 lib. 5. & † ob id rectè conſulit Roland. Val-
lenſ. conſ. ſuo 38. num. 30. nume. 31. lib. 2.
litem execrari verecundam, & laudandam
minimè

Digitized by Google

minimè vituperandam cogitationẽ fore fre-
quenterq; criminum, & cauſſa multorũ ma-
lorum ſunt controuerſiæ ipſæ. Tybe. Decia.
non indoctè memoriæ prodidit conſi. 6. nu.
72. lib. 1. vnde æquitatis eſt, vt litibus finis
imponatur, vt inquit Gloritius vbi ſup. in
glo. niſi forſam nu. 327. inſuper præcogno-
ſcendum eſt, quòd Iudex rectus in iudicando
habere debet Deum Omnipotentem à dex-
tris, vt Hyppo. Marſil. inquit, conſ. 46. ad
finem, & poſt eum Roland. Vallenſ. conſil.
31. num. 23. lib. 1. atq; veritatem præ ocu-
lis habere, & illam amplecti idem conſ. 13.
num. 24. lib. 4. & in dubijs partem ſecurio-
rem eligere, quia fugit Syndicatorum retia.
32 Roland. idem conſ. 31. num. 22. lib. 1. & †
iuſtitiam colere, & obſeruare ad hoc, vt ve-
rus Iudex eſſe dicatur, ex adnotatis ab eodẽ
conſ. ſuo 12. in initio lib. 3. Card. Zab. con-
ſil. 27. & iuſtitia virtus præclariſsima eſt, &
in ſe virtutes omnes continent, atq; perfecta
maximè, quia perfectę virtutis eſt vſus, & nõ
pars virtutis, ſed tota virtus eſt, vt poſt Ari-
ſtotilem vberiùs tradit Iacob. Menoh. conſ.
389. lib. 4. eſtque architectonica virtus ex
Roland. conſil. ſuo 71. ad finem lib. 3. cum
concomitantibus alijs. propriumque Iudicis
eſt, in criminalibus clementia ipſa tamet ſi
namq; iuſtitia adminiſtranda veniat, id ſem-
per faciendum cum miſericordiæ tempera-
mento. ex Tyber. Decia. conſ. 72. num. 37.
33 lib. 3. & † quòd iuſtitia ſit amanda, atq; co-
lenda, ac denique adminiſtranda cum zelo
charitatis, & non cum odio, vel maliuolen-
tia ſapienter voluit Roland. Vallenſ. conſil.
66. num. 52. lib. 1. & quamuis Iudex dolum
impunitum relinquens, crudelis, & non pius
iudicetur, ex Tyber. Decia. conſ. 10. nume.
15. lib. 1. nihilominus potiùs curet, vt re-
prehendatur ob miſericordiam quàm ob ſæ-
ueritatem, ad tradita per eundem Tyb. con-
ſil. 24. nu. 20. lib. 3. hinc eſt quòd laudan-
di, & extollendi ſunt iudices qui ætati delin-
34 quentium miſerentur, nulla profectò lex, †
aut diuina, aut humana comperta eſt, quæ
adoleſcentiæ fragilitati non miſereatur Ro-
land. Vallenſ. conſ. 77. per totum lib. 3. vbi
de homicidio à minore commiſſo, & non abs
re, apud Pſalmiſtam legitur, delicta iuuen-
tutis meæ, & ignorantias meas ne memine-
ris. quæ pronuntiata enarrauit Tyber. De-
cia. tract. crimino. cap. 2. nu. 3. lib. 1. tom.
ad huc pr & Iob. exclamabat conſumere me
vis peccatis adoleſcentiæ meæ, ſutiliſsimè ſcri
bit Tyber. idem conſ. ſuo 16. lib. 3. vbi mul-
ta pulchra, minimèq; eſſe debent crudelio-
res lege Roland. conſ. 45. nu. 77. lib. 1. illud
applicãdum eſt, eos iure meritò vti poſſe ali
quando inter cætera bono dolo, & malitijs li
tigantium obuiare, præſertim hodiernis his
35 temporibus, † vt in ſimili animaduerſum re-
liquerat Matthæus Afflic. capit. 1. §. publi-
ci latrones poſt nume. 15. de pac. tenen. &
eius violato. lib. 3. fæudo. quo loci aſſerit, pa
trem, & filiũ accuſatos fuiſſe de homicidio,
probatum q; fuerat vnum eorum mortaliter
percuſsiſſe nec valuiſſe per tormenta conſta
re, quis nã letaliter percuſſerat, Carolus Rex
finxit mandando, & patrem, & filium ſuſpen
di debere, qui quidem cum in furcarum pe-
de fuiſſent, & ſuſpendi credentes, pater dixit
modo non eſt remedium quòd nos furcã eua
dere poſsimus. or, ſatiùs eſt me mori, quàm
ipſe, & filius meus, & idcirco confeſſus fuit ſe
percuſsiſſe, & occidiſſe ſuſpẽſus fuit itaq; pa-
ter dũtaxat, filio à furca ipſa liberato, & ſic
fuit dolus bonus in Rege Carolo, & vidẽdus
eſt Tyb. Decia. crimina. tract. vbi ſup. cap.
36 5. nu 19. & cap. 15. nu. 5. lib. 2. to. 1. † & qđ
Iudices eſſe debeant plus quàm recti compro
batur tali medio, iudicio meo exploratiſsi-
mum eſt Regem inueſtiri per vexillũ, & inſi-
gnia regalia fore tria, Enſem, Coronam, &
Sceptrum, Enſis denotat malorum vindictã,
Corona dictat pleraſq; virtutes, & abſq; ea
Rex minimè ſeppellitur, Sceptrum verò Iu-
ſtitiam ſignificare, atqui doctor per birretũ
inueſtitur, quod ſignum eſt honoris, ac digni
37 tatis, & hoc nõ ſine miniſterio quia † ex quò
birretum dicitur bis rectum, hac de re, opor-
tet Doctorem eſſe bis rectum, qui alios exce
dere debet, prout & decentiùs, & copioſiùs,
docet Matthæus Afflic. cap. 1. num. 32. nu.
34. & nu. 40. quid ſit inueſtitura lib. 2. feudo.
cum ſimilibus. or, ſi de doctore ipſo pari me-
lodia, pariq; ſtudio imo fortiùs in Iudicibus
ipſis, qui conformare ſe debent cum iudicio
Dei, teſte ad hoc optimo Roland. Vallenſ. cõ
ſil. 19. num. 17. lib. 2. & numquam ex capi-
te ſuo aliquem condemnare debent, qui de-
fenſionem habeat vel ciuilis iuris, municipa-
liſuè ex eodem Roland. conſ. 94. num. 9. lib.
38 3. expauefcant † itaq; iudices ne iuſtitia quę
vna omnium virtus eſt domina, Reginaq; vir
tutum funditus tollatur, ex quò non ſolum
apud homines, verum etiam aduerſus Deum
immortalem impij iudicandi ſunt, non præ-
ſentibus inſeruiant, & abſentes deſerant, her
clè iudices iniuſti homines appellari non poſ
ſunt, ſed inter animalia bruta connumerandi
ex locupletiſsimo Ariſtotile pr. politico. dũ
dicebat optimum animalium ſicut eſt homo
lege

Digitized by Google

lege fruens ita peſsimum animalium eſt ho-
mo à lege, & iuſtitia ſeparatus. cui aſſenti-
tur Roland. idem conſ. 12. lib. 3. atq; male
39 iudicātes † Deum habent vltorem, & in ſyn-
dacatu ſuas luent pœnas. idem Vallenſ. aper
tè canit conſ. 51. num. 7. lib. 1. cum concor-
dantibus. & ſi fortè quod dij non faxint, Iu-
dices in offitijs perpetrarent furta, vel ſce-
lera, tunc compertiſsimum erit eos dignita-
te ſpoliari, ac inter turpiſsimos, viliſsimoſq;
plebeios adſcribi, nec amplius ad dignita-
tem illam admitti debere, ex traditis ab eo-
dem Roland. conſ. ſuo 66. num 49. lib. primo
& citiùs ignis ardens, vel fulgur è cœlo cadat,
quàm ipſos proditores eſſe innocentem con
demnando, pretio aliquo interueniente, pro-
dere etenim aliquem iniuſtè ad mortē atro-
cius eſt actuali homicidio, vt poſt alios con-
cludit Tyber. Decia. tracta. crimina. cap. 29.
num. 13. num. 14. lib. 7. tom. 2. & vide obſe-
cro quid ſcripſerit Tyber. ipſe cap. 35. &
cap. 36. num. 7. lib. 8. de iudicibus corrup-
tis pecunia ſuffragante minimèq; illos dene-
gare iuſtitiam debere vel negligentes eſſe
ex And. Gail. obſer. 23. lib. 1. practica obſer.
40 † ſuper pondij loco, id ſilentio non inuoluam
iudices nempè minimè timere debere litigā
tium potentiam, vel feruorem, iuxta il. u. 1. Sa
lomonis, noli quærere fieri iudex niſi valeas
virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extι-
meſcas faciem potentis, & ponans ſcandar-
lum in agilitate tua quem compertuis aſſe-
cutus eſt Tyber. Decia. conſ. 39. lib. 2. eorúq;
malitijs butare idem conſ. 48. num. 20. lib.
5. cum ſimilibus. Inſectari quoq; aduerten-
dum eſt, eos in iudicando communes iuris
interpretū ſententias Tyber. idem conſ. 34.
lib. 3. & conſ. 10. num. 51. num. 54. lib. 1. af-
fluentiùs conſcripſit Ioſep. Maſcard. conclu.
ſua 1138. lib. 3. de probatio. quò me remitto
41 † alioquin ſi recedant à communibus ſuſt a-
gijs litem ſuam quippè faciunt, & parti ad in
tereſſe tenentur ex adnotatis à Roland. Val
lenſ. conſ. ſuo 46. num. 9. lib. 2. quinimo præ-
ſumūtur iudicaſſe per imperitiam ex Rolād.
eodem conſ. 16. num. 23. lib. 3. Andr. Gail.
obſerua. 153. num. 4. num. 5. pract. obſer.
lib. 1. nec me latuit, plerumq; iudices pali-
nodiam concinantos fuiſſe tamquam pœnitē-
tia ductos, quemadmodum in ea ſacri ſpecie
per Aymo. Sauilia relata conſ. ſuo 984. nu-
me 2. lib. 6. apud iuſtitiam Aragonum, & nō
tantùm in iudicando, verum etiam in conſu-
lendo ab opinione concordi recedēdum nō
eſt Tyber. Decia. conſ. 29. num. 21. lib. 4. &
præſertim ſi aliàs decιſum, & iudicatum ſuit,
vt in caſu Andreæ Alciat. conſ. 50. num. 11.
42 lib. 6. inſuper † ſanè conſtat illos miniſtros le
gum nuncupari Andr. Alciat. conſ. 25. num.
12. lib. iſto, atq; occurrere debere ſcandalo
futuro Andr. idem conſ. 5. num. 24. lib. 1. ho-
minumq; malitijs Iacob. Menoch. conſ. 367.
num. 35. lib. 4. dolis, ac machinationibus li-
tigantium Iacob. idem conſ. 188. num. 13.
lib. 2. & tamquam boni, & iuſti aliquem cō-
demnare abſq; cauſſa minimè audeant, alio-
quin diaboli cenſentur ex eodem Iacob. cōſ.
96. num. 14. lib. 1. cum concomitantibus,
ſed illud in mentem venit non ſemper iudi-
candum exemplis quemadmodum dici ſoli-
tum eſt de medicis imperitis, qui vno colly
rio exiſtimant morbos omnes ſanari poſſe,
vt poſt alios admonet Iacob. Menoch. conſ.
71. num 94. lib. 1. & excuſatur apud Deum,
& homines in caſu dubio elegit opinionem il
lam quam ſecundum conſcientiam credit fo
re veram Philip. Decia. conſ. 176. num 6.
43 Cęterū peruetus † diſceptatio fuit an iudex
iudicare debeat ſecundum conſcientiam, an
ne ſecundum allegata, & probata? ex mo-
derniorıbus examinat Hyſpanus is Didac.
Couar. cap. 1. varia. reſolutio. lib. 1. & multi
alij numeroſiores à Maſcard. citati conclu.
948. lib. 2. de probatio. vbi enarrat concor-
diter Doctores tùm profitendo tùm & cō-
ſulendo arbitrates fuiſſe iudicem nō propriā
priuatam ſequi ſententiam, ſed ſecundum
deducta probataque iudicare debere, vt ibi
per eum cum ſuis coangustationibus. præco
gnoſcendus eſt Tyber. Decia. tracta. crimi-
na. cap. 14. num. 3. lib. 2. tom. 1. & nouiſsi-
mè D. Octauius Gloritius in cōment. à cap.
ſuper literis in glo. n. ſi forſan num. 417. cum
ſeq. vſque ad num. 423. vbi non minus do-
cte quam ornate declaratur, & quando iu-
dex poſsit, vel teneatur ſupplere, quod ipſe
ſcit, & non allegetur à parte, & numquid te
neatur ſecundum conſcientiam, vel allegatū
iudicare, vide 161. & ne longius euagemur,
vt Dei cultores ſint iudices ipſi, illi tāquam
patri deuotiſsimè ſeruiant, eumq; ſolum pie
44 tate † debita proſequantur non autem alie-
nos Deos hoc eſt, munera, paſsiones, blan-
ditias, diſciplinas præpoſteras, cogitatio-
neſq; peſtiferas, conſilia perdita, vituperan
da vota. quid enim tam conueniens Deo ſit
quàm regimen iuſtum? & iam graues, & ſa-
pientes iudices in rebus iudicandis, quid vti
litas, quid communis ſalus, quid Reipublicæ
tempora poſcerent, cogitauerunt. huc confe
runt quæ ſapienter docuit poſt alios, Tybe.
conſ. 22. num. 96. num. 9. lib. 4. atq; Andr.
I Gail.

Gail. cap. 5. lib. 1. de pac. publ. Hyppo. Marſ. & occurrunt, per totum crimin. pract. Sed
45 quid dicemus † de Vaſallis ipſis, & Baronibus num Dei Cultores iudicandi ſint? & quidem traditum eſt apud ſcribentes, ſanè ipſis minimè licere in ſubditos ſuos ſæuire eoſque maletractantes Baronia priuari, ita poſt multos Aymo. conſ. 996. num. 9. lib. 6. pulchrè Andr. Gail. obſ. 17. lib. 1. pract. obſeruatio. trina tamen præcedēte monitione ex receptiſsima * ſententia, & cauere debent ne maletractando reprimendi veniant, neque ſint tam audaces ad maleficia perpetrāda in plebem, hocque dominis oppidorum vitium eſt, cum ſupportatione bonorum, vt ſemper ſint hominibus ſuis infeſti, atq; auaritiæ pleni, quam de die cogitant, noctéque ſomniāt; etenim ad hoc, vt veri Barones, & domini exiſtimandi ſint requiritur, vt ſubditos bene regant gubernent illiſq; iuſtitiam facere, ac
46 † ab alienis iniurijs defendere, & præſertim pauperes, ex quò apud Deum magna eſt eleemoſina, & minimè eos declutire, & quemadmodum vaſalli debent humiles, atque fideles erga dominos eſſe, pari ſtudio, & ipſi illis ſuas reddere debent vices, prout copioſiùs, & indagatiùs admonet Roland. Vallẽſ. idem conſ. 40. lib. 4. conſ. ſuo 18. lib. 3. per totum ſcribunt quoque noſtri, vt Socc. Iunio. conſ. 98. lib. 3. & poſt eum & cæteros conſonantes Iacob. Menoch. conſ. 721. num. 11. & inferius lib. 8. idem conſ. 437. num. 9. lib. 5. dominos compellere non poſſe vaſallos ad exponendas pecunias proprias, vt æs alie-
47 num ab ipſis conflatum ſoluatur † quinimo teneri prius excutere propriam crumenam; & deinde à vaſallis auxilium poſtulare; & de adiutorijs exigendis iam ſunt conſtitutiones Regni, quàm plurium cum ſequent. vbi declarantur caſus, atque dominus, & vaſallus à pari procedunt, vt inuicem teneantur ſibi vtilia facere Iacob. idem conſ. 226. nu. 163. lib. 3. & ſunt duo correlatiua, idem conſ. 264. num. 27. lib. iſto Ioac. Mynſ. obſer. 91. cent. 4. ſingula. obſer. & neque tenetur vaſallus contribuere pro debitis domini ſui voluit Iacob. idem conſ. 156. num. 18. lib. 2. & nec valebunt domini ipſi ex cauſa neceſsitatis cõmunis præiudicium inferre vaſallis, niſi maxima eſſe neceſsitas Tyber. Decia. conſ. 44. num. 16. lib. 4. eo trahatur, boni eſſe paſtoris, tondere pecus non autem deglutire hoc eſt, lanam, vel pilos euellere. And. Gail. cap. 2. num. 21. lib. 1. de pac. publ. Ioa. Imolens. conſ. 51. num. 6. Roland. Vallenſ. conſ. 91. num. 42. lib. 2. & an dominus, vel Rex hominibus reluctantibus alienare valeat. ex quò eorum interſit magis eſſe in dominio Regis quàm alterius? latè Andr. Alciat. conſil. 7. lib. 3. Sed quæro, num liceat dominis terrarum officia quibus cohæreat iuriſdictio vendere? & quidem Tybe. Decia. cap. 23. nu. 9. lib. 8. tom. 2. & cap. 26. nu. 7. aſſerit quòd ea emere etiam à principe, & Imperatore minimè licet, quamuis de abſoluta poteſtate vendere valeant, ac male faciant Principes non recognoſcētes ſuperiorem magiſtratus
48 vendentes, vt ibidem per eum † per tranſennam hæſitationis eſt, an Comites, vel Barones compellere valeant vaſallos, vt eant ad illorum molendina? Iaſ. conſ. 161. lib. 2. & alij congeſti à Iacob. Menoch. conſ. ſuo 298. num. 16. lib. 3. tenent quòd non. ex quò ire ad molendinum alteriùs eſt actus voluntarius, qui neceſsitati ſubijci nequit immo Tybe. Decia. tracta. crimina. cap. 21. num. 21. lib. 7. tom. nuperrimè citato inquit, ſtatutũ quòd nemo eat ad tale Molendinum monopolium ſapere, vt ibi per eum alia venuſta cumulantem locupletius docet idem conſ. 44. num. 131. num. 137. lib. 4. idem ſtatuendum erit circa ius piſcandi, aut venandi adeo, ut à Principe prohiberi non poſsit Philip. Decia. conſ. 197. Iaſ. conſ. 119. lib. 4. Aymo. Sauilia. conſ. 945. num. 6. lib. 5. idem. conſ. 643. poſt num. 2. & num. 4. lib 4. Iacob. Menoch. conſ. ſuo 901. num. 17. lib. 10. vbi declarat, & prænotandus eſt, Tybe. Decia cõſ. ſuo 22. num. 22. lib. 4. vbi de conſuetudine Andr. Alciat. conſ. 20. num. 11. lib. 5. latè Roland. Vallenſ. conſ. 9. lib. 2. vbi de cautela per ſubditos facienda & an ſit realis, vel perſonalis ſeruitus, & de practica articulandi Andr. Gail. obſer. 66. lib. 2. prac. obſer. &
49 an ex prohibitionibus † frequentibus, & paciencia inſequuta dominis ipſis quæratur ita, vt venandi facultate vti ſubditis ampliùs nõ liceat? ſcribit idem Aymo. & doctè, & non inargutè conſ. ſuo 658. lib. 4. cum ſimilibus. & in ſumma ſi vnum Deum terrarum Domini colũt pro vt re vera compertiſsimum eſt, pauperrimos non deuorẽt vaſallos, alioquin intollerabiles, abominandi, pernitioſi, & execrabundi exiſtimandi ſunt, ſed beneficijs afficere. huc pertinent omnino exempla inſignia Tybe. Decia. conſ. ſuo 25. num. 61. & inferiùs lib. 1. atq; Andr. Gail. loco citato cap. 2. num. 21. & inferiùs.

50 At da plauſum ingenioſe † lector non incongruè hoc in loco ſe ſe nobis offerunt Religioſæ perſonæ, vel Sacerdotes vtrum Dei quoque cultores eſſe putentur? & nempè eos non

non tantùm tales arbitror, verum etiam tri-
umphales viros, qui facienda, atque euitan-
da diſcernunt, & neminem illorum eſſe tam
moribus afflictis quin dicat, vel faciat quod
Ieſus ipſe Saluator præcipiat, & Sacerdotes
appellantur Dij, præferuntur Imperatori, di
cuntur Reges, Roland. Vallenſ. conſ. 11. nu.
35. & inferiùs lib. 4. quorum præclariſsima
exempla apparent ex conſcriptis à Tyber.
Decia. tracta. crimina. cap. 16. num. 5. lib.
6. tom 2. & in actu confeſsionis veri Dei ſub-
ſtinent vices, Auguſti. Bero. quæſt. ſua 12. il-
lorumq; teſtimonium cæteris antefertur, ob
præſumptionem maioritatis, bonitatis, & in-
tegritatis Iacob. Menoch. conſ. 491. nu. 14.
51 conſ. 457. num. 10. lib. 5. quibus † quidem
omnis honor, & reuerentia debetur ob ſpiri-
tuale pabulum, quod fidelibus adminiſtrāt
ex adnotatis, à Matthæo Afflic. Neapolita.
deciſ. in euidentialibus num. 2. cum concor-
dantibus. Ceterùm Cordi potiſsimum ſit Sa
cerdotibus ipſis, eos callere debere cano-
nes, ac Thæologiam, & ſtudentes Dialecti-
cæ, Philoſophiæ, Iuripontificio tunc, Eccle-
ſiæ, inſeruire dicuntur, & ad regimen ſui, Ec
cleſia literatis viris maximè noſcitur indige
re, & in Eccleſia iudicare minimè debent,
qui canonum ſtatuta ignorant, iuxta illud tu
ſcientiam repuliſti, & ego te repellam, ne ſa
52 cerdotio fungaris mihi, & † ob id illiterati
ab ordinibus reijciuntur, quinimò deterri-
mus eſt illiteratus, quàm homicida canoni-
bus, & non ſolùm clerici verum etiam alij
Religioſi indigent huiuſmodi precipuè diſci
plinis, Theologia quippè, & iure Pontificio
maximè ſi Verbum Dei prædicant, atque
Chriſtianorum confeſsiones audiant. his ete
nim duabus tota gubernatur Eccleſia. hinc
infertur, Eccleſiam valdè ſuffragari viris li-
teratis, vt poſt complures, & celebres ſcrip-
tores elegantiſsimè conſulit, Tybe. Decia.
conſ. 14. num. 26. & latè inferiùs lib. 1. vbi
53 num. 51. ſubiungebat † Epiſcopos curare de
bere, vt magiſtri, atque doctores conſtituā-
tur, qui ſtudia liberalium artium, literarūq;
dogmata aſsiduè doceant, vt ibi per eum,
alia multa pulchra coaceruantem. atqui vi-
demus hodie, & non vana loquor, Ieſuitarū
penè proprium incumbere ſtudijs Philoſo-
phiæ & Theologiæ, ſicut teſtatus eſt, Iacob.
Menoch. conſ. ſuo 969. num. 19. lib. 10. Sed
proh dolor immenſus? temporibus his cala-
mitoſis multa errabunda, multaque perni-
tioſa, & conſilia perdita, multi iam dies ef-
54 fluxi ſunt, inſurrexere † in huiuſmodi patria
mea Motycana inter iſtas, & præclaras ędes
Diui Georgij, atque Diui Petri circa illorū
dignitates, & prærogatiuas, & non nullæ a
tercationes inter Sacerdotes vtriuſq; Eccle-
ſiæ ſatagentes gloriam mundanam, & maxi-
mè in proceſsionibus, & feſtiuitate Sacratiſ-
ſimi Corporis Domini Noſtri Ieſu Chriſti
quemadmodum obiurgat in ſimili Cæſa. Vr
ſillus in additamentis ad Matthæum Afflic.
Neapolitana deciſ. 1. num. 16. & in tantùm
Sacerdotes ipſi abſq; tamen aliquorum iniu-
ria, ſeminauère zizaniam, agricolæ improbi
more, perinuiſibilis forſitan hoſtis inſidias
adeo, vt ad eam eradicandam, & ſubſequē-
55 ter, vt fructuoſa † frumenti planta euulſis in
de peſtiferarum hærbarum radicibus, vbe-
riùs coaleſcat ne dum inquam, nodoſum, ve
rùm etiam impoſsibile videtur, ni Deus Op-
timus Maximus huic latenti morbo ſuffraga
retur, quòd controuerſiæ, ipſæ ſilerent cauſ-
ſa profectò multorum malorum, & criminū
&, vt prædiximus ad ægeſtatem deducunt,
& non ſecus conſumentes, ac ſi ędera, quæ
muris, arboribuſq; ſerpit, & hoc non ex alio
prouenit, niſi quia multa ſunt capita, mul-
tæque opiniones, & ſententiæ, ideoque in-
commoditates inauditæ, & ſuperbiæ exoriū-
tur, quibus ille pulcherrimus creatus ſtatim
56 corruit † & iam nos habemus, Regnū duos
minimè capere poſſe, & in ſeipſum diuiſum
facillimè deſolari, & Rex puer eſſe nō debet
Philip. Decia. conſ. 443. num. 28. multoſq;
imperare peſsimum eſſe putatur, vt poſt Ari
ſtotilem doctiſsimum expreſsè cauit Iacob.
Menoch. conſ. 158. num. 30. lib. 2. & conſil.
202. num. 77. lib. 3. cum ſimilibus à Roland.
Vallenſ. conſ ſuo primo num. 117. lib. 2. pul
chrè Andr. Gail. obſerua. ſua 153. num. 5.
lib. 2. prac. obſerua. & ita difficilis, inuolu-
ta, & obſcura eſt diſceptatio inter iſtas præ-
citatas Eccleſias, vt meritò appellanda ſit
Lernæa Hydra, quę tot exurgat Ceruicibus,
vt vna euulſa plures exoriantur. & reor, ne
tales controuerſiæ fiant penè immortales vi
tæque hominum metam excedant. vtinam
ad huiuſcemodi litis campum numquam de
57 uentum fuiſſet † vt vexationes, & impenſas
paſsi non eſſent Parrochiani, vel procurato-
res vtriuſq; Eccleſiæ, vt cum Iacob. Menoc.
conſi. ſuo 200. exordiar lib. 2. ò rem miſe-
ram, ò deploranda tempora, cæciores tal-
pis euaſi ſumus, atq; cecutientes, qui nequi-
uimus vnum videntem facere, ſed oportet,
quòd omnes in foueam cadamus, vt in ſimi-
li ſcribit Roland. Vallenſ. conſ. 98. num. 43.
lib. 4. & imbecillus, imbecillum nō adiuuat,
Aymo. Saulia. conſ. 367. poſt num. 5. lib. 3.

cum concordantibus, & quotidie peccamus,
58 & peccata, † tantò ſunt grauiora, quãtò diu-
tiùs infelicem animam obligatam detinent,
ex Tyber. Decia. conſi. 5. nume. 93. lib. 1.
& ſubſequenter diuina iudicia, & Eccleſiæ
præcepta flocci pendimus. ideoq; non mirũ
ſi Deus ſuperantiſsimus puniret aliquando
ſeuerius quemadmodum facile colligere li-
cebit, ex Valerio, dum ſcribebat, lento gra-
du Diuina procedit vltio, traditatẽq; ſuppli
tij grauitate recompenſat, & poſt eum pul-
chrè, And. Barbat. cap. cum tanto, num. 8.
de conſuetud. cum ſimilibus. Cæterùm in-
59 ter † complures illarum controuerſias mini-
mè alienæ, ſunt iſtæ, quæ nobis obuię fiunt,
quarum potiſsima nempè fuit, an Capellani,
Parochiales Diui Petri erigere valeãt recen
ter vexillum, an nè teneantur ſub vexillo Di
ui Georgij incedere, prout moris longeui
eſt, ac virtute ſententiarum, ſi verum eſt, vt
audio, & compoſitionibus factis? altera eſt,
num cum intus Eccleſiam Diui Georgij ve
hitur Sacratiſsimum Corpus Ieſu Chriſti à
Capellanis Diui Petri præferantur, ij Diui
Georgij circa adminiſtrationem, atq; ſolẽ-
nitates, vel pompas in eo deferendo, vſq; ad
altare, & dum eſt in altare? nobiliſsime le-
60 ctor, abſq; vlla † animi paſsione per tranſen-
nam, & pro mea tenui facultate, & tamquàm
acus inter tot fulgentes enſes, dicam quid sẽ
ſerim, aut patrarim hac in re non declinans,
vt ſcriptura ait, neque ad dextram, neq; ad
ſiniſtram, vt ex multis ſcribit Iaſ. conſil. ſuo
92. in initio lib. 3. ſed illud exploratum pri-
us habere velim, templum Diui Petri ob no-
uam erectionem in collegiatam ſuper omnia
elcelſum, de qua ſcribit Petrus Rebuffus, in
ſua praxi beneficio: fol. mihi 305. quod nem
pè Collegium probari videtur, ex communi
ſigillo, communi tractatu, refectorio, & dor-
mitorio, arca communi, & ex fraternitate;
vel ex priuilegio conceſſo ab habente auto-
ritatẽ, vel quando fuit conſtitutus vnus Præ-
latus tamquàm caput, & plures, quàm duo
Canonici, tamquàm membra cum ſuis præ-
bendis ſufficientibus. ex congeſtis à Tyber.
Decia. conſ. 6. lib. 2. & conſ. 93. lib. 5. atq;
Ioſep. Maſcard. conclu. 319. lib. 1. de pro-
batio. cum ſimilibus quòd ad primam igitur
difficultatem arbitror, Sacerdotes Diui Pe-
tri minimè habere poſſe vexillum ſeparatũ;
ex quò id erigere eſt dignitatis ſignũ, quod
ceſſare debet, vbi fertur Crux Diui Georgij,
vt ſic exiſtente maiori lumine, minus cæſſet
ad hoc adduco in terminis, Tyb. Decia, con
ſil. ſuo 12. vbi in ſpecie, num. 1. & inferiùs
lib. 3. ad quem te reijcio argument. eorum,
quæ ſcribit, Anto. Capic. deciſ. 27. ad finẽ.
61 quò ad ſecundam † breuiſsimè quoq; reſpon
deo, Sacerdotes Diui Georgij anteferri de-
bere, quandoquidem legimus quiſquis ille, &
quantumuis maior ſit nihilominus, dum eſt
in domo minoris, quamuis rex in domo vilis
perſonæ, qđ cædere debeat, & idcircò Rex
Anglię Richardus in domo cuiuſdam ruſtici,
ad quem incognitus acceſſerat colaphum ha
buit ab ipſo ruſtico, pari paſſu in hac facti ſpe
cie, non ſum ego, qui loquor, eſt Tybe. idem
poſt alios commilitones, conſ. 67. num. 12.
num. 14. lib. 2. ſalua tamen meliori delibe-
ratione Eccellentiſsimorum iudicum ſpiri-
ritualium. cui accedat Iacob. Menoch. con-
ſil. ſuo 257. num. 72. lib. 3. vbi in domo ſua
quilibet eſt Rex, & in alios præeminentiam
62 habet. † At obiter quæro ad materiam ſolu-
tionis gabellarum, quãdo immunes ſint Cle-
rici, aliąuè perſonæ Eccleſiaſticæ nùm licita
ſit eis negotiatio? & quidem pluſquam ma-
nifeſtum eſt inter periculoſa negotia, quæ ſi-
63 ne peccato fieri non † valebunt negotiatio-
nem, quæ, & in emendo, vendendo, atque
mercando conſiſtit, ex vtroq; prato iuris in-
terpretes nõ immeritò adſcribi opinati ſunt,
eam ob rem, Clericis mirum in modum pro-
hibitam fore, & pro hoc facit Leonis Pap.
pronuntiatum in cap. qualitas, de pænitent.
5. diſtinct. difficile eſt inquit ipſe, inter emẽ
tis, vendentiſq; commertium non interueni-
re peccatum. ad idem, Alexandri Tertij Ro
mani Pontificis conſtitutio, cap. 6. ne Cleri-
ci, vel Mon. ſecula. negot. ſe immiſ. quo lo-
ci ſtatuit ſub interminatione anathematis ne
Monachi, vel Clerici cauſſa lucri negotien-
64 tur, vt ibi per eum † optimè concinit, Hiero-
nymus cap. negotiatorem, 88. diſtinct. Cle-
ricum negotiatorem, & ex inope diuitem, ex
ignobili glorioſum, quaſi peſtem quandam
fuge. hæc ille poſt alios doctè tradit, Rolan,
Vallenſ. conſil. ſuo 38. nume. 27. & inferiùs
lib. 2. vbi poſt num. 28. ſubdit, multo magis
improbandam lites emendi negotiationem,
ſed illud perorãdum eſt, ne multis te morer,
an, & quando Clerici ipſi ad ſolutionẽ gabel
65 larum aſtringantur, quod, † & quotidianum,
& vulgare eſt, nempè duos dumtaxat princi-
pes caſus tranſplantare cenſui, ex his quos
noſtri, & prudentiſsimi viri ſuis in codicibus
typis excuſſos reliquêre, quorum primus il-
le ſit, vt ſi fortè quiſpiam pro familia ſua, ſui-
que neceſſarij vſus frumẽta, vinaq; olea, pro
toto anno emerit, tametſi poſtmodum reuẽ-
dere voluit, ex quò ſuperfluant, habeantque
ſupra

ſupra plus, quòd herclè minimè in ſtatutorū
pęnas incidit, & ſic non tenentur ad ſolutio-
nem gabellæ à principio enim ſic emit quã-
uis, ex inde propoſitum mutauerit ideoq; in
conſideratione habetur ea, & prima deſtina-
tio, principalis, ve intentio, ex conſcriptis à
Clemente Tertio Pontifice Summo cap. ad
quæſtiones de rerum permutatione, ac ab Vl
piano in l. ſi quis nec cauſſam ſi cert. petat.
accedant Aymo. Crauet. conſi. 202. nume.
15. lib. 2. Socc. Iun. conſi. 18. num. 27. lib.
3. cum concordantibus, à Tyber. Decia. con
ſil. 95. nume. 7. lib. 5. & in terminis, voluit
Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 71. num. 19. lib.
4 vbi pulclè, & inferiùs, multa locupletiora
de materia hac docuit Tyb. idē conſ. ſuo 59.
num. 17. lib. 1. alter caſus ſit is, & per mil-
66 le † manus effluxus, quòd quotieſcumq; non
datur negotiatio in Clericis tunc ſtatutum
fuit, eos haud teneri quinimò immunes fore
à ſæcularium exactionibus, ea propter prohi
bitione minimè refragãte facta circa vinum
vendendū ad groſſum, vel minutum, vt indo
ctū inquit vulgus, poſſe ipſoſmet ſuū vende-
re, ſeu vendi facere, abſq; gabellarum ſolu-
tione, ex Bonifatij Octaui ſancione cap. quã-
quam de cenſib. lib. 6. ad idem tex. in cap.
præſenti in element. de cenſibus, quo in lo-
co Clemens Quintus dicebat, iubemus, vt
locorum Diœceſani contra eos, qui ab Eccle-
ſijs vel perſonis Eccleſiaſticis pro earum re-
bus proprijs quas non negotiandi cauſſa de-
ferant aut deferri faciunt. pondera quæſo in-
genioſe lector, dum ſummus Pontifex ait nõ
negotiandi, & quæ ſequuntur, Card. Zabar.
67 conſi. 12. num. 2. quiquidem † Clerici mi-
nimè negotiari dicuntur quando vina, olea,
ac ſimilia his, diſtrahũt ſuis, ex rebus ij enim
verò negotiari dicuntur, qui rem talem
emunt, vt illam integram lucri ſtudio ven-
dant non illi rem ementes, vt eã ad non nul-
lam reducunt formam, vel ſi vina vendide-
rint, ex rebus ſuis recollecta, ſic colligere pla
cuit, ex Roland. Vallenſ. conſ. 71. nume. 6.
nume. 10. & paulo inferiùs lib. 4. vbi multa
alia ſatis concina ponit. & an gabella ſoluen-
da veniat ab emptoribus rerum imunium?
tangunt Iaſ. conſi. 20. lib. 1. vberiùs expli-
cat Iacob. Menoch. conſi. 136. lib. 2. idem
68 conſi. 716. nume. 7. lib. 8. & cum iſta † ſint
certa, & determinata meritò non indigent
determinatione, & omittere certitudinem,
& quærere inditia, vel coniecturas eſt intel-
lectus infirmitas Iaſ. conſ. 6. lib. 3. ſub verſ.
moueor in primis, ac demonſtratæ rei fruſtrà
ſit demonſtratio Io. Cepha. conſ. 128. num.
4. lib. 1. Socc. Iun. conſ. 28. num. 2. lib. 4.
quibus prælibatos recẽter addo Philip. Dec.
conſ. 472 ad finem vbi qui vendit bladum,
vinum, & oleum, quod colligitur, ex ſuis poſ-
ſeſsionibus negotiari minimè dicitur Aymo.
Crauet. conſi. 6. num 111. nume. 116. lib.
1. & quibus negotiationibus, commercijſq;
Clericis ipſis minime liceat ſe ſe immiſcere
amplè reſpondit Philip. Dec. conſ. ſuo 115.
at illud præterfluere non deſinam, ruſtici, &
Eccleſiarum coloni, quamuis exempti fue-
rint, attamen pro fructibus ſuis quos deferũt
in ciuitatem tenentur gabellam ſoluere, ex
quò fructus ſeparati à ſolo non ſunt ampliùs
priuilegiati ſic Tyber. Decia. conſi. 51. nu.
69 4. lib. 3. † atqui ſpeciatim ſuperpondij lo-
co diligenter Clerici animaduertant, quod,
& frequentiſsimum eſt, vt ſi generali princi-
pum edicto caueatur circa victualium quali-
tatem, vel pretium, vel alio ſimili, quod illud
tranſgredientes peccant, non quia vi legis
adſtringantur, ſed vel naturali ratione, vel
ob iuſtitiam præſumptam, & tamet ſi Cleri-
ci ipſi vnà cum facultatibus Eccleſiarū ſint
à iuriſdictione ſtatuentis exẽpti, nihilominus
tenentur res ſuas vendere, non vltrà iuſtum
pretium, & ita poſt multos, & celebres viros
concludit incertus ille auctor poſt conſilia
Iacob. Menoch. milleſimo primo, num. 17.
& inferiùs lib. 10. prænotandus venit Pet.
Surd. deciſ. 160. num. 10. & inferius multa
ſimilia, idem dec. 20. deciſ. 26. & deciſ. 35.
70 vbi de colonis † & an ſtatutum principis ſæ-
cularis, ne plùs certo à ſe deſignato pretio
vendatur annona liget clericos, videndus
eſt Iacob. Menoch. academiæ Patauinæ ſplẽ
dor conſ. ſuo milleſimo vbi in ſpecie, nume.
22 lib. iſto nuperrimè citato poſt Vincentiũ
Francum, atq; ex Sacris Theologis Nauar.
Ludou. Moli. cæteroſq; quos citat, vt ibi per
eum, & idem venuſtè ſcribit conſi. 800. nu.
27. lib. 8. cum concordantibus, & in ſumma
vnum colant Deum, & non alienos habeant
Deos, hoc eſt, negotiationes, quibus ſorde-
ſcunt Iacob. Menoch. conſil. 12 nu. 12. lib.
71 1. † cum Clerici militantes Deo ſæcularibus
negotijs ſe ſe implicare minimè debeant, ex
72 Tyber. Decia. conſ. 20. nu. 40. lib. 1. † nec
honores mundanos, ambire debent, de quo-
rum miſeria, Tybe. Decia. multa congeſsit,
cap. 21. cap. 23. lib. 8. tom. 2. tract. cri-
minali vbi de ambitionis vitio, non cupidi-
tates, ſpendoris, & gloriæ, non deterrimas
opiniones, non lucra abominanda, non l.uo-
73 res, vel inuidias, non iniquitates, † quando-
quidem religioſi, vel Clerici ipſi debẽt equi
tatis

Digitized by Google

tatis eſſe cultores; quòd ſi equitas à laicis eſt ſeruanda, multò magis à Religioſis, vt pulchrè admonet, Tyber. Decia. conſi. 14. num. 26. lib. 2. non ambitiones, quorum vitium eſt oculos excecare quẽadmodum exclamat, Romanus ille Pontifex Bonifatius Octauus, cap. quorundam de electio. lib. 6. & per illum tex. Tyber. idem vbi ſupra cap. 23. num. 10. cum ſimilibus, à Iacob. Menoc. deductis conſi. ſuo 902. in initio lib. 10. vbi venuſtè.

74 Nunc † verò narrandi locus eſt circa adoleſcentes, & concubinarios, qui ardentiſsimo amore capti ob blandiloqua puellarum verba, tot patiuntur eſtus, tot pernoctationes, tot frigora, tot nubes, tot pluuias, tot niues, tot labores, tot deniq; timores, ac moriendi pericula, vt multoties redigantur ad inſaniam, maximumq; mærorem. & exploratiſsimum illud eſt, nil amore ipſo vehemẽtius fore, vt ſcribit Iacob. Menoc. conſ. 121. num. 37. lib. 3. quot enimuero effrenatos, oblitoſq; ſui facit amor? quot dedit præcipites? quot cæcauit ratione? quot tandem cru
75 deliter interemit? hinc † infertur amaſios, qui nimis ardent magis expaueſcere ſolere, & timere minas amaſiarum, quàm probatiſſimorum virorum adeo, vt amaſius, pro amaſia fas atq; nefas commictere, ex quò puellarum amor rectum ſubuertit iudicium, ex adnotatis à Maſcard. conclu. 86. nume. 18. & inferius lib. 1. de probatio. amoriſq; inſaniã obcęcat, perditq; infęlices homines quẽadmodum ſunt concubinarij, vt poſt Bal. & alios admonet, Maſcard. idem conclu. 1340. nume. 15. lib. iſto cum concomitantibus ab Aymo. Sauilia. congeſtis reſpon. 2. num. 7.
76 pro genero poſt lib. 2. al jſ. or, † numquid tales iſti Dei cultores exiſtimandi? ò amantiſsime lector, non vtique. ſed benè Venerẽ colunt, ſuaſq; concubinas, & ſpeciatim exẽplo nobis eſſe poterit, Iulius ille Cæſar dum venerat ad Cleopatram omnium quæ in Aegipto tunc temporis erant formiſsimam, de qua meminit Ioſeph. Memet conclu. 86. vbi ſupra num. 20. illud annotandum eſt, concubinatum antiquitus de iure ciuili admiſſum fuiſſe, at hodie non tantum iure eodem verũ etiam de iure canonico prohibitum fore, ex Tyber. Decia. conſ. 5. nume. 94. lib. 1. Ia-
77 cob. Menoch. conſi. 461. num. 20. lib. 5. † & concubinarius teſtis eſſe nequit, & maximè vxoratus, ac publicus perſonaque turpis eſt, & infamis, ſaltem infamia facti, ad hoc Roland. Vallenſ. conſi. 63. num. 26. & inferius lib. 2. & conſil. 98. nume. 39. lib. 4. ad vexillum igitur ò infęlices amantes clementiæ Ieſu Chriſti confugiatis, illumq; obſecretis, vt vobis præſidio ſit, & quantum enim poteritis finẽ peccandi faciatis. adquid ede pol in luxuriam demerſi? & tamquam volucres implicitæ viſco? non ne viles, & floccifiendi? certè quòd ſic ad tradita per Aymo. Sauilia. conſil. 923. nume. 34. lib. 5. & ideo non immeritò idem Aymo. ſcribit con ſil. 368. num. 9. lib. 3. reipublicæ intereſſe coerceri luxuriam. & quàm deteſtandi ſint concubinarij iam, ex recentioribus cauit Tyber. Decia. tracta. crimina. cap. 21. per totum lib. 6. tom. 2. vbi multa conſentanea, & de eorum pęnis nume. 25. & hæc parumper volanti calamo dixiſſe, ſat mihi erit, quo ad
78 ordinatam Venerem † ſed, & maior aſperitas illorum eſt, qui crimine Veneris prępoſte re potiuntur peſsimum, determinumq; hominum, herclè genus, quo facinore ad iram, furoremq; ſtupendum excitatur Deus omnipotẽs, teſte Sybilla quadam Erythræa dum inquit fuge religiones impias, & viuo Deo ſeruias, ab adulterio te abſtine, atq; à maſculorum indiſcreto concubitu. & Alexander Romanus Pontifex cap. 4. de exceſs. b. prælato. hoc vitio laborantes, excommunicatos eſſe voluit, quicunq; ait ipſe, illa incontinentia, quæ contra naturam eſt, propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ. & quinque ciuitates igne conſumpſit, deprehẽſi fuerint laborare: ſi Clerici fuerint deijciantur à Clero, vel ad agendam pęnitentiam in Monaſterijs detrudantur: ſi laici excommunicationi ſubdantur, & à cętu fidelium fiant pęnitus
79 alieni. hæc Alexander ille, & ſodomiæ † crimen quàm ſit deteſtabile, & horrendum adnotari poterit, ex Cæſarum conſtitutione in l. cum vir, C. de adult. plura coaceruat Didac. Couar. Clement. ſi furioſus, §. 1. num. 6. & inferius de homicid. vbi aſſerit, talia perpetrantes ſpectante populo flãmis conijciendos; idq; deteſtatur valdè, Iul. Clar. §. ſodomia, cum concordantibus à Ioſep. Maſcard. citatis concl. ſua 1313. lib. 3. de probatio. & ſordidiſsimum eſt, de quo multa, And. Gail. cap. 14. num. 26. lib. 1. de pac. publ. & Cæſar Chriſtianiſsimus in autent. vt non luxu. cont. natu. valdè exclamando in-
80 quit † ob tale flagitium induci tempeſtates, ac peſtilentias, quod nempè maius eſt peccatum, quàm ſi quiſpiam cognoſceret matrem. & ne dum commictitur cum maſculo, verum etiam cum muliere, ex coaceruatis à Tyber. Decia. conſ. ſuo 83. in principio lib. 3. Tyber. idem multa expaueſcenda ſcripſit

tracta.

mιſta. crimina. cap. 6. nume. 8. lib. 2. tom.
2. voluit Philip. Dec. in l. ſi qua mulier, nu.
9. C. de ſecund. nupt. Didac. Couar. capit.
7. de contract. coniuga. eſt & §. 5. num. 7.
81 quo loci tenet veram nũcupari † ſodomiam
quæ cum fęminis flagitioſè committitur, vt
ibi per eum. & eſt ſententia concors * quic-
quid alij velint, vt doctè per Iul. Clar. loco
ſuperius adducto atq; huiuſmodi delicta lu-
xuriosa ſecreto perpetrantur, vel nephariæ
commiſtiones. ideoq; non immeritò conie-
cturis, & præſumptionibus, in habilibuſq; te-
ſtibus probabuntur, ex cumulatis per Ma-
ſcard. ac Tybe locis proximè citatis ille nu.
4. hic nume. 5. probaturq; ſodomia ipſa per
matronarum inſpectionem, vel obſtetricum,
per teſtes quoque deponentes ſe linteamina
ſanguinolenta inſpexiſſe, vel camiſiam ſan-
guine fędatam Maſcad. idem vbi ſupra, nu.
82 5. num 6 cum concordantibus † cęterum il-
lud ſilentio inuoluendum non eſt, ſodomiam
per teſtes de auditu minimè probari, ſed per
viſum tantummodo, ex Hyppo. Marſ. conſi.
ſuo 28. nu. 4. & poſt eum Maſcard. loco prę-
allegato, nu. 14. imò nec per viſum, quem-
admodum ſcribit Roland. Vallenſ. conſ. 50.
num. 3 lib. 1. & quid de illo, qui coitum ha-
bet cum brutis? & certè non dubitandum,
quin ſcælus comictat contra naturam huma-
ni generis. & eſt atrociſsimũ ad tradita per
Roland. conſi. ſuo 7. lib. illo cum ſimilibus.
83 ſed obiter † quæro ſic adoleſcentulos quoſ-
dam inter ſe pollutionẽ fęciſſe qua pęna ple-
ctendi veniant? duo capita ſunt conſtituen-
da, primum eſt, quod ſi pollutio ea fuerit ex-
tra vas, tunc quia appellatur extraordinaria
pollutio ideoq; imponenda venit extraordi-
naria pęna iudicis arbitrio. Alterũ verò ca-
put ſit, vt ſi fortè peccatum illud fuerit in va-
ſe, & tunc Clariſsimi iuris eſt, vltimum im-
poni ſupplicium, quamuis reſpectu minoris
ætatis mitiganda ſit pęna, ex traditis à Socc.
Iunio. conſ. 7. lib. 3. cui aſſentior, ex eo quia
adoleſcentes conſilio imbecilles eſſe dicun-
84 tur iudiceſq; ipſos † laudandos, atq; extollẽ-
dos, qui delinquentium ætati miſerentur, &
pœnæ à legibus infliguntur, vt ſint delinquẽ-
ti tamquam Medicina ægroto. & dominus
non vult mortem peccatoris ſed vt conuer-
tatur, & viuat, vt inſigniter conſuluit. Tyb.
Decia. conſ. 16. lib. 3. & præcognoſcendus
eſt, Iul. Clar. vbi ſupra, §. ſodomia circa fi-
nem cum ſimilibus. Rurſus quæſtionis eſt,
num Clerici ſodomitæ quamuis occulti, ac
etiam pęnitentia per acta ſuſpenſi putentur,
ipſo iure ab ordinis executione, adeo, vt in-
85 terim † celebrantes irregulares eſſi ciantur?
Hyſpanus ille Didac. Couar. Clement. ſi fu-
rioſus, §. 1. nume. 6. fol. mihi 59. audacter
ſubſtinet, irregulares fore, ea quidem irre-
gularitate, quæ à ſolo Romano Pontifice de-
libilis ſit, & Doctorum turbam ferè deducẽs
communem inquit * ſententiam, vt ibi per
eum. & ſenſit, Iul. Clar. loco nuperrimè ad-
ducto poſt principia, qui quidẽ Didacus pau-
lò poſt ſubiungit ſodomitã eligi minimè va-
lere ad beneficium Eccleſiaſticum, neq; va-
86 lidam eſſe illius collationem. Vlterius † du-
bitationis eſt, qua pęna plectendi ſint huiuſ-
modi ſcelus committentes? & quidẽ quatuor
excerpo capita, quorum primum eſt, quòd
ſi loquamur de iure pontificio pęnitentiali,
& tunc imponitur excommunicatio, atq; bã-
num ab Eccleſiæ gremio per ſeptennium.
Secundum Caput, vt ſi pertractemus de eo-
dem iure Pontificio in foro tamen conſcien-
ſo, & tunc pęna eſt priuatio perpetua bene-
ficiorum, & ab omni ordine Sacro depoſitio,
ſi Clericus ſit. Tertium caput, de eodẽ met
iure canonico loquendo, ſi laicus comperia-
tur ille talis, & tunc excommunicatur, ac à
fidelium cætu omnino repellitur, prout co-
pioſius ſcribit Tyber. Decia. conſ. 83. in ini-
87 tio lib. 3. Poſtremum caput, quòd † de iure
Cæſareo eſt pęna capitis tàm in agente, quã
in patiente, Socc. Iun. conſ. 7. lib 3. Iul. vbi
ſupra poſt principia, vbi ſubdit, de conſue-
tudine ſodomitas igne comburendos. plura
eſſent tranſcribenda, quæ honeſtatis cauſſa
reticeo, mortales itaq; hoc fętore laborantes
penitus abſtineant à maſculorum concu-
bitu, & vnum deniq; colant Deum, minimè-
que alienos Deos, & ſic Venerem improbã,
illiuſuè blandimenta, omnino fugiant.
88 At † non otioſum erit hoc in loco adhuc
commemorare ludi crimen cum, & adole-
ſcentibus, & ferè decrepitis commune hoc
vitium ſit, num Dei cultores ipſi denominã-
di veniant? iam opportuna acceſſio eſt, & nẽ-
pè, vt rem, vt ſe habet enarrem, in hac facti
ſpecie illud mihi occurrit iuris axioma, q̃d
ludus multa mala producit, & patrimonij
perditionem, & homines in deſperationem
venire, illoſque tamquam ira ſuccenſos ad
blaſphemandum Deum eiuſque Sanctos, at-
que ad frequentia periuria prouocat, & ea
propter Deus omnipotens excitatur ad fu-
89 rorem, † ſuntq; luſores legibus valdè exoſi,
& dicuntur malam agere vitam, hinc infer-
re videtur, eos quandoquidem conſuetos ad
taxillos ludere, à teſtimonio repelli, ludus
namq; crimen eſt, rurſus conſtat eoſdẽ met
bonorum

Digitized by Google

bonorum ſuorũ dilapidatores preſumi adeo, vt dicantur male uti ſubſtantia ſua. ſic accer uatim citando alloquutus eſt, Roland. Vallenſ. poſt cæteros conſ. 63. num. 18. & paulò inferius, & nume. 24. lib. 2. & conſi. 94. num 38. & paulò poſt, & conſ. 57. num. 40. lib. 4. concimnatur Tyber. Decia. conſ. 52. nume. 31. & inferius lib. 4. quo loci inquit, luſum, atq; blaſphemiam crimina eſſe, vt ibi per eum, qui declarat Aymo. Sauilia. conſi.
90 377. nume. 18. lib. 3. quibus † accedit Iul. Clar. §. ludus circa principia, vbi genericam facit concluſionem ludum de iure prohibitũ fore, & poſtmodum ſubdit præcitatam concluſionem ipſam locum ſibi obtinere, ne dũ in huiuſmodi ludis, in quibus ſola verſatur fortuna, verùm etiam in illis, in quibus eſt ingenij, & ſortis mixtura, quemadmodum taxillorum, ac tabularum vel chartarum. ſed vbi (ipſe ait) tantummodo ingenio verſatur ludum talem haud impermiſſum fore, & demum paulo inferius ſubiungebat, clericos ludere poſſe ad ſcaccos, vt ibi per eum de cõmuni * ſententia teſtantem, modo adſint ſex illæ circunſtantiæ à Franciſco Viuio relatæ opinio. comm. 467. lib. 2. vbi adire poteris, & quatenus ludus ſit licitus, declarat Iacob. Menoch. conſi. 691. num. 9 lib. 7. ſuperius adductus, aggrego Aymo. Sauilia conſi. ſuo 169. nume. 5. lib 1. & poſt eum, & cæteros conſonantes Ioſeph. Maſcard. conclu. 995.
91 lib. 2. de probatio. vbi † inquit luſorem maximè in criminalibus à teſtimonio repelli ex quò criminoſus dicitur, ac ludendo turpem degere vitam, ſemperq; blaſphemare præſumi, hæc ille vſq; ad num. 5. cum ſimilibus. Cæterum hùc non prætaribo ad hoc, vt quis luſor probetur, & ſubſequenter à teſtimonio repellatur minimè ſatis eſſe probare quòd aliquando luſerit, ſed requiri eum conſuetũ eſſe, & deinde illum fuiſſe luſorẽ depoſitionis tempore, & ita inſigniter voluit Philip. Dec. conſ. ſuo 163. verſ. 13. opponitur aliquin minimè confutatur aſſenſus eſt Ioſep. Maſcard. vbi ſupra, num. 6. ad quem curioſum reijcio lectorẽ, & inter alia de materia
92 per tranſennam † quæro eam facti ſpeciem, quam auctoritatis non incognitę eximij quidam prudentes non immemores animaduerſum reliquère, & quamuis leuicula, atq; vulgaris, attamen illius humilitas me non deterrebit, an ſi quis in taxillorum, vel chartarum ludo diceret poſtam iſtam præſentem pono, quæ eſt aureorum centum reperiatur huiuſmodi poſta, verùm vincens aliquid habere debeat, an ne nihil? tangit Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam, nume. 41 de verbo. obligatio. & præcidit vincentem, nil obtinere debere, quandoquidem ſummæ demonſtratio ſi ſit falſa, nihil habere debet, & magna ſecundum eum cauthela eſſet in lu-
93 do hæc Iaſ. cæterùm, nec cum puer † ad huc eſſem perſuaderi mihi poterat Iaſo. opinio profectò cùm ille ſermo preſuppoſitiue, hoc eſt, quæ centum eſt, non conditionaliter ſi centum eſt exaudiatur, & qui centum ponit multò magis minus ponere cenſeatur dubio procul is, qui victus eſt victori obijcere nequit ſummam illam centũ non eſſe, ſic egregiè ſcribit And. Alciat. in ſuperius deduct. l. ſi ita ſtipulatus, quem aſſequutus fuit Marcus Aquilinus, ad l. pri. de verbo. obligatio.
94 §. ſi ſtipulanti, num. 34. concludamus † ergò breuiter, quòd ſi ludant aliqui chartulis, vel teſſeris, atq; intendatur ob puntum depoſitio, cùm vnus hanc inquit ſummam aureorum centum pono, ſummam eam nempè victori dandam cenſeri, etiam ſi minor centũ eſſet. & quid de ludo taxillorum, atqui facit punctos maiores vincet Cæſar Vrſil. tangit in addita. ad Neapo. decif. 389. & vt ſummatim loquar hac ducor ipſe opinione, quòd tales non Dei cultores iudicandi, ſed taxillorum, vel chartarum amatores, & ſæpe ſæpius velut in deſperatione poſiti acerbiſſimis iniurijs Redemptorem noſtrũ Crucifixum mirum in modum afficiunt.
95 Atqui ipſe † ad huc cuperem, vt exploratum habeant iuniores, quod, & de vino fertur, dum neq; bibentium pedes, neq; mentes ſatis officium ſuum faciunt, an huiuſcemodi, in quam vinolenti, qui ad vinum ſunt affecti vino ingurgitantes Dei cultores denominandi? iucundiſsime lector, vt meũ ipſe tibi conſilium exponam, arbitror, duplices inſedere Deos in illorum pectoribus, nempè Bacchum hylarem, ac formoſam Venerem, quia, vt indoctum inquit vulgus, ſine Cere-
96 re, & libero friget Venus argumẽto † à contrario ſenſu deſumpto, quod validiſsimum cenſetur à Papiniano in l. 1. de offic. eius, & per illum tex. Socc. Iun. conſ. ſuo 60. num. 66. lib. 3. cum concordantibus. qui vino immoderate abutitur, velut flammis ſanè ardeſcit Venus, & ob id legitur apud plures, & diſertiſsimos viros, ventrem mero æſtuantẽ, citò in libidines deſpumare, & vbi ebrietas, ibi libido, & furor, dominantur, luxuriamq; facit, atq; nutrit vini perceptio nimia & luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas omnis, qui cum his miſcetur, non erit ſapiens, ſic obiurgant cap. luxurioſa, & cap. luxuriã, 35. di-

Digitized by Google

97 35. diſtint. & † probatur ebrietas, ex illius aſpectu, qui ebrius aſſeritur, cuius rei exemplum affertur de Ioanata, qui cum comedit fauum melis facies eius ſtatim fuit exhylarata; quam nempè ebrietatem oriri cõſtat eo, quòd quis nimium vino ſe obruat, & præſertim id euenire ſolet in conuiuijs, qua de re, melius foret ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij ex ſententia Regis Salamonis, & nõ immeritò ſcriptum reperitur, Licurgum illum conuiuiorum apparatus, mẽſaſq; lautiores cupiditatum, velut inuitamẽta inhibuiſſe. † Apud Romanos, quoq; vini

98 vſum adeò mulieribus interdictum fuiſſe, vt illud bibiſſe perinde eſſet, quemadmodum ſi in adulterio, vel graui crimine deprehenſa ſupplitio capitali plectenda foret, & vſus inoleuit, vt cognati affines, mulieribus oſculum ferrent, vt an vinum bibiſſent explorarent ore, eo accedat, Romanos, ex aſpectu ebrietati, atq; crapulæ deditos cognoſcere equites, quos cum obeſo, ac vaſto corpore aſpexiſſent ipſis equos adimebant, ad tradita vberius per Maſcard. conclu. ſua 578. nu. 5. num. 8. de probatio. lib. 2. & † ebrij æqui-

99 parantur furioſis, atq; infantibus, & neſciũt quid loquantur, idem Ioſep. concl. 579. per totum, vbi ſupra multa præclara tranſcribentem, quæ ſilẽtio inuoluo ne, citius exiſtimer papyrum denigrare. cui exagero Aymo. Sauilia. conſ. 377. nu. 15. lib. 3. quo loci enarrat ebrietatem teſti fidem detrahere ſacra Baccho, quotidie faciente, vt ibi per eum.

100 at per † tranſemnam quæſtionis eſt, an vini venditor, qui ſcit vinum tempore certo corrumpi de periculo teneatur, niſi vitium emptori ipſi detexerit, & Iacob. Menoch. concludit, quòd ſic. ſicut de venditore frumenti, qui ſciens æſtimationem ſtatim minui, etenim teneri eum de latente vitio per manus traditum eſt, ſic ille conſi. ſuo 952. num. 23. & inferiùs lib. 10. cum concordantibus. ſed illud applicandum eſt, eum qui diuerſo vtitur vino in repentinam ebrietatem ruere, & qui ſiunt crebrò ebrij citò ſeneſcunt alij ante tempus competentis ætatis, vel caluicio, vel canicie inſigniuntur, quæ non niſi caloris inopia eueniunt, ita etiam vitanda eſt, ciborum varietas, quemadmodum varia ſolent vina vitari non ſecùs, ac ſi edera ſerpens arboreas necat vires.

101 Nunc † verò agendi occaſionem nactus ſum de auaritia ipſa parũper, quæ porrò hominem ad quoduis maleſitium impellit, eũque affligit multis incommodis, ob immenſam pecuniæ cupiditatem, latentium quippè indagatrix lucrorum, manifeſtæq; predę auidiſsima vorago, & tandem auaritia, & luxuria omnia magna imperia ſubuerterunt, cæterùm ignorare te nolo immò id procõperto habere, cupio auari naturam eſſe, vt magis doleat, ex amiſsione Iam partorum, quàm acquirendorum, ſemperq; auarum dolor fatigat, vt cũ ſollicito timore cuſtodiat, quòd tam anxiè concupiuit grauiq; labore acquiſitum meminit, ſic poſt Gregorium ſcribit

102 Tyber. Decia. conſi. 4. num. 55. lib. 3. ac † libentius intuitur aurum, quàm ſolem, & teſtatiſsimum eſt, peccata omnia voluntaria ab auaritia, & ambitione procedere, & hanc ipſam omnia habere peccata, quemadmodum fuſiùs, & concimnius poſt Ariſtotilẽ, & alios cauit Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 150. in initio lib. 1. cum concordantibus, vt ibi per eũ. eamq; arcem, vel matrẽ omnium animaduerſum reliquit Cæſar meus, §. cogitatio in autent. vt Iudices ſine quoquo ſuffrag. põderãdo inferiùs, eo loci dũ inquit, & terminus eſt quoq; hoc ſacrorum eloquiorum mirabile, & verum quòd auaritia omnium ſit mater ma-

103 lorum, & quæ ibidem ſequuntur † cui exagero Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 38. nume. 29. lib. 2. vbi dicebat, auaritiæ cupiditatem omnium malorum radicem eſſe, & de ſententia Rapha. Bulgoſ. conſ. 6. & auaritia idolorum ſeruitus profectò habendi cupiditate, tanta ferueamus pecuniæ ambitione adeò flagramus ſtudio eius, eo vſq; rapimur, vt q d diuina humanaq; iura contra præſcribant, nihil quicquam ad nos pertinere videatur in eo laboramus, vt vſu ipſo exploratiùs in dies fiat, teſtaturq; propheta in ſuis Pſalmis ſimulacra gentium, ait ipſe, aurum, & argentum rapi-

104 nas nolite cõcupiſcere, † & propterea in Regia Dauid, auari minimè erant, neq; ſuperbia tumentes, ex coaceruatis ab Aymo. Saulia. conſ. 332. num. 21. lib. 3. vbi pulchrè, idem tradit conſ. 911. nume. 21. lib. 5. vbi commune eſſe ait auaritiæ vitium. at illud etiam adiungi, nempè auaritiam in Principe potiſsimùm improbari, enimuerò boni Principis eſt, mallè ampliari Imperiũ fidelium hominum adiectione, quàm pecuniarũ copia, atq; minimè debere Principem ipſum theſauris implere loculos, ex quò verſus ipſius theſaurus nõ eſt Fiſcus, ſed ſubditi ſui fi-

105 deles, ac opolẽti vaſalli † etenim diuites Principis ipſius dicuntur eſſe nerui, multa venuſta trãſcribit, & quàmplura egregia docuit, Tyber. Decia. conſ. 25. num. 61. & latè inferius lib. 1. his accedit Clericorum genus auariſsimum eſſe videri, necnon, & mulierũ

idcirco loco miraculi habetur quando donant, ex adnotatis ab eodemmet Tybe. con ſil. ſuo 32. num. 7. lib. 3. & vulgò dici ſolet, Clericos communiter habere quinq; in ſuis armis, quos enumerat Ioſep. Maſcard. conclu. 150. num. 2. vbi ſupra, quo loci poſt nu. ad huc 3. auaritiam quoq; adſcribit Medicis, & Iudicibus, vt ibi per eum. ex his itaq; ſic peroratis, non ne datur manifeſtè intelligi auaros, cupidoſq; auri cumulandi ardore in numerum Dei cultorū, minimè adſcribi? plura hoc in loco explicanda venirent, ſed ne ampliùs imoremur, id monitos eſſe velim candidos lectores, vt miſſa faciā cætera om-
106 nia, quòd † non ideo naſcimur, vt ea, quæ facta ſunt videamus, ſed, vt Deum ipſum factorem rerum omnium contemplemur, ex quò vnus eſt, cui inſeruire, obedire, ac cultū præſtare debemus, vt nos admonet Theodoſius, & alij Cæſares in l. 1. C. de ſum. Trinita. & fid. Cathol. & per illum tex. Tyber. Decia. tracta. crimina. cap. 1. nu. 2. lib. 7. tom. 2. qua ex re, ſi quis hominem, qui verè ſapiet interroget; cuius rei gratia natus ſit, reſpondebit intrepidus, ac paratus colendi ſe Dei omnipotentis gratia natum, qui nos idcirco generauit, vt illi ſeruiamus, non igitur oculus mundus, ſed Deus omninò contemplandus eſt. & in ſumma, qui vult ſapiēs, atq; beatus eſſe, audiat vocem Dei, diſcat iuſtitiam natiuitatis ſuæ ſacramentum noſcat, humanaq; contemnat, diuina ſuſcipiendo, vt ſummum illud bonum, ad quod natus eſt adi-
107 piſci inſigniter valeat, † & præcipuè, nec te fugiat, Pauperes adiuuare, & in neceſsitate poſitos, ex quò in hoc quoq; verus cultus cōſiſtit quemadmodū teſtati fuēre Cæſares ij Valentianus, ac Valens in l. 1. C. de Epiſco. audien. negotiatores inquiunt ipſi, ſi qui ad domum noſtram pertinent, ne commodum mercandi videantur excedere, Chriſtiani quib' verus cultus eſt adiuuare pauperes, & poſitos in neceſsitate, prouideant Epiſcopi, & per illū tex. Iacob. Menoc. conſ. ſuo 137. nu. 11. lib. 2. cum concomitantibus.

ARGVMENTVM.

Nec iures vana per ipſum, vbi de iure iurando, periurio, blaſphemia, euenientibus ratione continuati ſermonis. & an datio fidei æquiparatur iuramēto Iacob. Menoc. conſ. 786. num. 4. lib. 8. & quæ requirantur ad hoc, vt quis efficiatur periurus, vel exceptio periurij obſtet? Iacob. idem cōſil. 355. lib. 4. idem conſ. 891. lib. 9.

SVMMÆ.

1 *Deum mundi huius opificē, ob blaſphemias, ac periuria ira ſuccendi.*
2 *Iurans falſum, partem, Chriſtumq; Omnipotentem, offendere.*
3 *Modus theoricæ procedendi triplex diffinitiuus, diuiſiuus, & exemplorum poſitiuus.*
4 *Iuramentum adſumptionem fore Diuini numis ad confirmandam iurantis fidē, & nu. 5. vbi de alia diffinitione.*
6 *Iuramentum aliud conuentionale, aliud inditiale, aliud neceſſarium, aliud aſſertoriū, & promiſſorium.*
7 *Iuramentum tres comites habere debere veritatem, iudicium, & iuſtitiam.*
8 *Loqui in Paradiſo, per ſi, & non, demonſtratur, ex quadam puella, cuius ſpiritus raptus fuerat ad Cœlum.*
9 *Iuramentū præſtitū ſuper ſcripturis prophanis, ex forma legis, haud dari intelligitur.*
10 *Mentem ream; non herclè linguam, quem periurium facere deuſq; non manū, ſed cor interrogat.*
11 *Iuſiurandum factū in hęc verba in conſcientia mea, an probet quemadmodum ſi per Sacroſancta Euangelia iuratum eſſet?*
12 *Periurium eſſe mendacium iuramēto firmatum, ex Diuo Thoma.*
13 *Periuros mitra coronari, & aſinum conuerſim equitantes, atq; caudam manutenētes, per Ciuitatem duci, cū eiuſmodi inſcriptione, ne temere iures.*
14 *Periurum in vno, dumtaxat in totum excludi à teſtimonio, quamuis falſitas eſſet, circa aliqua acceſſoria, eſtque infamis, & nu. 15. Teſtis falſus in vno capit, an ſit falſus in omnibus ibid. nu. 14. remiſſiuè.*
16 *Periurium, ſpontaneum, conſumatum, atq; doloſum, requiri ad hoc, vt quis à teſtimonio reūciatur.*
17 *Teſtimonium periuri fruſtrà ſuppleri, tamquam ventoſum.*
18 *Iurans ſe ad carcerem rediturum iuſiurandū obſeruare debet, tametſi mortis periculum ſubſit.*
19 *Periurij pęnam remitti poſſe, per partem, quamuis id iam incurſum non permittatur.*
20 *Blaſphemus quis? & de blaſphemia ipſa demonſtrantur.*
21 *Terremotus, peſtilentias, & fames fieri ob blaſphemias, & ſimilia facinora his.*
22 *Blaſphematori quotidiano credēdum non eſſe, & quo pacto temperetur? explicari, num. 23.*
24 *Blaſphemantium pęna, ex Imperatorijs Sancionibus*

Digitized by Google

ctionibus in Regno quæ?

25 *Blaſphemum quem minimè probari, quod bis, vel ter, Diuinæ Maieſtatis nomen execratus fuerit.*

26 *Blaſphemiam eſſe ſi aliquis diceret, al diſpetto di Dio, ex veriori ſententia.*

27 *Hæreſim manifeſtam denotare illa verba, ò Dio mio, ſe non mi vuoi tu, togliame il diauolo, & de Hereticorum materia remiſsiue, num. 28.*

29 *Maris amariſſimi veſtigia minimè calcanda.*

30 *Deus Optimus Maximus beneficentiſsimus eſt.*

RACEMATIO 41.

EA Redemptoris noſtri Crucifixi, & mærore affluentia, apud Eſaiam pronuntiata comperiri, iam explorantiſsimum eſt, non ſum contumax, dorſum meum pono, ad flagella, & maxillas meas, ad palmas, faciem meam non auerti, à fœditate ſputorum; ob vehentiſsimam, erga nos mortales beneuolentiam, ſummumq; amorē, qui nos ſuo teſtamento adoptauit, ac malis vinculis liberatos, atque in lucem ſapientiæ productos, in hæreditatem Regni Cœleſtis aſciuit, vt vbiq; diuina cecinit ſcriptura † & tamen nos perſæpe blaſphe-
1 mamus, periuriaq; multa profundimus æternam offendendo maieſtatem, quam nempè longè grauiùs eſt lædere, quàm tēporalem, & Deus ipſe prouocatur ad iram, ex traditis poſt alios à Roland. Vallenſ. conſ. 63. num. 23. lib. 2. & conſ. 73. num. 18. conſ. 75. nu. 4. conſ. 8. num. 44. lib. 3. voluit Ioſep. Maſcard. conclu. 194. num. 14. lib. 1. de probatio. vbi grauiſsimum ſcelus ipſe ait Diuinam lædere maieſtatem, & cùm iuramentū ſpectet ad Eccleſiam, & ſit de iure Diuino, ex quò ſcriptum eſt, reddite iuramenta veſtra Deo, ex coaceruatis ab Innocentio Tertio Romano Pontifice, cap. & ſi Chriſtus de iure iurran. & ex eo quòd quis iurat acquiſitum eſt ius ipſi Deo, Hyppo. Marſ. conſ. 107. num. 16. Roland. Vallenſ. conſ. 99. nu. 12. num. 13. lib. 3. & conſ. 98. num. 24. & pau-
2 lò inferius, lib. 4. † ob id iurans falſum partem, Deumq; Omnipotentem, offendit Roland. idem conſ. ſuo 87. num. 16. lib. 4. cum itaq; ſim parumper de iure iurando ſermonē habiturus, quod, & multi faciendum eſt. Primò ſcire oportet, quid ſit iuramētū, memor pronūtiati, illius Romani eloquij tubæ Ciceronis, lib. 1. offitio. dum dicebat, omnis de aliqua re inſtitutio, quæ ratione ſuſcipitur à definitione proficiſci debet, vt intelligatur, qd
3 ſit id, de quo diſputatur, quandoquidem † modus theoricæ procedendi, rectus triplex eſt, diffinitiuus, diuiſiuus, & exemplorum poſitiuus, diffinitio verò eſt, breuis demonſtratio rei per oppoſitionem factam, quæ rei amplectitur proprietates ſeu malis diffinitio nihil aliud eſt, quàm demonſtratio eſſentiæ rei diffinitæ, vt poſt Bal. & alios docuit, Marcus Aquilinus in l. 2. in initio de verbo. obligatio. cum concordantibus alijs à conſiculo Ioſep. Cumia citatis ad caput, ſi aliquē Iacob. Siciliæ Regis, circa principia, & ſenſerat Hiero. Cagno. in l. omnis diffinitio, nu.
4 20. de regu. iur. † iuramentum ſic communibus ſuffragijs diffinitum legimus, nempè adſumptionem eſſe Diuini nominis, ad confirmandam iurantis fidem. vel ſic iuramentum eſt, inuocatio Diuini numinis in teſtimonium, etenim, qui aliquid ſe facturum cum iuramento promittit Deum ſuperantiſsimū, in teſtem promiſsionis illius, ac velut ſponſorem appellat, vlteriùs, qui aliquid affirmat negatiuè fore verum, iure iurando præſtito Chriſtum ipſum, in eiuſmodi veritatis teſtimoniū citat, vt potè Deus ſit affirmationis,
5 vel † negationis mirum inmodū teſtis, quēadmodum, ex permultorum auctoritate declarat, & egregiè comprobat Hyſpanus is Didac. Couar. cap. quamuis pactum, circa principia de pactis, lib. 6. vel ita ſecundum Tullium iuramētum eſt, religioſa affirmatio, idq; quaſi Deo promiſſoriè teſte ſeruādum, cui aſſentitur Aymon. Sauilia. conſil. 963. num. 15. lib. 5. quo loci, etiam aſſerit illud, à iure Cœleſti eſſe, & videndus eſt Tybe. Decia. tracta. crimina. cap. 7. nume. 3. lib. 6. tom. 2. facit pulchrum Tyber. eiuſdem reſponſum 66. num. 9. lib. 5. cum concordantibus alijs, à Sigiſm. Loffred. conſil. ſuo 12. nu. 29. & quid ſit abiurare, tangit idem Tyber. tracta. crimina. cap. 47. lib. 5. tom. 1.
6 Secundo loco † admonendi ſunt iuniores, qd iuramentum principaliter dirigitur in Deū, & multipliciter conſideratur, aliud enim eſt conuentionale, & eſt illud, quod partiū conuentione præſtatur. iudiciale, quod defertur à parte, parti Iudice approbante. neceſſarium, cuius ſpecies eſt, quando defertur in ſupplementum probationum, ad tradita per Iacob. Menoch. conſ. 401. nu. 162. & conſ. 454. nume. 9. lib. 5. ſunt, & aliæ iuramenti ſpecies nempè aſſertoriū; ac promiſſorium, de quibus raciocinatur Didac. Couar. loco ſuperius citato, nu. 3. ac Iacob. eodem conſil. ſuo 217. lib. 3. aliud fidelitatis, aliud aſ-

K 2 ſecuratio-

Digitized by Google

ſecurationis de qbus Rolan. Vallenſ. conſil.
52. lib. 3. & minimè eſſe debet, iniquitatis
7 vinculum † comiteſq; tres habere veritatem,
iudicium, & iuſtitiam. Philip. Dec. conſil.
403. num. 21. Roland. Vallenſ. conſ. 7. nu.
48. lib. 3. idem conſ. 60. nu. 68. lib. 4. alioquin deficiente vno, non eſt obligatorium,
Iacob. Menoch. ſcribit, conſ. 401. nu. 198.
lib. 5. cum concomitantibus alijs. & cum iuramenti ipſius materia periculoſa ſit, minimè admictitur repetitio, de vno caſu, ad alterum, ex eiuſdemmet Iacob. pronuntiatis,
conſi. 117. num. 47. lib. 2. eo accedat iuramentum, haud alicuius cenſeri roboris, per
quod veniale incurritur peccatum, ex conſcriptis ab Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 425. nu.
3. lib. 3. cum ſimilibus. Tertio loco indagā-
8 dum eſt, an † iuramentum ſit licitus actus,
per ſe, & verùm fuerit Euangelica lege prohibita iuratio? reſpondendum videtur prohibitum fore lege Euangelica, iuxta illud Matthæi cap. 5. quo loci Chriſtus dicebat, ſit ſermo veſter, eſt, eſt non, non hûc ſpectat, id
qđ Peruſij accidit, ſpiritus namq; cuiuſdam
puellæ annorum octo raptus fuit, ad Cęlum,
& poſtquam reuerſus fuit ſpiritus ad corpus,
puella religionem ingreſſa, dicebat, quòd in
Paradiſo, & ameniſsimo illo prato loquebantur ſi, & non, ſic ſcribit conſiculus And. Barbat. cap. inhærentes, num. 9. de iuramento
calum. vbi ſubdit, fratrem Antonium de Briſcia, Ordinis Prædicatorum retuliſſe, cum
quidā armiger confiteretur, ſibi dicebat abſtineri ſe non poſſe, à iure iurando in omni,
ſuo verbo, frater is pęnitentiam illi iniungit,
vt quando ita incautè iuraſſet orationem dominicam diceret, ſecunda vice cum poſtmodum audiuit eum confitentem retulit, ſe abſtinuiſſe pęnitus à iumento illicito, ob pęni-
9 tentiam illam, vt ibi per eum † ſed pro vera,
& effectiua reſolutione præcognoſcēdus erit
Didac. Couar. vbi ſupra, §. 6. per totum, vbi
ad ſaturitatem explicat, ad quem candidum
reijcimus lectorem. & an fas ſit per Chriſti
membra iurare? tangit quoq; idē, §. 1. quintò principa. nume. 6. at illud applicandum
eſt iuramentū pręſtitū ſuper ſcripturis profanis, quamuis dixerint contrahentes ſe ad Sacroſanta Dei Euangelia iurare, ex legis forma præſtitum minimè intelligitur, ideoque
nulliter præſtari fertur, magniq; refert iuramentum tactis, Sacris rebus præſtari, ex quò
maior incutitur timor grauiorq; imminet pęna iuramentum violanti, tactis Sacris præſtitum, quàm ſcripturis profanis. ſicut poſt cæteros enarrat Iacob. Menoch. conſ. 726. nu.

10 13. & paulo inferius lib. 8. † ſed quęro an iurans, verum iurare putans, ſi nihilominus falſum iuret, periurus exiſtimetur? Tyber. Decia. conſ. 125. nu. 7. lib. 3. inquit non ream
linguam, ſed mentem ream, quem periurū
facere, & qui putat iurandum verum dicere,
tametſi falſum dicat, minimè periurat, Deus
etenim cor interrogat, non manum. & alibi
idem conſ. ſuo 14. num. 46. lib. iſto, aſſerit
iurantem falſum credens iurare verum, excu-
11 ſari debere, vlteriùs ipſe quæro † vtrùm iuramentum factum in hæc verba in conſcientia mea, & per la confeſsione, che io ho fatta, probet, quemadmodum ſi per Sācta Dei
Euangelia iuraſſet? & quidem Tyber. ſuperius adductus non inficiatur, conſ. 40. num.
15. lib. 5. cum ſimilibus ab And. Gail. obſeru. 59. lib. 2. practic. obſeru. obiter quoq;
id prætetfluere non deſinam iuſiurandum ſanare minimè valere, atque ita duos ſupplere
defectus Philip. Dec. conſ. 239. num. 5. Nicol. Bello. conſ. 4. num. 4. poſt alios concomitantes Iacob. Menoc. conſi. 84. num. 48.
lib. 1. accedant ampliter congeſta per Horat. Mandoſ. in additamentis ad Ludo. Roma. conſil. 26. ad verbum iuramento longe
inferius, ibidem limita, pr. cum concordan-
12 tibus. quartò ad huc loco † prænotandum
eſt, quid ſit periurium, ex quò propria hûc
eſt illius ſedes periurium herclè nihil aliud
eſt, quàm mendacium iuramento firmatum,
ex Diuo Thoma, 2. 2. quęſt. 18. Nicol. Boer.
deciſ. 305. & poſt eos pulchrè, Tyber. Decia. conſ. ſuo 82. num. 35. lib. 5. idem Tyb.
conſ. 48. num. 30. lib. 3. vel dic, vt per eundem tracta. ſuo crimina. cap. 7. lib. 6. tom.
2. eſtq; crimen grauiſsimum, & non immerito, quid enim grauius periurio ipſo eſſe poterit? quo iuramenti Religio perſtringitur?
per quod Deus in teſtem, iudicemq; inuocatur? quo fit, vt plures iuris periti tenuerint,
id homicidio, ac adulterio ponderoſius eſſe,
quemadmodum poſt cæteros viros inſignes,
admonet Tyber. Decia. vbi ſupra, num. 35.
13 & inferius, multa venuſta † ſcribit Didac. Couar. cap. quamuis lib. 6. loco ſuperius adducto, §. 7. vt ibi per eum optimè declarātem,
parte 1. & piuri ſunt infames, ideoq; doctores, ſi de periurio conuincantur priuādi ſunt
doctoratu, & Iaſ. in l. ſi duo, §. vlt. nume. 6.
ff. de iur. iuran. venuſtè firmauit periuros
ipſos mitra coronari, & aſinum conuerſim
equitantes, atq; caudam manutenentes per
ciuitatem duci, cum huiuſmodi inſcriptione,
ne temere iures, cui aſſentiri viſus eſt Tybe.
Decia. loco prælibato, num. 36. idem conſ.
48. poſt

Digitized by Google

48. poſt nume. 30. lib. 5. nuperrimè citato,
14 cum concordantibus hinc † infertur periu-
rum in cauſſa, in qua agit ab agendo repelli,
Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 26. num. 28. lib.
3. & neq; poſſe abſolutionem à iure iurando
petere, vt ibidem num. 29. & in vno dumta-
xat periurus in totum excludi à teſtimonio,
etiam ſi falſitas eſſet, circa aliqua acceſſoria
Roland. idem conſ. 40. nume. 11. lib. 1. &
conſi. 94. nu. 15. lib. 4. conuenit, quod no-
uiſsimè declarando ponit D. Octauius Glo-
ritius in ſuo cõm. cap. ſuper literis in 1. not.
nume. 43. de reſcript. ex cuius doctrina ha-
bes, an, & quando teſtis falſus in vno capite
eſt falſus in omnibus, itaq; neq; in ciuili, ne-
que in criminali, cum in eo deficiat veritas,
quæ in teſte pura, ac ſimplex eſſe debet per-
iurum admitti ad tradita, per eundem Ro-
land. conſ. 57. num. 17. lib. 4. conſ. 7. num.
15 22. lib. 1. conſi. 6. nu. 9. lib. 2. & neq; † fa-
cere inditium ad torturam, ad cõdemnatio-
nem, nec ad capturam, tam, & ſi in tortura
depoſuerit, idem conſ. 94. nu. 21. eiſq; nul-
lam adhiberi fidem, cùm ſint infames, quã-
uis pœnitentiam egerint, idem conſ. 98. nu.
13. num. 17. lib. 4. & etiam ſi emendati de
delicto in ciuilibus, à teſtimonio repelli Ro-
land. idem ſcribebat conſ. 16. nume. 12. &
conſ. 73. num. 13. lib. 1. & an periurus dica-
tur, qui iuxta, ex cauſſa iuramentum deſerit
idem tangit, conſ. 99. num. 4. num. 25. lib.
16 3. cum concordantibus, & de periurio † quã
ærumnoſus ſit, & quo pacto peſſundetur ſcri-
bunt Iacob. Menoch. conſi. 175. nume. 23.
num. 27. lib. 2. & conſ. 343. nume. 49. lib.
4. Doctorum turbam more ſuo extraxit Io-
ſep. Maſcard. conclu. ſua 1168. de probatio.
per totum, & in ſpecie, num. 28. inquit pe-
riurium ſpontaneum, conſumatum, atq; do-
loſum requiri adhoc, vt quis à teſtimonio re-
pellatur, lib. 3. Aymo. Sauilia. conſil. 923.
num. 33. lib. 5. idem conſ. 857. nu. 12. vbi
periurij vitium quæſtionis ſupplitiũ non pur
gat, ideò teſtem periurum fidem non face-
re, quamuis poſt cruciatum, vel in cruciatu
teſtimonium dixerit lib. iſto, idem conſ. 821.
17 vbi in ſpecie, † num. 3. admonet periuri te-
ſtimonium ſuppleri minimè poſſe, vt ibi per
eum, lib. 5. at id ſcitu memoratuq; dignum
eſt, periurum eum minimè dici, qui officij,
aut pietatis cauſſa falſum aſſerit, velut cum
fidem à ſe datam negat in capaci, ſe hæredi-
tatẽ reſtituturum, Aymo. Sauilia. conſ. 760.
num. 7. lib. 5. alibi quoq; docet, idem Saui-
lia. conſ. ſuo 764. num. 5. & inferius lib. iſto
periurij vitium, quàm graue eſſe, vſq; adeo,
vt nec ſalutis corporis cauſſa fas ſit deiera-
18 re, & vt euitetur, quoduis ferendum erit, †
& ob id, qui iurauit ſe ad carcerem rediturũ
iuſiurandum ſeruare debebit, quamuis mor-
tis periculum ſubſit, vt ibi per eum latius
comprobantem de periurio multa, Iacob.
Menoch. tracta. de arbit. Iud. caſ. 319. ſed
alia pinguiori cornu, declarat Tyber. Decia.
tract. crimina. cap. 8. cap. 9. cap. 10. cap.
11. cap. 12. cap. 13. vbi ad ſaturitatem de
illius initio, progreſſu, & fine, quæ tibi cogi-
tanda relinquo, lib. 6. tom. 2. ſed quæro per
tranſemnam, an periurium tranſeat in hære-
dem, & reſpondetur, quod non, ex congeſtis
à Iacob. Menoch. conſi. ſuo 733. nume. 33.
lib. 8. vlterius quæro, an periurium remitti
valeat? & ſuper hac facti ſpecie dico, ex mẽ
19 te Tyber. Decia. conſi. 4. num. 21. lib. 4. †
periurij pœnam benè remitti poſſe, per par-
tem, atqui periurium iam incurſum, minimè,
vt ibi per eum alios citantem, cætera verò
hũc ſpectãtia ſuppleri poterũt per Iul. Clar.
§. periurium per totum lib. 5. ſententia. &
an reatus periurij tranſeat ad hæredes, And.
Gail. obſeru. 27. lib. 1. practica, obſeru. pœ-
na verò periurij eſt amputationis manus, ex
Imperatoris Fæderici Sancione, in conſtitu-
tionibus Regni tit. de periurijs eos, qui ſcien
ter periurant in iudicijs, vel extra detrunca-
tionem manus, ſuſtinere volumus ipſe ait.
20 Poſtremò loco adnotãdum erit aliquid † de
blaſphemijs ipſis, illæ namq; ad periuria tẽ-
merariaq; iuramẽta pertinere dicuntur, eſt-
que blaſphemus, qui nonnulla de Deo mun-
di huius opifice negat, quod ei cõueniat, vel
tribuat, aliquid ei, quod nequaquam conue-
nit, enimuero blaſphemiæ nomen dictare vi-
detur, quandam derogationem alicuius ex-
cellentis bonitatis, maximè diuinæ, & idcir-
co blaſphemus eſt, qui diuinæ derogat maie-
ſtati, bonitati poteſtatiuè illius detrahens, &
hæc propriè loquendo, ſed impropriè conuj-
ctum, quodlibet in Chriſtum Omnipotentẽ
prolatũ contumelia, aut maledictio reſpectu
Dei, aut immaculatiſsimæ Virginis Mariæ,
aut Sanctorum, blaſphemiæ nomen habent,
ad tradita per Iul. Clar. §. blaſphemia, vbi
de conſono * ſcribentium ore, vel mauis ad
hæreas diffinitionibus, Tyber. Decia. cele-
bri tracta. crimina. cap. 1. lib. 6. tom. 2. quo
in loco, poſt nu. 1. genericè definiuit blaſphe
miam eſſe contumeliam irreligioſam, & in
Deum maledictionem, illiuſque Sanctos, &
num. 5. vbi filiam ſuperbiæ nuncupat, quan-
do prouenit, ex deliberata, ac doloſa men-
21 te † ſcribit Didac. Couar. cap. quamuis de
pactis

Digitized by Google

pactis, part. 1. §. 7. num. 8. ob quod quippe flagitium valdè exclamat Cęſar in autent. vt non luxurien. hom. cont. natu. inquiens, ob tale facinus fames, terremotus, ac peſtilentias fieri, vt ibi per eum, quibus addo, ex recentioribus, Ioſep. Maſcard. concl. ſua 195. lib. 1. de probatio. per totum, & demum, quàm graue ſit ſcelus blaſphemia ipſa nullus vmquam ſatis verbis aſſequi valeat, quēadmodum idem Ioſep. conclu. 194. abundè tradit eo trahatur, Iacob. Menoch. de arbit. iud. caſ. 375. caſ. 376. caſ. 319. nume. 16. quibus in locis ſatis ſuperq; de materia plura penè infinita congeſſit, qua de re nō † immeritò iuris prudentes, & noſtri patres minati fuēre blaſphematori, quotidiano credēdum non fore, vt poſt alios Reland. Vallenſ. conſ. 63. num. 25. lib. 2. & ſic à teſtimonio repellendum, ex quò cum ſit Deo infidelis, hominibus fidelis eſſe nequit, confutantur, itaq; blaſphematores Dei, ac Virginis glorioſæ, ſicut de his omnibus fuſiùs docet Roland. idem conſi. 57. num. 43. conſ. 94. nu. 34. num. 35. lib. 4. hoc tamen temperamen to, vt † blaſphemi repellantur in cauſsis arduis, non herclè in cauſsis modici præiudicij, idq; locum ſibi obtinet in ijs, qui ex conſuetudine blaſphemant, ſecùs autem ſi ex iracundia, aliquando in ludo blaſphement, teſte ad hoc celebri, Tyber. Decia. conſ. ſuo 52. nu. 32. lib. 4. non nulla de materia ſcribunt Nicol. Bello. conſ. vlt. Aymo. Sauilia. conſ. 806. num. 13. lib. 5. de pęna verò ipſorum tangunt Didac. Couar. num. 10. Iul.

22 (marginal, at line "ra penè infinita congeſſit")

23 (marginal, at line "to, vt † blaſphemi")

24 Clar. locis nuperrimè citatis. at hodie † in Regno, iam adeſt conſtitutio eiuſdem Cæſaris Federici, tit. de blaſphemantibus, quo loci inquit, blaſphemantes Deum, & Virginem glorioſam, linguæ maliloquæ mutilatione punimus. eſt & alia pragmatica vulgatiſsima, 14. ſub tit. de varijs ordinationibus Ioannis de Vega, olim Regni huius Siciliæ Proregis optimè meriti, tom. 1. vbi impoſuit pęnam perforationis linguæ, eo quoq; loci pęnam ſtatuit arbitrariam aduerſus faciētes Sanctum demonis nomen Pragmat. 15.

25 at quæſtionis † eſt, quis probetur blaſphemus, & quo nam pacto? beneuole lector immemor non fuit, Alex. conſil. ſuo 72. lib. 1. vbi conſuluit blaſphemum, quē minimè probari, quod bis, ter, Diuinæ Maieſtatis nomē execratus fuerit, ſed probare oportebit illū ſæpius blaſphemaſſe, neque ſufficiet teſtem vnum deponere de vno actu, alium de alio, ſed ſinguli actus probari debēt, per duos teſtes, ſic Alex. conſ. 72. vbi ſup. quem ſequitur Ioſep. Maſcard. conclu. 194. lib. citato,

26 num. 1. cæterùm † illud monitum te eſſe volo, vt ſi aliquis forſan ea verba proferret, al diſpetto de Iddio, quòd in blaſphemiam incurrere putetur, vt per Nicol. Boer. deciſ. ſua 301. quo loci de veriori teſtatur ſentētia ne dū apud theologos, verū etiā apud Canoniſtas, atq; legiſtas, & iudicauēre domini de Sacro Conſilio Neapo. vt patet per Thomā Grammat. deciſ. ſua 50. & poſt eos oēs, cæteroſq; concomitantes Ioſep. Maſcard. loco effluxo, num. 5. de blaſphemia plura dicenda forent, ſed te conijcio ad Tyber. Decia. vbi ſupra, cap. 2. num. 4. & inferius vbi num. 11. num. 13. quærit, an ſit blaſphemia iurare, per pudibunda Chriſti Mariæ Virginis, Sanctorum, vel per Corpus, Membra, & Capillos Dei, & de atrocitate ipſius, idem cap. 3. nume. 17. vbi inquit exercitium eſſe proprium in inferno damnatorum & cap. 5. num. 2. quo loci examinat, an ſit blaſphemia dicere, al Corpo di Chriſto? & de pęnis blaſphemantium, idem exuberantiùs ſcribit ca. 6. & in ſpecie, num. 8. cum concordantibus,

27 vt ibidem, per eum † ſed quæro quid reſpondendum, ſi aliquis ſcelestiſsimus, à Chriſti Cruce forſitan alienus in huiuſmodi prorupperit verba, ò Dio mio, io t'hò fatto li chiodi, le pungenti ſpine, hor ſuſe non mi vorrai tu, toglianti il diauolo, & ita in ſuffragium ſuum demonem inuocauit, nūm talia horren da pronūtiata manifeſtam ſapiant hæreſim? quod, & verum eſſe cenſui. minimeq; impro bo, quēadmodum in ſimili reſpondebat Proculus, in l. qui vinum, §. vlt. in extremo, ff. de trit. vin. legat. ex adnotatis ab Oldra. con ſil. 210. & poſt eum, & multos commilitones Franciſ. Burſat. conſ. ſuo 7. num. 48. lib.

28 1. atquì ſi curioſus † lector, per tranſemnam opportuniores locos adire voluerit, ad hereticorum materiā, eccè affluenter ſcribit Doctorum cateruam more ſuo enarrans, tantus ille vir, Ioſep. Maſcard. concluſionibus ſuis 855. vſque ad eam, 863. lib. 2. de probatio. Iacob. Menoch. conſ. 218. lib. 3. cum concordantibus, & ſimilibus, ò lingua igitur benedic. Dominum Deum tuum noli amplius

29 blaſphemare ne † veſtigia maris amariſsimi calces, quod nempè ſolet dulces inglutire aquas, & poſtmodum felliſluas redit altè cane, & diuinam maieſtatem lauda, ſummum bonum, candorem verum, Eternum ſplendorem, ameniſsimum patrem, ò lingua nefaria, cur in eum venena, quotidiè euomis? cur diuinum numē, execrationibus proſcin-

30 dere conaris? non ne Deus ipſe Optimus † Ma-

Maximus beneficentiſsimus eſt? expaueſcere, itaq; ab huiuſcemodi facinore, & tibi ſit Iēſus ſēper in ore tuo,& nō iures vanū p ipsū.

ARGVMENTVM.

Sabbata ſanctifices, vbi multa ad diuinum cultum concernentia explicantur, & de decimis prædialibus diuino iure debendis, de quibus And. Alciat. conſil. 22. lib. primo.

SVMMÆ.

1 *Septemnarium numerum, cæteris longè præſtantiorem fore demonſtratur, & num. 2. nu. 3. & inferiùs.*

4 *Deus ſuperantiſsimus, poſt mundi creationē, ſeptima die quieuit, quæ nuncupatur Sabbatum, hoc eſt dies quietis.*

5 *Præceptorum quædam moralia, quædam ceremonialia, quædam Sacramentalia, & num. 6.*

7 *Sabbatum, apud Hebreos requiem, vel ab operibus ceſſationem dictare.*

8 *Sabbata, ne ſanctificentur ex cauſſa diſpenſari, vel remicti valere.*

9 *Doctores nùm diebus feriatis conſulere poſſint, examinatur, & nu. 10. & nu. 11.*

12 *Dominicæ diei celebratio, vtrùm diuino, an ne pontificio iure inſtituta? remiſsiuè.*

13 *Sacerdotum munus orare, benedicere, ac diuiris intereſſe Sacrifitijs.*

14 *Ludus alearum prohibitus eſſe debet, ob deſperationes, atq; blaſphemias.*

15 *Animam corpore pratioſiorem, ob peccata infelicem, alligatamq; cenſeri.*

16 *Deum operationum noſtrarum, remuneratorem fore demonſtratur.*

17 *Expuere in faciem, inter atroces cōnumerari iniurias, exemplum Saluatoris.*

18 *Decimæ à quolibet ſoluēdæ ſunt. debenturq; lege Diuina, Moſayca, Profetica, Apoſtolica, Ciuili, atq; Canonica.*

19 *Decima, & ius decimandi, quo pacto diſcrepent? emplicatur.*

20 *Decimas decimarum, fructus, fructuum, vſuras, vſurarum, an dari.*

21 *Decimas diuidendas, quādo perſona in vtraque Parochia habitauit.*

22 *Decimarum cauſſa, vti ſpiritualis, nùm poſſit per laicum iudicem præcidi?*

23 *Decimas vtrum per ſingulos teſtes probari? & num. 24.*

RACEMATIO 42.

PLuſquam manifeſtum eſt, ingenioſe lector, ſeptemnarium numerū cæteris perfectiorem eſſe ſplendidiſſimo, ad hoc teſte Romano Pontifice, in cap. 1. de Celeb. Miſſ. vbi Petrus An-
1 char. num. 10. exclamante Propheta, † ait ipſe, ſepties in die laudem dixi tibi, qui ſeptemnarius numerius à nobis impletur, ſi matutini, primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, veſperæ, & cōplectorij tempore noſtræ ſeruitutis officia perſoluamus. & quæ ſequuntur. ſic per illum tex. expreſsiùs ſcribit doctus ille feudiſta, Matthæ. Afflict. ad præludia in initio, de his, qui feud. dar. poſſ. dum ſeptem examinat, quæſtiones, cum concordan. ad rem hanc inſignia ſpectant exempla, & reſpecta humanorum inter cætera, huiuſmodi diffundenda fore putaui, ſeptem nāq; fuerunt Romani Reges, ſeptem ciuilia bella Hieremię que profetę tempeſtate, ſemptem ſapientes, ſeptemq; in grecia ipſa ſapientes memet, ſeptemnis, ſub nerone diebus arſit Romana Vrbs, ſeptem ſunt Imperij electores, ſeptēnoſq; actus requiriri, & ſolemnes, in Coro-
2 natione Cæſarum. in naturalibus † verò loca ea breuiter enarrari poſſent, nempè genitale ſemen in matrice, ſeptem conuertitur oris in humanam naturam, ſeptemniſq; menſib⁹ perfectum fore partum de ſententia incliti Pauli in l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. hom. & per illum tex. Ioſep. Maſcar. concl. 1146. poſt num. 2. lib. 3. de probat. & ferè per totum. docte cōmemorat Ioac. Mynſ. obſeru. 40. cent. 6. ſingu. obſerū. videndus eſt, Iacob. Menoch. conſ. 284. lib. 3. ac poſt partum ſeptem horis dignoſci, vtrùm natus victurus ſit, ſeptemniſq; horis hominem, abſq; reſpiratione viuere poſſe, ſeptem quoq; feneſtras habere corpora exploratiſsimū eſt, quibus ſuffragantibus gubernantur oculos, nares, aures, atq; os. ſeptem horis bonam fieri digeſtionem, & vt fiat bonum nutrimētum, ſeptem horis dormire oportet, ſeptēq; lucibus, quem abſq; cibo viuere poſſe, ſeptē
3 Planetæ † Cœlum exornant, Luna, Mercurius, Sol, Venus, Iouis, Mars, Saturnus. ſeptem ſunt liberales artes, animam decorātes, Grammatica, quæ Lunæ comparatur, Rethorica, quæ Mercurio Deo eloquentiæ aſsimilatur, Dialectica, Soli comparata, Aritmetrica, quæ Veneri aſsimilatur, Muſica, Marti comparata, Aſtrologia, quæ Saturno comparatur, Geometria, & hæc Ioui adſcribitur, atqui reſpectu diuinorum ea me impellunt exempla,

Digitized by Google

exempla, ecce Pſalmi pœnitentiales ſunt ſe-
ptem, Eccleſiæque Sacramenta ſeptem, Dei
Redemptoris nomen ab hæbreis, ſeptē ſcri-
bitur literis, ſeptemnos fore in Cęlo ſpirituũ
Beatorum ordines, & antè Chriſtum ſeptem
ſunt intelligentiæ, illiſq; datæ ſunt ſeptem tu
4 bæ, Spiritus ſancti dona † ſeptem, per quæ
numerum iſtum ſeptemnarium Spirituiſan-
cto conſecrari cenſetur. quæ quidem dona
apud Zachariam, ſeptem dicuntur oculi Sal
uatoris ipſius. ſeptemq; lampades ante tro-
num Dei ardebant, candelabraq; aurea ſep-
tem, & in medio eorum ſimilis filio hominis,
atq; habebat in dextera ſua ſeptemnas Stel-
las, quemadmodum legitur in Apocal. viſus
quoq; fuit agnus ſeptem habens cornua, ocu
loſq; ſeptem, & codex obſignatus, ſeptem
ſigillis cumq; repertum fuiſſet ſeptimum fa-
ctum fuit in Cœlo ſilentium. & in ſumma ſu-
perātiſsimus Deus poſt mundi creationem,
ſeptima die quicuit, quæ nuncupatur Sabba-
tum hoc eſt, dies quietis, de quo in præſen-
tia ſermonem facimus. & pro faciliori intel-
5 lectu prænotandum eſt, in iure diuino† inue-
niri præceptorum quædam moralia hoc eſt,
quibus hominum mores informantur, quem-
admodum illa non furaberis, minimè occi-
des, honora patrem, & matrem, quæ quidē
immutabilia ſunt, eorumq; tranſgreſsio mor
tale peccatum inducit. quædam verò cere-
monialia ſunt, vt ea non arabis cum boue, &
aſino, veſtem lana, linoq; contextam non fe-
res. & de legibus conſilij, & præcepti, quo-
modo diſtinguantur, & arctent ad peccatum
mortale multa præclara ſcribit Hieron. Alb.
conſ. ſuo 27. per totum. quædam ſunt Sacra-
mētalia, de quibus ratio reddi poteſt, vt po-
6 te de circunciſione † atq; obſeruatione Sab-
bati ſicuti fuſiùs docet And. Barbat. cap. cũ
tanto: nu. 38. de conſuetud. præcognoſcen-
dus eſt, Tyber. Decia. tracta. ſuo criminali,
cap. 11. num. 4. num. 8. lib. 2. tom. 1. atq;
Sigiſ. Ioffredus conſi. 50. num. 14. num. 17.
num. 18. vbi multa locupletiora ſcripſit, vel
dicamus vna cum Didaco: Couar. capit. 19.
variar. reſolut. lib. 4. præceptum decalogi
de Sabbatis ſanctificandis, partim morale,
partim ceremoniale exiſtimari, ceremoniale
reſpectu, certi temporis, quo mortales opor
tet diuino cultui vacare, enimuerò, qđ hoc
die, vel illo feſtum celebretur ad ceremo-
nialem pertinet legem, morale autem, ex
quò cuncti nos Chriſtiani, cùm aſtringamur,
vnum colere Deum, tempus aliquod ſecer-
nere debemus. atque ideò à cæteris actibus
prophanis, nos ipſos eximere, illudque Deo
Optimo Maximo colendi, venerandiq; gra-
tia dicare vt, vberiùs atq; meliùs declara-
rat Didac. Couar. præcitato loco, nu. 2. &
7 paulo inferiùs. ſed † quæro, & primò, quid
dictet pronunciatum id Sabbatum? & qui-
dem pro iunioribus ſciendum eſt, apud he-
breos requiem denotare, vel ceſſationem ab
operibus, & ob id diem ſeptimum hebdoma
dæ Sabbatum dictum fuiſſe, ex eo quia fue-
rit in requiem deſtinatus. ſeptimus dies Do
minus ait, erit vobis Sanctus Sabbatum, &
requies Domini. homines namq; aliquo ſal-
tem deſtinato tempore intenti contempla-
tioni, ac venerationi Dei omnipotentis, eſſe
debent, gratiaſq; Deo ſuperātiſsimo agere,
à quò tot beneficia gratuitò acceperunt, ex
congeſtis, à Didaco Couar. vbi ſuprà nu. 1.
& poſt num. 2. & ſub nume. 6. vbi diſputat,
cur Sabbatum in Dominicum diem mutatũ
fuerit, atq; de multis alijs materiam ipſam
latè, & ſubtiliter concernentibus, plura inſi-
gnia coaceruat Pet. Foller. ſua prax. cenſua.
verb. Nicolaus Epiſcopus, num. 134. num.
8 136. quæro † ſecundo loco, vtrùm ne Sabba-
ta ſantificentur, ex cauſa remicti, vel diſpē-
ſari valeat, concluſiuè loquendo reſpondeo,
quod, & ſi ſcriptum ſit diuina lege Sabbata
ſanctifices, actamen ex cauſſa remicti vale-
bit, præceptum hoc, & ſuper eo diſpenſari,
quemadmodum comprobat, Alex. conſi. 1.
nume. 3. lib. 2. & poſt eum corroborat inſi-
gnis Tyber. Decia. conſ. 26. num. 23. pau-
lo poſt lib. 4. idem conſi. ſuo 68. nume. 21.
lib. 5. cum concordant. vlteriùs, & tertiò
quæro, an feriatis diebus conſuli valeat? iu-
9 cunde † lector duæ extitēre ſententiæ, qua-
rum prima fuit Panormitani Abbatis, & cæ-
terorum cap. 1. de fer. Iaſo. poſt plures iuris
interpretes, in l. Diuus, num. 3. ff. de fer. ex
quibus pronuntiatis, eo ventũ eſt, vt putent,
minimè fas eſſe conſulentibus reſpondere, ſi
id fiat, ex honorarij, aut mercedis cauſſa, ex
quò tunc ſeruile opus eſſe cenſetur, à quò nē
pè Chriſtianos prohiberi compertiſsimũ eſt.
atqui altera ſententia fuit nonnullorum exi-
ſtimantium, quòd ſalua conſcientia feria-
tis ad huc diebus conſultum, quempiam de
10 iure † reſpondere poſſe, quamuis, ex hono-
rarij cauſſa, vel palmarij ratio hęc eſſe vide-
tur, quià couſulere, ſcribere, ac ſtudere, ſer-
uile minimè eſt, ſed ſpirituale hoc eſt. men-
tis, atq; ſpiritus. quid itaque tenendum? &
herclè ipſe procliuior forē in huiuſmodi opi-
nionem poſteriorem, & * veriorem, equio-
remq; conſtituendo, tamen duos, & Princi-
pes caſus primus ille ſit, quòd ſi fortē iuris
prudens

Digitized by Google

prudens intentionem haberet ad lucrum ip-
ſum inhiandi,& tunc ex quò non dicitur ca-
ritate vti, ſed citiùs inſpirandi votum habe-
re ad palmarium ipſum, quod vtique exiſti-
matur id cum peccato facere,merces namq;
& lucrum opus faciunt ſeruile argum.eorum,
quæ pulchrè ſcribit Roland. Vallenſ. conſil.
11 15. num. 19. & inferiùs lib. 4. alter † ſit, vt
ſi vulgaris, & notoria fuerit conſuetudo die-
bus; quoq; feſtiuis conſilia reddi, & tunc fa-
tendum eſt, Iureconſultum abſque peccato
conſulere poſſe dummodo illa haud omictar,
quæ ſi omicteret, quippe peccaret veluti; ſi
diebus feſtiuis ob conſulẽdi munus Dei om-
nipotentis verba negligeret, vt potè Miſſas
audire, & cętera non diſsimilia his, ad quæ
omni conatu aſtringimur, ſic ſuauiter admo-
net Tyber. Decia. apolog. ſua, cap. 22. nu.
12 38. cum ſimilib. quarto loco † dubitatur, an
diei Dominicæ celebratio inſtituta ſit, iure
Pontificio, an ne Diuino, & quid de ieiunio,
vtrùm iure naturali, vel diuino inſtitutum,
Dida. Couar. præallegato loco nume. 6. te-
nuit poſt Abbat. Panorm. & alios diei Domi
nicæ feſtum diuino iure inſtitutum fuiſſe. at
de ieiunio idem eleganter, & doctè tangit
cap. 20. varia. reſolut. lib. 4. vbi per totum,
multa per vtilia, atq; venuſta explicat, vt ibi
per eum. ex quò liber eſt impreſſus, & reli-
qua hûc ſpectãtia curioſus lector ſupplebit,
quem nos miſſum facimus ad commentaria
eiuſdem Hyſpani, quando plus otij fortè na-
cti erimus Deo auſpice, diffuſiùs ſcribemus.
Ex precitatis infertur, quòd in ſufflatio ſpi-
ritus vitæ inſtantiæ peremtæ non poteſt fie-
ri die feriato in honorem Dei Roland. Val-
lenſ. conſ. 47. nu. 69. lib. 2. illud applican-
dum eſt, ferias per eum probari debere, qui
illas allegat. quandoquidem dies omnis prę-
ſumitur iuridica, niſi feriata appareat Ioſep.
13 Maſcard. conſ. 765. lib. 2. de probat. † or;
videamus quæſo, qui ſint hi Sabbata ſantifi-
cantes, an ne Sacerdotes, & Clerici, credo,
quòd ſic. quorum munus eſt orare, ſacrifitijs
diuinis intereſſe, benedicere, & ſimilia his,
de quibus ad ſaturitatem Franciſ. Burſat. cõ
ſil. ſuo egregio 121. num. 79. & inferiùs lib.
1. an ne forſitan concubinarij, vocares, lur-
cones ebrij, certè non immò diebus Domi-
nicis, ceteriſq; feſtiuitatibus conantur infan-
da bacchanalia proſequi. & de luſoribus, q̃d
dicemus? & nempè citiùs excogitant, quo
in loco valeant, ſatiùs commodiùſq; taxillis
ludere, & quo pacto conſotios improbos, ac
infames circumuenire, vel decipere, quàm
Miſſas, & alia diuina Sacrificia rectè intelli-
14 gere, † qui quidem ludus alearum præſertim
ob blaſphemias prohibitus eſt, & ſi fortè ſum
memor legi araneis ſimiles eſſe luſores, non
nulliq; ex ipſis facultatibus perditis, veneno
ſe interfecerũt, aliquos homines ob blaſphe-
miam terra abſorbuit, & fulgure perierunt.
& aliquibus luſoribus, ob blaſphemiam ali-
quando in menſam luſoriam oculi cecide-
runt, & aliquandò propter eorum ſubſtantiã
in ludo deperditam conſuetos fuiſſe imagi-
nes Dei, ac Sanctorum percutere, quemad-
modum de his omnibus, & alijs dictu horren
dis amplè ſcribit Franciſ. Niuius opin. cõm.
468. 469. lib. 2. & ipſe cũ Neapoli ſtuduiſ-
ſem, anno 1590. vidi furca ſuſpendi, quem-
dam ſceleſtum luſorẽ, qui deturpauerat cũ
ſuo pugione imaginẽ Immaculatiſsimæ Vir-
ginis, ob diſperationem in ęde Diui Ioſeph.
nella ſtrada vulgo detta della incoronata, ex
adnotatis ab Hyppo. ſua crim. prac. §. & quia
num. 25. & in hoc Siciliæ Regno compilatæ
fuerunt multe conſtitutiones fęlicis recorda-
tionis Marci Antonij Columnę ſub titu. del
gioco vietato, per ſex paragraphos parte ſe-
15 cunda. † ò anima pręcioſior corpore per pec
cata infęlix, & ligata detineris, Philip. Dec.
conſ. 602. num. 25. Tyber. Decia. conſi. 5.
nu. 93. lib. 1. quis non egrè ferat? quis mę-
ſtitia non affluatur? & Deus lento procedit
gradu, ex Valerio Maximo, & apud dantem
legitur, la ſpada di colui non taglia in fretta,
ſicuti ſcripſit Andreas Barbat. in capit. cum
tanto, ſub num. 8. num. 15. nu. 16. de con-
ſuetud. flectamur igitur obſecro diuinis prę-
ceptis, & amplius nolimus in peccatis per-
ſeuerare, quandoquidem perſeuerantia ope-
ratur, vt augeantur uires peccati, atque gra-
uior venit imponenda pęna quemadmodum
nos, vbique diuina ſcriptura ſuauiter admo-
net, ſenſit Andreas, vbi ſup. nu. 2. cum con-
cord. alijs à Maſcar. citatis, concl. ſua 838.
16 lib. 2. de probat. † eſtq; receptiſsima ſen-
tentia multum conferre opera noſtra ad vi-
tam ęternam conſequẽdam, prout è contra-
rio opera iniqua, & praua damnationis ęter-
nę pęnam promereri, ſapient. cap. 10. ha-
betur, & reddidit iuſtis mercedem laborum
ſuorum, & deduxit illos in vita mirabili, &
Geneſ. cap. 4. conſtitutum eſt, non nè ſi benè
ęgeris, recipies; ſi autem malè ſtatim in fo-
ribus peccatum aderit. remunerator itaque
eſt Deus operarum, vt latiſsimè commemo-
rauit Iacob. Menoc. conſ. ſuo 82. circa prin-
cipia, & num. 9. lib. 1. inuocemus itaq; do-
minum Deum noſtrum, ne dum verbis, ſed
corde, & mente, intimiſq; viſceribus clame-

Digitized by Google

mus, iuxta illud, cor hominis diſponit viam ſuam paratum cor Deus meus, ſicut piè docuit, Tyber. Decia. Apolog. ſua, capit. 22. num. 36. nu. 37. † eccè Saluatorem noſtrum atroces paſſus iniurias, vt noſtra ſalus foret. & inter cętera nos quęſo moueat, id, dū Phariſei expuebant in faciē eius, vt deuotè quoque ſcribit Tyber. idem conſi. 27. nume. 4. lib. 4. ab eo, quippè, factitatum eſt, ex illo infinito affectu, ad genus humanum ſeruandum, vt quæ rapta ab eo non eſſent, volens exolueret pſal. 68. Aymo. conſil. 707. poſt nū. 5. lib. 4. Sabbata igitur vnus quiſq; ſantificet, ne immemor, atq; excors beneficiorum ſit.

17

At qui illud concinnandum eſt, nempè ſub

18 iſto præcepto † contineri decimas, ad quas ſoluēdas, quilibet tenetur. Deus etenim neminem excipit à ſolutione ipſarum, quemadmodum latiùs ſcripſit Roland. Vallenſ. cōſil. ſuo 53. lib. 4. num. 2. & inferiùs, vbi nu. 5. ſubdit, ad illarum ſolutionem teneri parochianos, poſſeſſores, & qui fruges terræ percipiunt, vt ibi per eum, alia multa exagerantem, debitæq; dicuntur decimæ lege diuina, Moſayca, Profetica, Apoſtolica, Canonica, & Ciuili, Aymo. Sauiſ. conſ. 775. num. 8. & paulo poſt, lib. 5. idem conſil. 479. num. 3. lib. 3. ſuntque cibus in domo domini, vt per Iaſo. alia multa docentem, conſ. ſuo 19. lib. 3. circa princ. quamuis Eccleſia Collapſa, & rectoribus vacante, qui Sacra miniſtrent, ſileat obligatio decimarum, Paul. Caſtrenſ. conſ. 38. lib. 1. & poſt eum, Aymon. idem, conſ. 461. num. 43. conſ. 499. num. 20. lib.

19 3. cum concordantib. ſed † quæro, & pr. in quibus differant decima, & ius decimandi, reſpondeo, quòd cū conceditur decima debet intelligi de præſenti decima, iam impoſita, cum verò dictum eſt, ius decimandi, tunc non tantùm reſpicit, ius quoad decimas, quæ in præſentia percipiuntur, verum etiam aliarum reſpectu, quæ in futurum imponerentur, quemadmodum aliud eſt, concedere fructus talis predij, & aliud eſt, concedere ius fruendi, & ita declarat Tyb. Decia. conſ. 22. num. 36. lib. 1. & quid ſit Decima pulchrè, Card. Zaba. conſ. 26. ſecun-

20 dò quære † an dentur decimæ decimarum breuiter quoq; reſpondendum eſt, quæmadmodum non permiſti fractus fructuum, vſuras, vſurarum, vicariū, vicarij, ſeruitutes ſeruitutum, fideiuſſores, fideiuſſorum, pari ratione decimas decimarum, ex ordinaria poteſtate minimè conſtitui poſſe. ſic abundè, Tyber. idem, conſi. ſuo 49. num. 50. & latè inferiùs, lib. 2. vbi multa præclara. tertiò

21 quæro † an decimæ ſint diuidendæ, quando perſona in vtraque Parochia habitans, ſit vtriuſq; Parochianus, & quidem inuenio, qđ ſic, quādo huiuſmodi perſona equaliter verſatur, & habitat in vtraq; Parochia. & ita tenuit, quiſquis ille ſit, inter cōſilia Iacob. Menoch. 398. num. 4. lib. 4. vbi in ſubſequenti alio reſponſo, num. 42. & num. 45. explicatur, circa habitationem ad faciendum, quem Parochianum, vt ibi per eos, cum ſimilibus.

22 quartò † quæſitum eſt, an laici incapaces ſint iuris decimādi, & an cauſa decimarum, vbi ſpiritualis, poſſit per laicum iudicem decidi, prænotandus eſt, Tyber. Decia. conſi. 39. per totum, vbi diſtinguit, an titulus ſuper decimis quęſitus per laicum fuerit antè, vel poſt concilium Lateranēſē, nam ſi poſt, exploratiſſimum eſt, illos incapaces fore, & ibidem poſt num. 29. & num. 38. ſcribit communem * opinionem fore de decimis, & alijs Eccleſiaſticis rebus compromitti poſſe, in laicos, vt ibi per eum lib. 4. multa Andr. Gail. obſeru. 38. lib. 1. prac. obſer. illud applicandum eſt, quòd cùm decima ſit de iure diuino, & ſit ius ſpirituale, vt per Tyberium eundem conſ. 54. nu. 14. & inferiùs lib. iſto, à laicis poſſideri non poteſt, Iacob. Menoc. conſ. 291. nu. 42. lib. 3. præcognoſcendus eſt, Ioſep. Maſcar. concl. 1322. nu. 12. & nu. 13. & paulo poſt, de proba. lib. 3. atq; Iaſ. conſ. 93.

23 lib. 1. poſtremo † loco quarto, nunqđ decimæ probētur, per teſtes ſingulares veluti ſi vnus dicat vidiſſe Eccleſiam recipere, vno anno decimam de ordeo, alij vno anno decimam de fabis prædij talis, alij de frumento, & ſimilibus, & nempè multi Doctores tenent, qđ quamuis probatio facta ſit per huiuſmodi ſingulares teſtes, nihilominus valida iudicanda erit, rei cuius ratio ea affertur, ex quò in decimis tempus, atq; locum de ſubſtātia actus minimè eſſe, & ob id, ꝓbabiliter ob eſſe cēſe-

24 tur, ſi vnus † deponat de vno tēpore, & alius de alio ſic, Guid. Pap. deciſ. 544. Aymon. Sauilia. conſi. 78. lib. 1. cum alijs à Ioſeph. Maſcard. congeſtis, conclu. ſua 483. lib. 1. de prob. And. Gail. obſeru. 66. nu. 12. lib. 2. prac. obſeru. ipſe illum videto, ſi placet. illud quoque applicandū venit, aumenti acceſſioniſq; decimam ad eoſdem ſpectare, ad quos principales decimæ ſpectant, quemadmodum reſpondebat Io. Cepha. conſ. ſuo 367. nume. 28. lib. 3. & inter immobilia connumerantur Roland. Vallenſ. conſi.

1. nume. 129. lib.

2. quoq; 3.

AR-

ARGVMENTVM.

Habeas in honore parentes, in quo quarto decalogi præcepto, aliqua non inelegantia commemorantur, quæ ex ſummis iam patent.

SVMMÆ.

1 *Tempora trina in conſideratione haberi nouemq; iura, à creatione veterrimi Patris Adæ, vſq; ad hæc odierna, & nu. 2. vbi de iure gentium pinguiori cornu enucleatur, remiſſiuè.*

3 *Chriſtus generationis humanæ Redemptor, Aeterno Patri, ſuaq; Matri immaculatiſſimæ ingentem exhibuit reuerentiam.*

4 *Filios non honorantes Patrem, ac Matrem maledictos, ex pluribus auctoritatibus.*

5 *Prohibitus de non receptando bannitos, Patrum perſonas minimè comprehendere.*

6 *Exhæredationē in locum maledictionis ſubrogatam demonſtrari.*

7 *Filij parentes diligere præſumuntur, quemadmodum, è contrario.*

8 *Tēpora hodierna lachrimoſa, funebria, pernicioſa, atq; lethalia.*

6 *Parricidium crimen atrociſſimum, & parricidas ſucceſſione paterna, iure ipſo priuari.*

10 *Pater vtrùm famis neceſſitatis tempeſtate filium vendere valeat?*

11 *Patriæ nos debere quemadmodum, & parentibus iura, & prudentes ſuadent.*

12 *Patres expaueſcant, ne patiantur filios ſuos dominari in vita ſua, & caueant tāquam ab igne illis donationes facere.*

13 *Patrem opulentiorem in maiori reuerentia eſſe magiſq; à filijs ipſis timeri.*

14 *Bannitum filium à patre ali debere oſtēditur. filius, qui ex opere, & induſtria ſua victū ſibi querere poteſt, an poſſit petere à patre alimenta ibid. Pater, qui non habet pro ſe, & filio non tenetur preſtare alimenta filio ſuo ibidem.*

15 *Patrem teneri debitum filij contractum, pro victus neceſſitate ſoluere.*

16 *Filius familias ſtudiorum cauſſa mutuum accipiens excep. macedon. opponere non poteſt.*

RACEMATIO 43.

AGgreſſuro mihi quartum decalogi præceptum nonnulla premittenda fore putaui, pro eius ornatu ſaltem pro titunculis ipſis, quæ tametſi vulgaria, & per mille manus tradita illorum
1 tamen humilitas me non deterrebit † prænotandum itaque erit à tempore quo Deus Optimus Maximus, creauit Adam veterrimum patrem præſuppoſito tempore nūcupato ante legem adinuenta fuêre, tria iura, nempè lex naturalis communis, lex naturalis rationis, & lex dicta ius gētium, acceſſit poſtmodum aliud, & ſecundum tempus denominatum ſub lege, vbi quoq; alia tria exhorta fuere iura, hoc eſt, lex Maſayca, lex Prophetica, procedente demùm tempeſtate ſuperuenit aliud tempus, quod denominatur gratiæ, in quo Deus glorioſus incarnari voluit, in quo adhuc tempore fuerunt proditæ aliæ, & trinæ leges, lex Euangelica, lex Apoſtoli-
2 ca, ac lex canonica † de quibus exuberātiùs tradit poſt Panor. Abb. & alios Rebet. Maran. in ſuo ſpec. aur. 3. part. prin. nume. 2. num. 9. nume. 29. cum concordantibus. ac lege naturali rationis, vel iure naturali, ſecundario traditum eſt, vt vim atq; iniuriam propulſemus, vt Religiones apud Deum, qđ tibi non vis alteri ne feceris, & è contrario, & vt parentibus, ac patriç pareamus. vt ibidem explicat Maran. nume. 5. memor fuit Tyber. Decia. tract. crimina. cap. 10. lib. 2. tom. 1. cui trahatur pulchrè, Marcus Aquilinus ad rub. de verb. obligatio. nume. 112. & inferius, vbi pinguiori cornu declarat, parentibus igitur adhibeatur honor, & reuerē-
3 tia, quemadmodum, † & Chriſtus generationis humanç Redemptor exemplum dedit nobis inſigniſsimum in ſua Sacratiſsima Paſſione, vbi Patri Æterno ſummam exibuit reuerentiam in Cruce ipſa, dum ſe ad mortem Crucis, vſq; humiliauit, vt debitum illi honorem aduerſus iniuriam à nobis illatam impenderet. debitam quoq; exibuit reuerentiā matri ſuæ, cui non ſolummodo ſubiectus fuit, verum etiam in Cruce pendens magna cum diligentia dilecto diſcipulo comendauit illam. ſunt qui velint, vt ſub huiuſmodi precepto, Honora patrem contineantur, & patres ſpirituales, ſicuti ſacerdotes, quibus omnis reuerentia, & honor debetur, ob ſpirituale pabulū qđ nobis ſubminiſtrāt, quod verū ipſe cenſeo, ex adnotatis à Matthço Afflic. ante Neapol. decif. in initio ſuç prçfationis, ego extēderem ad ſoceros reſpectu generū; ex conſcriptis à Tyber. Decia. conſ. 74. nu. 33. lib. 5. ad prçceptores, quoq; etenim obediendi ſunt, vt Patres, ex coaceuatis à Tyb. eodem tracta. crimina. cap. 14. num. 6. nu. 8. lib. 3. tom. 1. & cap. 9. nu. 6. lib. 9. tom. 2. vbi de occidente patrem ſpiritualē, quòd

parricida iudicetur, cum ſimilibus à Roland. Vallenſ. congeſtis, conſ. ſuo 18. num. 27. &
4 inferius lib. 2. † & attende diligenter quæſo, quæ verba legantur deuto: ſtupenda; maledictus, qui non honorat patrem ſuum, & matrem ſuam, dixitq; omnis populus amen; & alibi, qui maledicit patri ſuo, & matri extinguetis lumen eius in medijs tenebris, & qui honorat patrem ſuum, vita viuet longiore, & alibi quàm malæ famæ eſt, qui derelinquit patrem, eſtquè maledictus à Deo, qui exaſperat. & alibi, qui affligit patrem, & fugit matrē, ignominioſus erit, & infęlix, & Apoſtolus ait, filij obedite parentibus veſtris in Domino, cum multis alijs, à Pet. Foller. coaceruatis in ſua prax. cēſua. Nicolaus Epiſco-
5 pus, nu. 142. & longe inferius, fol. 75. † hinc inferri poſſe videtur ad ius noſtrum Cęſareū prohibitionem nempè, de non receptando bannitos minimè cōprehendere patris perſonam, quemadmodum pulchris medijs cōprobat Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 309. lib. 1. idem conſ. 45. poſt. nu. 1. lib. iſto, & conſi. 697. num. 6. lib. 4. cum ſimilibus, & videndi ſunt Socc. Iun. conſil. 54. lib. 3. atq; Iacob. Menoch. conſi. 74. num. 22. lib. 1. vbi declarat, qua pęna affluenter docuit, And. Gail. cap. 10. lib. 2. de pac. publ. num. 19. facit in ſimili, quòd adnotauit Roland. Vallenſ. conſi. 47. num. 33. lib. 3. non ob ſtatuto prohibente aliquem audiri, quòd nihilominus, pater ad defenſionem filij admittitur pro intereſſe, & de reuerentia parentibus præſtanda ſcribit Tyber. Decia. tracta. crimina. cap. 9. lib. 9. tom. 2. num. 7. in tantùm illam deberi, quòd ſi quis maledixerit patri, aut matri morte moriatur, vt ibidem latiùs per eum, hinc filium ob grauem iniuriam patri illatam exhæredari poſſe, vt in ſimili conſtitutum fuit Geneſ. capit. 9. ex eo, quia Noè iuſtè maledixit Chanaam filium ſuum, qui nunciauit fratribus, quòd viderat pudenda patris nudata, ob ebrietatem, benedixitq; filio Sem qui virilia ipſa noluit videre, neq; alijs oſtēdere, ſed illa cooperuit, fillalis enim pietatis eſt, minimè defectus patrum propalare, maxima namque iniuria iu-
6 dicatur, & exhæredatione digna. † Exhæredatio autem tempeſtate noſtra in locum maledictionis parētum ſubrogata eſt, prout me meliùs docuit Tyber. Decia. conſil. ſuo 51. num. 52. & paulo inferius lib. 4. hinc filium non poſſe vocare parentes in ius ſine venia, illoſq; ali de facultatibus filij defuncti, etiam ſi crudeles de re legati, ex eodem Tyb. cōſ. 83. num. 21. conſil. 12. num. 5. lib. 5. hinc filios minimè cogi aduerſus parentes teſtimonium perhibere, quinimmò, ſi teſtificentur teſtimoniū id reijcitur, ſi ſpernant, quoq; voluntatem illorum, vt bona remaneant in familia ijs odioſos fieri Tyber. idem conſil.
7 48. num. 17. conſ. 34. num. 84. lib. 3. † Ac illud applicandum eſt, filios pręſumi parentes diligere, Iacob. idem conſ. 78. nume. 9. lib. iſto, quemadmodum è contrario, vt parentes præſumantur filios ſuos ſumma beneuolentia, & amore proſequi, atq; complecti, vt exuberātiùs tranſcripſit copioſus Maſcar. conclu. ſua 1149. de probatio. lib. 3. ſed illud pretermittere non deſinant, patres quippè; vt ſemper caſtigent eos, & cuſtodes perſæpe recte ſint, vt admonet Iacob. idem conſil. 98. nu. 65. lib. 1. hinc quoq; dicendum eſt, patrem cenſeri liberatum à reditione rationum, ſi à filio tutor relictus fuerit, ſic poſt plures tradit Iacob. idem conſ. 22. num. 4. lib. iſto niſi eſſent bona, in quibus patri non competeret vſuſfructus, vt in ea facti ſpecie, per Aymo. Sauilia. relata conſil. 936. num. 5. lib. quòq; 5 multa cumulari poſſent, quæ
8 breuitatis cauſſa ſilentio inuoluo † atqui hodie deuenimus ad hæc funebria, lacrymoſa, ſanguinea, aſpera, pernicioſa, lethalia, & exitialia tempora, vt cum Aymo. Sauilia. concinam conſ. ſuo 294. ante num. 1. vt videamus filios inſeuire, quia patres ipſos, velut canes generoſos, pleriſq; iniurijs eos improbè afficere, & plerumque Dij faxint, illos nō iugulent, perimant, abſorbeant, veneno extinguant, & ob id non immeritò aduerſus filios inſurgunt iura, vt per Iul. Clar. §. parricidium per totum, quodque graue ſit, decla-
9 rat Iacob. Menoch. conſil. ſuo 480. lib. 5. † vbi atrociſsimum nuncupat, & aduerſus naturam ipſam adeò, vt aliquando interrogatus Solon quarè nullam in parricidā legem tulerit, reſpondiſſet excogitare non potuiſſe filium tàm impium eſſe poſſe, vt patrem occideret, ut ibidem, ubi pinguius habes. multa horrenda ſcribit Tyber. Decia. tract. crimina. cap. 5. num. 9. tom. 2. quo loci, num. 7. annexuit Pilatum, qui innocentem Chriſtum morte damnauit omnium patrem, dici parricidium commiſiſſe idem capit. 6. execratur facinus id, & cap. 7. idem capit. 8. & cap. 16. ubi de pęna parricidij cūm concordantibus fuſiùs per eū, & an grauiùs ſit uxoricidium, quàm parricidium, Aymo. Sauil. conſi. 977. num. 12. lib 5. tenuit uxoricida ipſe, & parricida iure ipſo priuatur paterna ſucceſsione, ut hæres nullatenus eſſe ualebit antè aliquam ſententiam, ſed alij ſucce-

dunt

Digitized by Google

dunt agnati, Iacob. Menoch. conſi. 502. nu. 19. num. 33. lib. 6. idem de eo, qui interfecit vxorem, vel teſtatorẽ Decius conſi. 525. ac illud in mentem venit, vt ſi pater contra pietatem paternam maletractauerit filium ſuum, quòd cogatur emancipare, ex Rolãd. Vallenſ. conſ. ſuo 40. num. 26. lib. 4. & quo pacto habere ſe debeant patres, & filij multa pulchrè docuit Tyber. Decia. tracta. cri-
10 mina. cap. 13. lib. 3. tom. 1. † ſed quæro an pater neceſsitatis tempore famis filium vendere poſsit? & reſpondetur, qđ ſic Roland. idem conſ. 56. num. 9. lib. 4. Didac. Couar. cap. 14. num. 4. varia. reſolutio. lib. 3. vbi in ſpecie, & paulo poſt ſubiungit, quid ſibi velit dictio ſanguinolẽtos explica, vt ibi per eum. Vlteriùs quæro, qui veniant appellatione filiorum? ipſe cenſeo totam contineri deſcendentiam in hac noſtra facti ſpecie ad tradita per Iacob. Menoch. conſil. 816. nu. 16. lib. 9. quemadmodum Patris appellatione, vel matris venit auus, & auia, Tyber. Decia. conſ. ſuo 13. num. 2. lib. 3. & de genero, & ſocero, vt pulchrè tangit Tyber. idem conſ. 74. num. 33. lib. 5. cum concordanti-
11 bus alijs † rurſus quæro, an ſicut parentibus debemus, ita quoq; patriæ debeamus equaliter? Tyber. Decia. conſ. 118. num. 2. lib. 3. citiùs affirmatiuè, quàm negatiuè concludit, ex quò patria illis æquiparatur, prout idem ſcribit, conſ. 48. num. 12. lib. iſto vbi nu. 14. ſubiungit aduocatum prohiberi contra patriam ſuam patrocinium præſtare, immò plus licitum fore patrem venientem aduerſus patriam occidere, & vtrũ patria ipſa iubente, & aliud iubente patre, obediendũ eſſe magis patriæ, quàm patri hæc ille num. 15. & inferiùs multa egregia cumulantem, eo accedant, Iacob. Menoch. conſ. 161. nu. 39. & conſ. 175. num. 22 lib. 2. Aymo. Sauilia conſ. 886. nume. 6. lib. 5. latè coadiuuantes, idem Aymo. conſ. 697. num. 6. nu.
12 7. lib. 4. vbi pulchrè. Cęterum † patres animaduertant obſecro, ne conferant filijs ſuis donationes, caueant tamquàm ab igne, vel à facie colubri, ne patiantur filios dominari, ex quò calcitrant infęlices patres, memor illorum, quæ pulcherrimè admonet Matthęus Afflict. cap. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſtitu. poſt num. 44. lib. 2. feudo. quo loci inquit ipſe hæc magiſtralia Scripturæ Sacræ verba, omnes populi auribus percipite filio, mulieri, fratri, & amico, non des poteſtatem ſuper te in vita tua. & nõ dederis alteri poſſeſsionem tuam, ne forte peniteat te, melius eſt enim, vt filij tui rogent te, quàm te reſpi-
23 cere in manus filiorum tuorum † nam quando pater plus habet, & eſt ditior, ac locupletior magis timetur, & eſt in reuerentia filijs ipſis, hæc Matthæus Afflic. quæ pronuntiata, ò patres digito ligetis, & menti teneatis pro filijs veſtris, hoc maximè moderno tempore. ſed obiter, id præterfluere non ſinam clariſsimæ conditionis viros, & interpretum cumulum apud nos teſtatum reliquiſſe præcipuum, id in alimentorum tractatione ſummam æquitatem in alimentis, atq; parentum affectus perpendi ſolere, ex congeſtis à Maſcard. conclu. 76. nume. 2. lib. 1. de proba-
24 tio. adeo, vt conſtitutum ſit † patrem ipſum teneri, etiam filium bannitum alere, ex Io. Cepha. conſ. ſuo 324. num. 12. lib. 3. & ſenſerat Pet. Duen. regu. 68. coãguſtatione 10. at filius cui pater alimenta præſtare tenetur, ſi opere ſuo, ac artificio victum ſibi quærere poteſt, nihil à patre conſequi valebit Iacob. Menoch. conſ. 321. num. 26. lib. 4. vbi plures citat, pariter nec filio debentur alimenta à patre, qui non habet tantum, vt ſibi, & filijs præſtare poſsit, vt poſt alios, quos ipſe citat, atteſtatur hac noſtra tempeſtate D. Octauius Glor. in comm. capit. ſuper literis in glo. in verb. niſi forſan nume. 405. qui ex recentioribus allegat Pet. Surd. in tract. de alim. tit. 7. quæſt. 8. ſed finge quæſo, filium cum Sempronio contraxiſſe, pro neceſsitate victus, iàm perſpicuum eſt, filium familias in re communi cunctis, ex cauſis obligari poſſe, Vlpianus ad Sabinum, l. tam ex contractibus, ff. de iudic. Caius in l. filius familias, ff. de actio. & obligatio. atq; liberam habet perſonam in contrahendo Caius idem in l. vlt. §. 1. de verb. obligatio. vexillarius Bar. in l. vltima, §. neceſsitatem, C. de bon. quæ lib. Iaſ. in l. 1. vbi Philip. Dec. C. qui admini. Pariſ. conſ. 94. num. 8. lib. 1. Io. Cepha.
25 conſ. 226. num. 32. lib. 2. vtrùm pater † teneatur filij debitum ſoluere, pro neceſsitate victus contractum, & certè pater tenetur debitum illud, pro neceſsitate victus ſatisfacere, tamquàm verſum in vtilitatem patris, ex adnotatis à Bar. in l. his ſolis, ff. de condit. indeb. & à Bal. nouello tracta. dot. part. 6. priuileg. 46. apertè docuit Io. Cepha. conſ. 324. num. 11. lib. 3. hũc ſpectare videntur, tradita per Nicolaum Mozzium tracta. ſuo
16 de contractib. ſub tit. de mutuo columna † poſtrema num. 26. & nume. 27. fol. 24. vbi ſi filius familias ſtudiorum cauſſa mutuum acceperit, minimè poteſt exceptionem Macedoniani opponere, ex quò tunc pater tenetur, ex Pet. Duen. regul. ſua 370. vel ſi

ſit ipſi

Digitized by Google

ſic ipſi filio familias mutuatum, ob periculũ inſtans, & neceſsitatem declarando, vt ibi per eum.

ARGVMENTVM.

Non ſis occiſor, declarantur multa, eueniẽtia ratione continuati ſermonis, de homicidijs, aſſaſsinio, venefitijs, & quid de eo, qui ſeipſum jugulauit, quã infęlix, & erũnoſus cenſeatur, Roland. Vallenſ. docuit conſ. ſuo 20. num. 15. num. 21. num. 26. lib. 3. vbi multa pręclara, quæ tibi cogitanda relinquo, & occidere eſt animam à corpore ſeparare, Tyber. Decia. conſ. 4. num. 12. lib. 3. Tyber. idem tracta. crimina. cap. 6. num. 10. lib. 2. tom. 1. vbi multa conſentanea, & de intelligentia, nõ occides, idem conſi. ſuo 26. lib. 4. propè finem. teſſaurus deciſ. 243.

SVMMÆ.

1 *Homicium, quàm tetrum, quàm nepharium virtutes Cęlorum, apud ſupernam Maieſtatem exclamare, & num. 2. vbi deteſtantur huiuſmodi facinoroſi, id perpetrantes.*

3 *Deum omnipotentem, inuiſos habere homicidas, nilq; aliud expectare, niſi, quod alteri fecerint, & num. 4.*

5 *Crimen homicidij grauiſſimum, ac atrociſſimum, atq; inter horribilia delicta connumerari, & num. 6. vbi de ſanguine occiſorum.*

7 *Homicidium corporis animati peremptionẽ eſſe, & num. 8. vbi de homicidio caſuali.*

9 *Homicidium, pro defenſione haud punibile, quamuis Cardinalem, quis interficeret.*

10 *Homicidium perpetrari animo, facto, verbo, ſeu lingua.*

11 *Occidens Sempronium volens interficere Titium errore ductus, an ordinaria homicidij pęna plectendus?*

12 *Bart. ſententiam, à vero alienam exiſtimari admonent noſtri in hac hipotheſi, & nu. 13. vbi non videtur diſſentire, à communi opinione.*

14 *Vulnerans hominem gladio, qui illico cecidit, fregitq; Crus ex qua fractura mortem obierit, an homicidij pęna plectendus veniat? & num. 15.*

16 *Poculum abortionis, vel amatorium dans ſi quis, ex eo in fata conceſſerit, de occiſo teneri.*

17 *Mandans alicui, vt Titium verberaret, non autem interficeret, atq; mandatarius verberando interfecerit, mandans de homicidio tenetur.*

18 *Vulneratus in capite, ſi deceſſerit, & probetur ipſum ad ſolem egreſſum eſſe, an vulnerans de occiſo aſtringatur?*

19 *Offenſus, vtrum mortuus exiſtimetur, ex vulneribus illatis, ſi in eum, vel in ipſius medicos, culpa, ſeu negligentia conferri poſſet?*

20 *Vulneratum an, ex vulnere, vel ex cuſtodientium culpa obijſſe, num medicorum pronuntiatis, vel iudicis arbitrio relinquendũ?*

21 *Delictum patrari mandantem grauius delinquere, quàm mandatarium.*

22 *Mandans punitur in loco in quo delictũ fuit conſumatum, non vbi mandauit & nu. 23. vbi de quadam facti contingentia.*

24 *Sagittans aliquem in alieno territorio, exiſtente ipſo in alio territorio, quis puniet?*

25 *Subditus, ſi quis non ſit, an tractatus occaſione plectendus veniat? & quid ſit tractare?*

26 *Teſtes de tractatu deponentes actus conſummationem, minimè probare.*

27 *Homicida non dicitur, ſi ad loca acceſſerit ſolita, vbi capiebantur ferę beſtiæ, & ob noctis obſcuritatem, propter ferarum ſtrepitum, credens eas fuiſſe, hominem occiderit, & num. 28.*

29 *Statutũ loquens, de homicida, de doloſo intelligi debet, quo ad pęnam, non quo ad irregularitatem.*

30 *Homicidij pęnam non vendicare ſibi locum, dolo ceſſante, & num. 31.*

32 *Occiſorem punibilem pro defenſione, non eſſe breuiter demonſtratur.*

33 *Homicidium, an deliberatè perpetratum dici poſſit, nõ pręcedẽte aliquo ad illud propoſito? & vtrum illicò commiſſum cenſeatur, tametſi longa itineris diſtantia interuenerit? num. 34.*

35 *Animi deliberationem ſilere facit iracundię calor, ex Paulo, atq; Martiano.*

36 *Bar. deciſio, in l. 2. ff. de priuat. delict. pulchra, & inſignis, & nu. 37. vbi de voto.*

38 *Homicidium, namquid interpretandum commiſſum fuiſſe enixo, vel deliberato animo, an ne impetuoſo, vel caſuali? & num. 50.*

Periculum vbi maius vertitur, ibi cautius eſt agendum, ibid. nu. 38.

39 *Predicamenta decẽ, ex Philoſophorum mente excerpi, atq; in delictis ipſis perpendi, & quæ ſint demonſtrantur apertè, vſque ad num. 49.*

51 *Animum eſſe, quid facti, & id quod eſt, facti minimè præſumi, ex Iureconſultis Triphonij*

phonij loco.

52 *Qualitatem deliberati animi, cum delictum augeat probandam eſſe, ex multorum penè iuris interpretum locis.*

53 *Verba vbi trahi valēt ad falſum, & non falſum, interpretationem fieri debere, vt minimè falſum contineant.*

54 *Aſſaſſinium dici, quando quis aliquem pecunijs inducit, ad id faciendum, & nu. 55.*

56 *Aſſaſſinium, inter atrociſſima, & horrenda delicta connumerari.*

57 *Hominem veneno extinguere, plus eſt, quā gladio occidere.*

58 *Veneni crimen deteſtabile, & execrandum grauiuſq; homicidio ipſo.*

59 *Frumentum vendere negans, penuria tempore eſt conciues necare.*

60 *Ordines Sacros ſuſcipiens, poſt delictum in fraudem, an capitali pęna plectatur, à Iudice laico, abſq; degradatione?*

61 *Laicus delinquens, ſi poſt delictum efficiatur, Clericus à quo Iudice plectendus? remiſſiuè.*

62 *Occidentem ſeipſum, animam ſuam ſathanę torquendam tradere, canineq; ſepelturę tradendum.*

63 *Maleficijs in ipſis, duo conſideranda, rudefactum, ac iuris diſpoſitionem dyudicantem.*

64 *Inſultorem ſiue agreſſorem, in dubio præſumi, iuniorem, & cordatiorem, & ad rixam aptiorem.*

65 *Prouocator, an exiſtimetur is, qui grauioribus affectus fuerit vulneribus?*

66 *Prouocatorem dici illum, qui verbo, vel facto, aliquem offenderit, vel prius euaginato, enſe in aduerſarium irruerit.*

67 *Prouocanti, culpam omnem adſcribi, & ob id prouocato dolum occidendiuè, animum haud imputari.*

68 *Percuſſo manu, non licere, ſibi percutientem, cum gladio vulnera inferre, vel percutere.*

69 *Teſtibus deponentibus homicidium perpetratum fuiſſe caſualiter, citius credi, quā teſtificātibus appenſatè, commiſſum fuiſſe.*

70 *Qualitas illa penſamenti, quoties quis accuſatus ſit de inſultu, appenſatè commiſſo probari debet, alioquin reus venit abſoluēdus.*

RACEMATIO 44.

CHriſtus filius Dauid, vt Euangelicę acteſtantur ſcripturæ, ſic nuncupatus, vt per Hiero. Alba. conſi. ſuo 22. poſt num. 5. ac Tyber. Decia. conſ. ſuo 88. num. 58. conſi. 54. num. 5. lib. 2. inhibuit, quoq; prorſus homicidium per-

1 petrari † quod facinus, quàm nepharium,
quàm tetrum ſit, nemo eſt, qui neſciat, quippè grauiùs adulterio exiſtimatur, quamuis alij contrarium tenuerint, ex Tyber. Decia. tracta. crimina. cap. 17. nu. 18. lib. 9. tom. 2. homine namq; ab homine interempto, virtutes Cęlorum omnes exclamant, apud Supernam Maieſtatem narrantes, Domine, Domine, ſeruus tuus proximus tibi eſſe cupit, at reſpondet Omnipotens, cędem ipſe fecit, & perimetur, mihi vltionem, ipſeq; rependam, Aymo. Sauilia. hæc multaque alia præclara ſcribit conſi. 377. num. 24. lib. 3. cum concordantibus à Tyber. Decia. deductis, vbi ſupra cap. 17. nu. 8. & alibi legitur animaduertendum, in huiuſmodi viros gladiatores, incęde, & ex cæde viuentes, quorum pedes veloces ſunt, ad effundendum ſanguinem, iuxta ea, quæ habentur in Pſal. ecce enim loquuntur in ore ſuo, & gladius in labijs eorū,
2 ideoq; contra † tales facinoroſos, non miſericordia, ſed virga ferrea opus erit, ex Pſalmiſtę pronuntiato, dum dicebat, virga directionis, virga Regni tui, reſpectu bonorum hactenus. & reges eos in virga ferrea, ecce quomodo loquitur de improbis. & quemadmodum iſti viri carnifices ſunt auidi, vt proximum occidant, ad inſtar canis famerici humanum ſanguinem eſurientis, pari concentu, & melodia, principem cupidum eſſe debere in illorum ſupplitia, vt concinnatus eſt Pſalmiſta, manus ſuas lauabit in sāguine peccatorum; hoc eſt, homicidæ, ſicut manus cōtaminant, in effuſione ſanguinis humani, ita principes manus lauare oportet, in illorū ſanguine, in coercendis Sicarijs ipſis, ad effuſionem ſanguinis tollendo eos, de medio viuentium, eumq; cauere oportet à donationibus homicidiorum, non minus, atq; ab igne. Aymon. conſ. 488. ſupra nume. 3. lib. 3. &
3 iam † pluſquàm manifeſtum eſt, Deum Omnipotentē homicidas inuiſos habere, ex Pſalmiſte reſpōſo virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Deus, & alibi, tùm Exod. tùm Geneſ. locis peruulgatis, traditum eſt, quicunq; effunderit ſanguinem humanū, effundetur ſanguis illius, & qui percuſſerit hominem, volens occidere; morte moriatur, & ſi quis per induſtriam, occiderit proximū ſuū, & per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt morte moriatur, cum alijs à Pet. Foller. cōpræhenſis in ſua prax. cenſ. Nicolaus Epiſcopus, num. 162. & inferius, atq; ab Aym. Sauilia. conſ. 409. num. 2. num. 3. & paulò
4 inferius, lib. 3. † facit Cæſarum Valentinia. Theodoſij, & Archadij reſponſum, in l. nemo, C.

Digitized by Google

mo, C. de Epiſcopo. audien. vbi ſanxêre homicidam, nil aliud expectare, quàm id, qđ alteri fæcerit,& per illum tex. Hyppo. Marſ. conſ. ſuo 67. nu. 1. & tā de iure diuino, quàm humano, mori debet, Roland. Vallenſ. conſ. 57. lib. 4. idem conſi. 98. & conſi. 63. lib. 2. & homicidæ dicuntur, viri ſanguinum, idem conſ. 12. nu. 23. lib. 3. & de iure communi. ne dū puniendi veniunt, pęna mortis, verûetiam à peritis fieri debere, æſtimationem, quot annis, etiam naturaliter viuere poterat interfectus, atq; pro operibus induſtria, ac labore ſuo ſuperlucrari valebat, ſingulo anno, vt abundè tradit, Roland. idem conſil. 39. num. 11. lib. 2. & prænotandus eſt, Tyber.

5 Decia. vbi ſupra, & cap. 18. † eſtq; crimen, hoc enorme grauiſsimum, atrociſsimumque, atque inter horribilia crimina connumerari, ex quò in primis homicida contumeliā Deo facit, quandoquidem interficit filium ſuum, omnes etenim ſumus filij Dei, huius mundi opificis, per creationem, vt in Pſalmo filij excelſi omnes, & perfetiùs per fidem, & baptiſmata, vt in Euangelio Ioānis dum inquit, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Rurſus iniuriam facit Angelo hominem cuſtodienti, atque ideò denominatur crimen horrendum, quia in manus domini incidit, ex quò Deus facit

6 vltionem, de eo † ſanguis herclè occiſorum, continuò clamat, ad Deum, ſic poſt Nicol. de Lyra, & cæteros concomitantes admonet, Roland. idem conſi. ſuo 12. nu. 20. nu. 23. lib. 3. & iure merito ab Imperatore Federico, imponitur pęna capitalis, ex conſtitutione Regni terminum vitæ, vbi ſcribentes, atqui ſi iuniores quæritent, quid ſit homicidium, breuiſsimè reſpōderi poteſt, vnà cum Didac. Couar. ad comment. Clementinæ, ſi furioſus de homicid. part. 2. num. 1.

7 quod illud, ita diffiniatur † homicidiū eſt corporis peremptio, videlicet, corporis animati, & ſic id eſſe hominis occiſionem, & inter cæteras homicidij, ſpecies potiſsimùm adſcripsêre noſtri deliberatum, nempè, & caſuale, de quibus per Iul. Clar. §. homicidiū, & conformes ſe reddere cenſentur, Imperatores Seuerus, & Antoninus, in l. 1. C. ſi aduer. delict. reſtitu. poſtule: diffuſiùs, ſcribit Tyber. Decia. loco nuperrimè effluxo, cap. 19. vbi de ſpeciebus homicidarum, & de homicidijs ipſis, quæ grauiora, & leuiora, nempè fieri, ſeptem modis, quos tibi legendos eis, in locis relinquo. at homicidium voluntarium eſt, quod dolo malo occidēdi animo committitur, vt apertè cauent, Martianus, & Calliſtratus in l. 1. l. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de Sica. & per illos contextus; Didac. Couar. loco ſuperius adducto poſt nume. 1.

8 homicidium † vero caſuale illud dicitur, qđ caſu præter intentionem committentis, vel cauſſam dantis, contigerit, prout latè comprobat, Didac. Couar. vbi ſupra, part. 2. §. 4. cum ſimilibus. in communem hunc locum conijcienda ſunt ea, quæ nunc, ſe ſe nobis offerunt, quippè non tantum homicidium ipſum ſpectandum, verum etiā cauſſam ipſius homicidij, ex congeſtis à Iacob. Menoc. conſil. 438. lib. 5. & homicidam, quandoq; excuſationem habere, ſi acceſus ira occiderit, Iacob. idem conſ. 107. nu. 96. lib. 2. eumq; præſumi violēta prēſumptione, qui domum, in qua, quis interfectus reperitur, cum gladio violento exiuit, idē tradit poſt egregios

9 iuris interpætes, conſi. 82. nu. 85. lib. 1. † illud ſubiungendū eſt, quòd recentiores admonent in l. vt vim de iuſtit. & iur. homicìdium, pro defenſione minimè punibile eſſe, tam, & ſi quis Cardinalē interficeret ad tradita, per eundem Iacob. conſ. ſuo 41. num. 25 lib. iſto, de qua quidem hypotheſi copioſiùs, Ioſep. Maſcard. tranſplantat. doctorum turbam enarrans more ſuo, concl. 1126. lib. 3. idem conclu. 864. 865. & de aliorum caterua, 866. 867. lib. 2. de probatio. eo trahantur, Tyber. Decia. conſi. 52. nume. 36. lib. 4. & an homicidium permiſſum ſit, in foro conſcientię, idem Tyber. multa menti tenenda commemorat tract. ſuo crimina. ca. 12. nu. 10. lib. 2. tom. 1. vbi declarat, quid ſit conſcientia, & quid ſit forus conſcientiæ, & inter alia, quam plurima ferè innumerabilia, quæ citauit Ioſep. Maſcard. vbi ſupra ſpeciatim, quærit de homicidio ipſo, nempè

10 tripliciter perpetrari. † animo, facto, verbo, ſeu lingua, Tyber. Decia. vbi ſupra, tom. 2. lib. 9. cap. 27. num. 8. vbi ampliter, verum quia Codices ſunt impreſsi, meritò facti ſpecies allatas ſilentio inuoluo, & dicitur homicida vilis perſona, minimeq; idoneus teſtis, in cauſsis arduis, Tyber. Decia. conſil. 52. num. 35. lib. 4. illud applicandum venit, homicidam prodictoriè, vel exploratorem homicidij, tutum non fore in templo, neq; ad ipſius Dei altare confugientem conſeruandum eſſe, teſte ad hoc locupletiſsimo, Tyb. eodē; conſ. 80. lib. 3. At q̄ſtionis eſt, ſi homicidiū in aliqua rixa, multorum rixantium commiſſum fuerit, & ignoretur, à quo, quid fiendum? & quidem Tyber. idem conſ. 75. lib. præallegato, concludit torquendum eſſe eū, qui alia ſimilia commiſsit, & ita detegetur, quis

Digitized by Google

quis nam primus fuerit, qui rixam illam cæ-
11 perit, vt ibi per eũ † ſed quæro legimus apud
acerrimum ciuilis ſapientię ſcriptorem, Bar.
quod in materia criminali nõ inelegãs erit,
ſi quis Ticium occidere volens, erroreq; du-
ctus Sempronium interficiat, ordinaria pę-
na homicidij plectendum eſſe, ex eo, quia
illicitæ rei operam dabat, atque ideo volun-
tatem iſtam nõ occidendi, Sempronium mi-
nimè excuſari, hæc ille in l. reſpiciendum, §.
delinquunt. poſtremis in verbis, ff. de pæn.
cui anxiomati, haud diſſentitur Iul. Clar. cri
mina. pract. §. homicidium, verſ. dicunt au-
tem aliqui, cum cõcordantibus, verũ enim-
12 uerò ſunt, † qui velint à vero alienam exiſti-
mari, Bar. ſententiam calculoq; fermè ſcri-
bentium concordi * leuiſsimo ictu frangi cu-
iuſmodi deſcendêre, Iaſ. in l. ſi per errorem,
num. 17. ff. de Iur. om. Iud. atq; in l. 1. nu.
18. ff. de legib. Ægid. Boſſ. crimina. pract.
ſub tit. de hom. nu. 73. Ludo. Carre. huius
nominis practica, non excuſat ignorantia in
initio, cum compræhenſis, & deductis à Ma
ſcard. conclu. ſua 864. nu. 7. lib. 2. de pro-
13 batio. † & nihilominus. Bar. opinio ſuperius
allata à conſona ſententia, haud diſſentire
videtur, & conſequenter interpetrari debe-
mus extraordinaria pęna, eum plecti, quem-
admodum communis opinio amplexa fuit,
& ita Maſcard. vbi ſupra explicat, poſt num.
7. videndus eſt, theſſaurus deciſ. 243. atqui
tranſeunter, ac incidenter illud, in mentem
venerat, quòd frequentiſsimum, quoq; repu
tatur, apud Tribunalia Regia, vtrum vulne-
14 nerans † hominem gladio, qui illico cecidit,
fregitq; crus, ex qua herclè fractura mortem
obierit, homicidij pęna plectendus? com-
pertiſsimum eſſe opinor, de homicidio pu-
niendum, primùm permoti fuêre noſtri Vl-
piani Sancione, in l. nihil intereſt. ff. de ſica:
quo in loco Vlpianus ſcribebat nihil intereſ-
ſe, an quis occidat, an cauſſam mortis præ-
beat, vbi veridicus ille doctor, Albe. de Ro-
15 ſat. ſecundo loco † expenditur, vt ſi quis oc-
cidendi animum habuerit, vt potè, quià ex
huiuſmodi genere, id conſtiterit, ex traditis
à Martiano in l. 1. §. diuus ff. de ſica. vbi Bar.
num. 2. vbi Hyppo. Marſ. num. 20. atq; ab
Alex. conſ. 140. lib. 2. cum infinitis propè,
à Maſcard. citatis conclu. vbi ſupra, num. 3.
qua ex re, quãquam nõ lethaliter vulnerauerit, ſed exinde febris ſuperuenerit, vnde in
fata conceſſerit, nempè de occiſo teneri, du-
bio procul concludere cenſetur, Andr. Al-
ciat. conſ. 23. lib. 7. explicando, vt ibidem
16 per eum. tertio quoque loco deducitur † ad
hanc probandam ſententiam Pauli reſpon-
ſio in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis, ff. de
pæn. qui abortionis Paulus inquit, aut ama-
torium poculum dant: & ſi dolo non faciant,
tamen quia mali exempli res eſt, humilio-
res in metallum damnantur: honeſtiores in
inſulam, à miſſa parte bonorum relegantur.
quod ſi eo mulier, aut homo perierit, ſum-
mu ſupplitio afficiuntur, qui igitur abortio-
nis poculum dat, vel amatorium, ſi ex eo,
quis perierit, tenetur de occiſo, debuit nam-
que id cogitare conſequi poſſe, & præcogno
ſcendus venit, teſſaurus deciſ. ſua 12. poſtre
17 mò ſuffragari videtur, vt ſi quis † alicui man
dauerit, vt Ticium verberaret, non autẽ in-
terficeret, atq; mandatarius verberando oc-
ciderit, de homicidio tenetur mandans, ex
quo in culpa fuit, debuit animaduertere, ete-
nim hoc euenire poſſe, faciunt cumulata, per
Marcum Aquilinum, in l. 1. §. ſi ſtipulanti,
nu. 14. de verbo. obligatio. ſic tenuit And.
Alciat. loco ſuperius deducto, & ante eum
ſubtilis Rapha. cuma. conſi. 135. & videndi
ſunt, Tyber. Decia. conſ. 4. num. 18. lib. 3.
Iacob. Menoc. tract. de arbit. iud. caſ. 352.
Tyber. idem exuberantiùs, tracta. crimina.
cap. 36. & cap. 39. lib. 9. tom. 2. Aym. Sa-
uilia. conſ. 923. nume. 12. & inferiùs lib. 5.
illud memorię mandandum, quoq; venit ho-
micidij ſcelus, nõ aliter ſanguine expiari, niſi
dolo admiſſo, Aymo. idem conſ. 432. nu. 3.
lib. 3. illiusq; pęnam minimè ſolui, ſi vulne-
rati in curia mors accidit, qui Medicũ Chi-
rurgum, ad vulneris curationem, non adhi-
buit, idem conſ. 451. nume. 8. lib. iſto cum
concordantibus, & ne otioſe nimis crimina-
lium, rerum materiam adiremus in ipſo pe-
ne veſtibulo obijcitur locus is, quoq; animad
18 uerſione dignus, & † non mediocris, vaniq;
momenti, poteſt namque, & in dubium ve-
nire, ſi quis in capite vulneratus fuerit, atq;
hæſitetur, an lethaliter, vel ne? & deceſſe-
rit, ſi probatum fuerit ipſum iuiſſe, ad ſolem,
vel ad aliquid faciendum, vulnerans vtrùm
homicidij pęna teneatur? eruditiſsimus, Soc.
conſ. 178. propè finẽ lib. 2. ex Gandini pro-
nuntiatis dicebat, ſi ruſticus quiſpiam in ca-
pite ſit vulneratus, atq; ideo apud peritos du
bitetur, nùm mortale ſit vulnus, an non? ſi
probetur inquit ipſe, hunc ad ſolem exiuiſ-
ſe, uulnerans ob hanc uulnerati negligentiã,
ab homicidij, pęna excuſabitur, & ita in Me-
diolanenſi Curia obtentum fuiſſe, teſtatur
de Signoroli ſententia, quinquies, ut ibi per
eum, quem ſequitur, Hiero. Alba. conſ. 12.
19 num. poſtremò, & uulneratum haud † mor-

Digitized by Google

tuum præſumi; ex illato uulnere; quando in ipſum vulneratum, vel eius cuſtodes, medicoſuè culpa aliqua, aut negligentia conferri poſſet, adnotant perbellè, Nicol. Boer. deciſ. ſua 323. num. 20. Hyppo. Marſ. conſ. 71. num. 47. multa idem crim. pract. §. & quia, nu. 16. & latè inferius, Iacob. Menoch. tracta. de arbit. iud. caſ. 275. nu. 10. cùm multis alijs à Maſcard. congeſtis conclu. 1073. nu. 14. lib. 2. de probatio. tangit, Iul. Clar.
20 §. homicidum, verſ. quandoq; etiam ſolet † in tertio, & principali caſu de ſentẽtia Signoroli, loco ſuperius adducto, conſ. 163. nu. 6.
* vbi de communi ſententia,* quo in loco ſubiungit, quoq; paulo poſt, an vulnus fuerit lethale, vel ne, & vtrùm vulneratus deceſſerit, ex vulnere, an ex regimine malo, tutius eſſe relinquendum Iudicis arbitrio, vbi Hieron. Giacca. in additamento ad eum, verbo iudicio Medicorum dum explicat hoc eſt, Chirurgicorum expertorum, haud tamen oportere doctores fore, ſed ſatis eſſe practicos tãtum, vt ibi per eum plura cumulantem, latè multa And. Gail. obſeru. 111. lib. 2. pract. obſeru. & præcognoſcendus eſt Ioſeph. Maſcard. concl. 1034. nu. 6. vbi de cõmuni ſen-
* tentia * lib. 2. de probat. facit reſponſio Aymon. Sauilia. conſi. ſuo 451. num. 8. lib. 3. at quàm impium, quàm inhumanum ſit mã-
21 dare delictum perpetrari, oſtentatione † non indiget, quo fit, vt illud patrari mandãs grauius delinquere dicatur, quàm mandatarius, ex Thoma Grammat. deciſ. ſua 38. num. 6. & doctè, & copiosè, Iacob. Menoc. tracta. locupleti de arbit. iud. centu. 4. caſ. 352. cum concomitantibus, à Maſcard. citatis conclu. 1012. num. 1. lib. 2. vbi ſupra cui addo, Tyber. Decia. tract. crimina. cap. 32. lib. 9. tom. 2. cum ſubſequentibus, vſq; ad finem, ac eundem conſ. ſuo 115. num. 7. nu. 8. lib. 3. ſed fac quæſo ſubſequutum fuiſſe crimen, vtrùm mandans plectendus ſit in loco, in quo fuit mandatum datum, an ne in loco, vbi delictum id ſuum ſortitus eſt effe-
22 ctum? & nempè non † eundo, per mendicata ſuffragia in eam, itum eſt ſententiam, mãdantem in loco puniri, in quo delictum fuit conſumatum, haud herclè in loco, vbi man-
* dauit, ex vnanimi ſcribentiũ ſententia * per Panor. Abb. deducta cap. vltimo nume. 27. de foro competent: & ſcribit Pet. Duen. regul. 378. amplia. 3. ex coaceruatis à Iul. Clar. prax. ſua crimina. §. vltimo quæſt. 38. verſ. item quæro. numquid mandans, & ſenſerat Bart. in l. ſi vt proponitur ff. de fideiuſſo. Angel. tracta. maleſit. in verbo Sempronium mandatorem, quæſt. 7. Felin. cap.
23 1. de præſumptio. cũ concordantibus † atq; delicti commiſsi, & non mandati homicidiũ faciendi locum actendi, & ſubſequenter in delicti commiſsi loco, quem plecti debere iam iudicatum fuit in Mag. Curia Vicariæ florentiſsimæ Ciuitatis Neapolitanæ, anno 1560. in cauſſa Pyrrhi Antonij de Lucca, cũ Illuſtri Duce Montiſleonis teſte ad hoc inſigni Cæſare Vrſillo ad Matthæum Afflic. deciſ. 219. num. 3. ad quem beneuolum remi-
24 ctimus lectorem, † videndus eſt, Tybe. Decia. conſ. 94. num. 10. & inferius lib. 2. vbi declarat, atq; And. Alcia. conſil. 16. lib. 2. Alex. 216. num. 10. lib. 6. Pet. Surd. deciſ. 102. num. 10. vbi an initium in delictis, cęterum non incommodè, apud eruditos quæri ſolet, ſi quis aliquem, in aliquo territorio ſagittauerit, exiſtente ipſo in alio territorio, quis legitimus erit Iudex? ſubtilis Bal. conſil. 154. lib. 1. exiſtimabat, quòd vterq; Iudex punire valeat, vnus de tractatu, & alter pro delicti conſumatione, cui quidem aſſentiri viſus eſt, Aymo. Sauilia. conſ. 232. poſt num. 6. quæ ſententia à verò aliena eſſe putatur, ex eo, quia tractatus cum delicto conſumato confunditur, excepto aſſaſinio, ex Accurſij gloſemmate, in l. qui de crimine, C. de accuſatio. iuncto textu cap. pro humani de homicid. lib. 6. & id circò præuentioni locus erit, inter Iudices ipſos, ex concordi voto * vt per Panor. vbi ſupra nume. 25. *
ex multis alijs per Iul. Clar. ac Cęſarem Vrſillum, locis ſuperiùs prælibatis, ille in verbo, item pone, quod aliquis exiſtẽs, hic poſt
25 num. 3. vt ibidem per eos † at facta hæſitatio fuit, vtrùm is, qui ſubditus minimè ſit, neq; originis, neq; domicilij gratia, occaſione tractatus facti de aliquo perpetrando homicidio, extra territorium puniri valeat? tractare autem eſt deliberare, ac cogitare de aliquo, atq; colloquutiones, & conſilia occultè tractari aſſolent, qua de re, tractatum difficilis eſſe probationis, vt poſt multos, Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 1386. lib. 3. de probatio. & quidem Iul. Clar. vbi ſupra, ex mente, Ludo. Bologn. conſi. ſuo 8. ſenſit, quòd ſic, tu illum videto, ſi libet, aliquã tradit Roland. Vallenſ. conſi. 19. lib. 2. & tranſeun-
26 ter † illud relatu eximium eſſe cenſeo, teſtes de tractatu deponentes, actus conſumationem minimè probare, multa namq; tractantur, quæ non perficiuntur, pleraq; dicuntur, quæ non fiunt, Alex. conſ. 28. num. 3. lib. 2. Philip. Deci. conſ. 488. nu. 10. & conſ. 299. nu. 3. & conſi. 404. num. 11. & ab alijs paſſim, &

Digitized by Google

ſum, & in ſpecie Iacob. Menoch. conſ. 893. num. 5. lib. 9. Philip. idem conſil. 647. nu. 15. Ioſeph. Maſcard. concluſ. 617. lib. 2. de proba. Iaſ. conſ. 24. nu. 6. lib. 3. Pet. Surd. deciſ. 70. deciſ. 291. num. 11. Aymo. Sauilia. conſ. 425. num. 42. lib. 3. And. Gail. obſeru. 140. num. 10. & inferiùs prac. obſeru. lib. 1. penè locum illum pręterij non incelebrem, qui prætereundus minimè erat, an ſi
27 quis noctu † acceſſerit ad loca nonnulla ſęrarum capeſſandarum gratia, vbi, & alij ſæpe ſępius, iter perrexiſſe conſueuerant, cumque ad ea perueniſſet ſtrepitum ſenſerit, atque ideo ob noctis obſcuritatem, vnam fuiſſe feram exiſtimans, ſcopectum exonerauit, & Sempronium interfecerit, ordinaria pęna plectendus veniat, an ne extraordinaria; quod & faciliùs ſuaderi videtur? & nempe procliuiores ſunt noſtri, vt in eam eant opinionem talem illum, tamquam homicidam, minimè
28 puniri, ſed extraordinariè, & primo loco † ad hanc fulciendam ſententiam adducitur, Paul. Caſtr. conſ. in l. & ſi ſeuerior, C. ex quibus cauſ. errog. infam. num. 5. vbi aſſerit quendam liberaſſe, qui proijciendo ſaxum hominem interfecerat, pręter ſuum propoſitum; quamuis eo loci extaret ſtatutum, vt ibi per eum. hoc ipſum idem ſcribit conſil. ſuo 277. lib. 2. & accedant Alexa. in conſil. 140. lib. 2. Philip. Deci conſ. 9. cum ſimili-
29 bus. Secundo loco † innititur ſententia hæc erant enim duo ſocij in vna naui, atque alter cum ligno, in quo erat ferrũ ad arborum ramos trahendum percuſsit ſocium, qui in fata conceſsit, ſtatutum erat homicidam decapitari debere, & tandem conſultum fuit cõſocium illum decapitari minimè debere, ex quo ſtatutum loquens de homicida intelligitur de doloſo, ſic poſt Cardinalem cap. lator de homicid. refert, & aſſequitur, Iaſ. in l. 1. num. 24. ff. de legib. cum concordantibus alijs quos laborioſum potiùs, quam vtile eſſet enarrare, ſed vide concordãtes, quos congerit, D. Octauius Gloritius in comm. c. ſuper literis, in 2. not. num. 59. vbi nu. 60. declarando mihi non procedere, quo ad irregularitatem cauſatam ab homicidio, cum modificatione, vt ibi per eum. Tertio ſuffra-
30 gatur Romanus † Pontifex, Alexander Tertius cap. 2. de Apoſt. quo in loco habetur, pęnam nõ vendicare ſibi locum ceſſante dolo, & per illum tex. Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 1157. num. 127. vbi paulò inferius, ſubdit homede. ſignorol. pluſquam mille vicibus, à compluribus citatum defendiſſe illũ, qui proijciendo lapidem aduerſus canem, à quo morderi timebat, hominem illuc tranſeuntem occidit, ex quo dolus abfuerat, vt ibidem per eum lib. 3. de probatio. huc ſpectant, quæ ſcripſit And. Gail. cap. 7. nu. 10. lib. 1. de pac. publ. Iul. Clar. crimin. prac. §. vltimo quæſt. 84. in initio, cum concordan-
31 tibus. Quarto, & vltimo † accedat prudentiſsimus ille vir, Socc. Iun. conſ. ſuo 58. lib. 1. vbi in terminis, hoc ipſum præcidit multis, & bene ſonantibus medijs ad fauorem, & gratiam Sabbatini, quam ſententiam comprobo, ex ſuccis, Tyber. Decia. conſ. 4. nu. 32. & conſ. 104. nu. 42. lib. 3. quibus, quidem locis ſcriptum comperitur finis intentionem inſpiciendam, quia omnis agens agit propter finem, & in quolibet delictò requiri dolum ad hoc, vt punibile ſit, vt ibidem per eum poſt Ariſtot. & cæteros conſonãtes dolo autem verè is facere videtur, qui ſcienter facit, quod facere non poteſt; Alex. conſil. 103. lib. 1. Aymo. Sauilia. conſ. 193. nu. 1. & poſt eos Iacob. Menoch. conſ. ſuo 572. nume. 7. lib. 6. & iam ſcripſerant, Hyppol. Marſ. conſ. 4. num. 27. Socc. Iun. conſ. 117. num. 15. lib. 3. Philip. Deci. conſ. 622. nu. 3. cum conſonantibus alijs, ab Aymo. Sauilia. conſ. 432. lib. 3. ſed quod nunc tradituri ſumus fortaſſe, à nonnullis, vt incertum, & vacillans parumq; ad huc exploratum deridebitur; & penè exſibilabitur, cæterũ ego de eo dicendum putaui, qualecunque ſit, vt cum Ang. Politia. concinam, cent. 1. miſcel-
32 laneo. cap. 73. † pluſquam manifeſtum eſt, occiſionem, pro defenſione punibilem non eſſe, ex adnotatis à Philip. Dec. in l. vt vim, nume. 6. & inferiùs, ff. de iuſtit. iur. atq; ab Hyppo. Marſ. ſuis in conſilijs 4. nume. 5. & paulo poſt, conſ. 25. nu. 49. Iacob. Menoc. conſ. 41. num. 25. lib. 1. quæ defenſio, quo pacto eſſe debeat, explicauit Andr. Gail. c. 8. num. 18. & inferiùs, lib. 1. de pac. publ. vberius idem, cap. 16. ſed is præcipue locus me mouet, & attrahit, quemadmodum magnes ad ſe ferrum, nempè in materia homicidij, an dicatur incontinenti perpetratum, quamuis longa itineris diſtantia interuenerit, quando eodem impetu durante fuit commiſſum, ingenioſe lector, non me latet, complures enarrari caſus, à Maſcard. concl. ſua 98. lib. 1. de probatio. an, & quando quibuſque modis præſumatur deliberatus animus, & pręmeditatus in occidendo, qui potiùs ad nauſeam prouocarent, ſi tranſcriberentur cũ
33 liber ſit impreſſus, fac obſecro † Sempronium ira ſuccenſum, à domo ſua diſceſsiſſe, vt percuſsionis cauſſam, in ancillam ſuam perſeru-

taretur, quis nam ille fuiſſet, & eo comperto, in loco penè diſtanti ad illum acceſsiſſet, atque ideo ibidem ſubſequutum fuerit fortè homicidiũ, vtrùm id deliberate comiſſum dici poſsit? ciuilis iuris apprimè excultus, & vexillarius, Bart. in l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn. ſcribebat ad hoc, vt huiuſmodi facinus commictatur oportere, ab antecedenti propoſito illud cauſari, ex Andr. Gail. obſerua. 10. num. 4. de pignoratio. &
34 vbicunq; maximus † iræ calor, alicui delicto originem præbuit inibi, nullum animi propoſitum, nullamq; deliberationem adfuiſſe credendũ erit, Palilus, & Martianus, in l. quicquid calore de regu. iur. & in l. 1. §. quæri poteſt, ff. ad turpilia. cum adnotatis ab Hippol. Marſ. conſ. ſuo 119. nume. 11. pulchrè reſpondit Tyber. Decia. conſ. 4. nume. 10.
35 lib. 3. cum concordantibus. vlteriùs † hùc conferunt ea, quæ tradit Bart. idem, in l. 2. ff. de priuat. delict. & in l. quod ait lex, §. quod ait, ff. de adulter. cæterum in hac facti ſpecie, ſcio neminem ſani capitis dicere deliberatam voluntatem delinquendi præceſsiſſe. ſi quiſpiam obijciat, aduerte à longa itineris diſtantia ſatis animi propoſitum excuti valere, enimuerò reſpondetur, vt ſi ad alios extraneos actus, numquàm fuerit digreſſus, ſed impetu eodem adductus, crimen id conſumauerit, conſequens erit, vt illico ſeciſſe illud exiſtimetur, vt abundè conſuluit,
36 Hiero. Alba. conſ. ſuo 12. nu. 3. ad idem † ſpectare videtur famigerata, & inſignis, Bar. deciſio in l. 2. ff. de priuat. delic. Bar. namque eo in loco ſcribit, ſi aliquis, ex propoſito ad aliquem vulnerandum acceſsit, atq; illo uulnerato impetus iræ ſuperueniat ab aliquo actu nouo cauſſatus adeò, ut ob huiuſmodi recentem iræ ſuperuenientiam eundemmet iugularet, nempè delinquentem ipſe ait nõ niſi pro uulnere priùs illato, ex animi deliberatione condemnari, en quomodo is penſatè uulnus illaturus erat, & ob id illicitæ rei operam præſtabat, & nihilominus mortem ex impetu ſuperuenienti illatam ab eo penſamento excuſari, multò itaq; fortiùs, in occurrenti caſu, argum. eorũ, quæ ſcribit And. Gail. obſeru. 110, num. 18. lib. 2. prac. obſerua. & num. 35. poſtremo † accedat Hie-
37 ron. Alba. vbi ſupra per totum, qui uberrimè proſequitur, & inter cætera aſſerit, ex Diui Thomæ ſententia in tantum mentis deliberationem excludi, ubi iracundiæ uiget impetus, ut uotum minimè aſtringat, ex eo, qa ſine animi deliberatione fieri nequit, ut ibi per eum poſt nu. 2. & faciunt congeſta, per Tyber. loco ſuperius adducto, num. 10. cum concordantibus alijs, & an, & quando dicatur in cõtinẽti defenſio facta declarauit poſt Baldum, Hyppo. Marſ. §. actingam, poſt nu. 19. crimina. pract. atqui ulterius gradiens hac ſumpta occaſione eam aſſero, facti contingentiam, quæ mea quidem ſententia non indecora eſt, & ob id in ea parumper diſtari placuit, non pro circumſpectiſsimis iuris interpretribus, ſed pro iuuenibus ſaltem
38 fingamus † publicam eſſe famam Virgineum puta homicidium perpetraſſe, & teſtes neſciant, an deliberato impetuoſo, vel inopinato, vel enixo animo commiſſum fuiſſe, quæ facienda ſit interpretatio, vt citiùs iudicetur impetuoſo, quàm appenſato animo perpetratum nec ne? profectò negari minimè poteſt, quando ſumus in caſu, in quo de vita hominis agitur diligentiùs, quã cæteri examinandus eſt, quandoquidem à iure ipſo monemur, vbi periculum maius ingeritur, ibi cautiùs agendum eſſe Romanus Pontifex, c. vbi periculum de electio. lib. 6. & per illum tex. Hiero. Alba. conſ. ſuo 12. cum concordantibus à Gloritio traditis, in eius commen. cap. ſuper literis, num. 351. de reſcrip. prœludij igitur loco ſciant iuniores, ex quo res ipſa poſtulat, pro eius ornatu, ex Philoſopho-
39 rum mente † decem excerpi predicamenta eodemq; modo, ex Cæſarum, & celebratiſſimorum iuris interpretum Codicibus; vt inter legendum ſtudioſus, quilibet medullitus, ex ipſis facile colligere poterit, quibus mediantibus delicta ipſa demonſtrantur, ecce exordiendo à prædicamento primo ſubſtantia, obtinet ſibi locum in delictis ipſis, quæ nempè dicitur, quid principale, ob quod ipſa diffiniuntur, quemadmodum ſunt homicidium, furtum, & haud diſsimilia his, vt corporis humani exanimatio ſit homicidij ſubſtantia, & contrectatio ſubſtantia furti, ex cumulatis à Bal. in l. eaque, C. de conditio. indeb. nume. 6. & hæc quoad primam opinionem. altera, & ſecunda opinio fuit, Hyppo. Marſ. ad l. 1. num. 26. C. de ſica. quo in loco ſcribit delictorum ſubſtantiam animũ eſſe adeo, vt ex animo ipſo ea ſubſtantificentur, ſic Hyppol. ille, ad ſaturitatem ſcribit Ioſeph. Maſcard. conclu. ſuis 94. 95. 97. 98.
40 lib. 1. & concluſ. 864. lib. 2. de probatio. † tertia ſententia fuit, Bald. in l. non ideo minus, num. 10. C. de accuſatio. vbi voluit maleſitiorum eſſentiam ſtare in ipſorum conſumatione, eoq; loci egregiè explanare niſus eſt, tria illa, quæ comperiuntur in delictis nomen, qualitas, & eſſe, vt ibi per eum, quo me

remicto,

Digitized by Google

notificto. poſtrema opinio eſt, moderniores in
l. 1. C. de ſica. vt exiſtiment in malefitiorũ
ſubſtantia ipſam legis contrauentionem ſo-
ire, eſto quod pęnam non mereatur, ex Pa-
piniani, ac Martiani reſponſis, in l. 1. ff. de
legib. & in l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff.
41 de pęn. cum concordantibus. Secundum †
in ordine prædicamentum eſt qualitas, ſi-
ue accidẽs; vt albedo, nigredo, ſanitas, ęgri-
tudo ſecundum Philoſophos, & ſenſit aliqua
Pyrrhus Alfa. in repetitione legis pri. de offi.
eius cui mandat. eſt iuriſd. poſt nu. 92. fol.
71. at apud iuriſtas qualitates ſunt maleſi-
cijs in ipſis, vt putà leue, aut atrox, rixa, graſ-
ſatio, violentia, manifeſtum, & non manife-
ſtum, graue, grauiſſimum, vt docuit Bar. in
l. 1. §. vnde quæritur, ff. de publica. & vecti
ga. & in l. non ſolũ, §. ſi mandato, ff. de In-
iur. & an qualitas probanda à reo, ſi confeſ-
ſio fuit qualificata, And. Gail. cap. 17. lib.
1. de pac. publ. ait acceptari, abſq; eo quod
præſumptio eſt aduerſus delinquentem. vbi
alia conducibilia admonet. at, & aliud ter-
42 tium prędicamentũ † quod dici aſſolet apud
Philoſophos relatio, ſeu ad aliquid, & exem
plificatur in duplum, dimidiũ, & manus, ſed
apud legiſtas correlatiuum appellatur, vt pa
ter, filius, maritus, vxor, conductor, locator,
& ſimilia, his ſcribit Pyrrhus Alfa. vbi ſupra
num. 92. de quo cecinit Imperator Iuſtinia-
nus, in l. vlt. C. de Indic. viduita. tollen. &
per illum tex. memoratiſsimus, Io. Cepha.
conſi. ſuo 408 num. 49. lib. 3. & an extenſio
fiat, & quãdo in correlatiuis pulchrè docuit,
Curt. Iun. conſ. 6. nu. 12. Roland. Vallenſ.
conſi. 60. num. 36. lib. 1. & poſt eos, & cæ-
teros concomitantes, Io. Cepha. vbi ſupra
num. 52. & num. 80. quibus omnibus exage-
ro; Maſcard. conclu. ſuis 21. lib. 1. concluſ.
414. num. 17. lib. 2. conclu. 1248. lib. 3. de
43 probatio. Quartum † eſt in maleficijs ipſis
prædicamentum quantitas, quæ nempè illa
ſeiungit, vt vnus, vel plures, atq; per eam di-
gnoſcitur abigeus, à fure, quemadmodum
apertè ſenſit Claudius Saturninus, in l. aut
facta, §. quantitas, ff. de pęn. obiter in ma-
teria furtorum, & ipſorum circumſtantijs,
præludijs, & eſſentialibus generatim, adno-
tato Ioſeph. Maſcard. conclu. ſuis 829. vſq;
ad conclu. illam 833. lib. 2. de probatio. cũ
concordantibus, vt ibi per eum, ad quẽ can-
didum lectorem miſſum facimus, vlterius
vulnerum quantitas præcitata diſcernit ho-
micidium, vt vulgò aiunt appenſatum, vel
ex propoſito ab accidentali, ſeu caſuali; ex
moderniorbus, in l. vlt. ff. de quæſtio. qui-
bus addo Tyber. Decia. conſ. 4. nu. 10. poſt
Diuum Thomam optimè diſtinguentem, lib.
3. ſed apud Philoſophos, ſub prædicamento
tali eſſe putantur longitudo, latitudo, pal-
mus, pes, & ſimilia de homicio illiuſq; ſpe-
ciebus, faciunt, quoq; traditiones, Iul. Clar.
§. homicidium, lib. 5. ſententiarum per to-
tum cum annotationibus Hiero. Giacca Lu
44 gienſis. Quintum † prædicamentum eſt di-
ctio vbi, quę eſt loci omniſq; dictio ſignificãs
locum, vt Romæ, Capuæ, Neapoli, in foro,
in platea, in Eccleſia. Claudius Saturninus,
in l. aut facta, §. locus, ff. de pęn. atq; ideo
traditum fuit locum grauare maleficium ip-
ſum, vt recentiores admonent, in l. vltima,
ff. de quęſtio. qui herclè locus maximè in cri
minibus attendendus eſt, prout fuſius aſſerit
Io. Igne. ad l. 3. §. Domini, el tertio, nu. 50.
fol. mihi 55. ff. ad ſenat. conſul. ſillania. de
probatione verò loci, & temporis rem. ſiuè
per Ioſeph. Maſcard. conclu. 994. lib. 2. &
conclu. 98. num. 13. lib. 1. de probatio. Sex-
45 tum † dictio quando, quæ temporis eſt, ob
quod patet diſtingui furem diurnum, à no-
cturno, Claudius vbi ſupra, §. tempus, atq;
inducitur, ob id grauamẽ in maleficijs, quan
doquidem valde grauiora exiſtimentur, ea
vt ſint præcognita, cum lex ipſa malè præſu-
mat aduerſus de nocte agentem; ex recen-
tioribus in l. vlt. ff. de quæſtio. Hyppo. Marſ.
conſi. ſuo 83. nu. 16. Ioſeph. Maſcard. con-
clu. 1109. num. 14. lib. 2. & conclu. 98. nu.
12. nu. 23. lib. 2. vbi ſupra de tempore mul
ta in ſimili congerit idem conclu. 1351. lib.
3. eo accedat, quod iuris interpretes cauent
de teſtibus deponentibus, circa delictum no
ctu commiſſum, & Luna minimè lucebat, vel
lumen non aderat, vt per Maſcard. eundem
loco præcitato, conclu. 496. num. 14. lib. 1.
46 Septimum † prædicamentum eſt, ſitum eſſe,
cuiuſmodi ſunt iacere, ſedere, & omnes aliæ di-
ctiones poſitionem dictantes, atq; ſtare cũ
malefitia perpetrantur, armaq; habere auxi-
lium dictat, & idcircò, ob aſsiſtentiam talẽ
inditium ad tractatũ inducitur, ex conſcrip-
tis à recentioribus, in l. vlt. ff. de quæſt. vbi
potiſsimùm Marcus Antonius Blancus, de
qua re, omnino præcognoſcendus erit Ioſeph.
Maſcard. conclu. ſua 159. lib. 1. de probat.
quo in loco more ſuo diffuſius, quàm cæteri
diuagatus eſt; faciunt traditiones Iaſ. conſi.
137. num. 3. & inferiùs lib. 1. vbi de auxilio
47 ſimplici, & cooperatiuo. Octauum eſt † ve-
habere, ſicuti armatum eſſe, vel calciatum
omniſq; alia dictio habitum dictans, vt po-
tè togatũ, & placiatũ, ex Philoſophis adeò,
ut ſi

Digitized by Google

ut ſi quiſpiam armet ſe de rixa, & bello pre-
meditare cenſeatur, ex congeſtis à moder-
nioribus in l. vltima vbi ſupra; hùc conferũt
inſignia exempla à Maſcard. relata conclu
nuperrimè adducta num. 4. & conclu. 128.
præſertim nu. 3. lib. iſto cum concomitan-
48 tibus. Nonum † ſeſe offert, & eſt agere, vt
putà calefacere, vrere, ſecare, frigefacere,
& exempli cauſſa verberare, domum introi-
rẽ, adulterare, occidere hùc conferre viden
tur, quæ colligebat Iul. Clar. lib. 5. ſenten-
tiarum §. 1. poſt princip. verſ. habes etiam,
quòd quædam ſunt delicta, & de adulterijs
cum materia ſua abundè Ioſep. Maſcard. cõ-
cluſ. 57. vſq; ad concluſ. illam 65. lib. 1. de
49 probatio. eſt. Et aliud poſtremum † in ordi-
ne prædicamentum, quòd pati denomina-
tur, aduerſaturq; præcedenti, vt vulnerari,
ſecari, verberari, quemadmodum hæc ſupe-
rius deducta cumulant recentiores, vbi ſup.
& pręcipuè Marcus Antonius Blãcus, & idẽ
in eo tractatunculo crimin. pract. dum ex-
planare niſus fuit Cæſaris reſponſum, in l. 1.
C. ad leg. Cornel. de ſica. incipit viſis indi-
tijs à num. 58. vſq; ad nume. 75. cui addo,
Ioſep. Maſcard. conclu. 878. per totum lib.
2. vbi copioſiùs, ac Albert. Brun. tract. ſuo
de for. & ſollẽnnita. ſub art. illo, ex quibus
conſiſtat forma: & ſollemnitas verſ. 33. &
làtè inferiùs vſq; ad illum verſiculum 43. vbi
latiſsimè examinat exẽplificando, circa hu-
iuſmodi prædicamenta; quo te remicto. iis
itaq; ſic prælibatis, ad rem ipſam condeſcen
dens, dico faciẽdam eſſe interpetrationem
illud quippè maleficium citiùs impetuoſo,
quam deliberato animo commiſſum fore ra-
50 tionibus inferiùs citandis. † potiſsima quarũ
eſt huiuſmodi, quotieſcunq; agitur de pęnis
ipſis interpetrandum eſt ſemper, vt pęna le-
uior mitiorq; imponatur, Paulus ad Vitelliũ
l. cum quidam ff. de libe. & poſthum. Vl-
pianus in l. ſi præſes ff. de pęn. Philip. Dec.
in l. Imperium de iuriſd. om. iud. num. 15.
& in l. factum §. in pęnalibus de regu. iur.
Cæſar Vrſillus annotatione poſtrema ad Do
minos de Sacro Conſilio Neapolitano num.
26. cum concordantibus. qua ex re, ſimpli-
citer condẽnatus in amputationẽ manus in-
telligitur de arida ex gloſ. in autent. ſed no-
uo iure C. de ſeru. fugitiu. ſi eam debilita-
tam ita habeat. & quid ſi ſtatutum dicat cõ-
mictens tale crimen puniatur in amputatio-
ne manus, tunc enim minimè comprehendi-
tur arida, quæ eſt inutilis delinquenti, ex ſin
gulari gloſſa in l. vlt. C. de plagia. quò in lo-
co inquit mulierem dici viduam, ſi maritum

habet inutilem, & prænotãdi ſunt Bar. Alex.
& alij in l. eleganter. §. qui reprobos ff. de
pignora. actio. & quiſquis ille ſit, ex recen-
tioribus, qui fecit additamenta ad Bart. vbi
ad complura infert pertinere videntur ad rẽ
hanc, quæ tradit Hyppo. Marſ. §. opportunè,
num. 39. ſua crimina. pract. cum ſimilibus,
à Iaſ. deductis conſil. 46. ſub num. 5. lib. 3.
Tyber. Decia. conſ. 18. num. 352. lib. 1. &
51 conſ. 92. num. 11. lib. 3. † altera, & ſecunda
ratio eſt, nam pluſquam manifeſtum eſt ani-
mum eſſe, quid facti apud Paulum in l. bo-
næ fidei §. in contrarium, ff. de acquiren. rer.
Domin. Barthol. Socc. in l. 1. nume. 28. de
acquiren. poſſeſsio. Philip. Dec. conſi. 472.
num. 16. Aymo. Sauilia. conſ. 202. poſt nu.
47. Io. Cepha. conſil. 321. nume. 21. lib. 3.
ad illud; quod eſt facti minimè præſumitur,
ſed per eum probandũ erit, qui in eo ſe fun-
dat Triphonius l. in bello §. factæ de capt.
& poſt lim. reuerſ. Philip. Dec. in l. quate-
nus num. 2. de regu. iur. Io. Cepha. vbi ſu-
pra num. 22. neq; igitur animus præſumitur
52 cuiuſuis, vel deliberatus, tertia ratio † hæc eſſe
videtur profectò vbi aliq.d poteſt denotare
maleficiũ graue, & leue, cẽſetur leue, atqui ſi
interpetratio fiat homicidiũ minimè fuiſſe
deliberato animo, delictũ leuius erit, ac cæte-
quòd animi deliberati qualitas, cum delictũ
augeat, probanda veniat, Hyppo. Marſ. in l.
ſi quis nec quæſtio; nume. 54. ff. de quæſti.
Philip. Dec. conſ. 13. Iaſ. conſ. ſuo 164. nu.
3. lib. 2. Iul. Clar. vbi ſupra §. aſſaſsinium,
53 poſt princip. quarta & poſtrema † ratio eſſe
poterit, quia videmus in ſimili, vbi verba tra-
hi poſſunt ad falſum, & non falſum interpe-
tratio fit, vt minimè contineat falſum, Alex.
conſ. 70. num. 1. lib. 1. Hyppo. Marſ. conſ.
51. num. 30. Iaſ. conſ. 153. lib. 2. cum con-
comitantibus alijs à Maſcard. citatis concl.
ſua 745. num. 4. lib. 2. de probatio. vbi exa
minat, & à Iacob. Menoch. conſil. 230. nu.
71. lib. 3. Roland. Vallenſ. conſil. 11. num.
37. nume. 38. lib. ad hùc tertio, ac Tyber.
conſ. 651. nu. 8. lib. 3. conſ. 14. nu. 35. lib. 4.
conſtat enim delicti præſumptionem eſſe
euitandam, vt ex recentioribus atteſtatur
Octauius Gloritius, in comm. cap. ſuper li-
teris in glo. in verb. priori nume. 275. pari
itaq; paſſu in caſu iſto, & in terminis voluit
Io. Cepha. conſil. ſuo 206. lib. 2. vbi fuſius.
54 ſed quæro † quid ſit aſſaſsinium, ex quò hæc
propria eſt iam illius ſedes? edepol aſſaſsi-
nium propriè dicitur, quando pecunijs, quis
inducit aliquem ad hoc faciendum, ſic Tyb.
Decia. conſ. 88. num. 18. lib. 3. & ex com-
muni

muni vſu loquendi eos aſſaſsinos appellari, qui pretio conducti aliquem Chriſtianum occidunt, idem ſcribit conſ. 82. num. 3. lib. 2. Tyber. idem multa concinnatus eſt tracta. ſuo crimina. cap. 30. lib. 9. tom. 2. & num. 41. & ferè per totum videndus eſt, Iul. Clar. §. aſſaſsiniū, vbi de communi ſententia * in initio, & multa pulchra tangit latè inferius, eo trahatur Iacob. Menoc. tracta. de arb. iud. caſ. 360. num. 39. nume. 40. nume. 41. vbi quoq; declarat vnde fluxerint, vel ex mente

55 Roland. Vallenſ. conſ. 14. num. 3. † aſſaſsinus nuncupatur, cui datæ ſunt pecuniæ, pro delicto perpetrādo lib. 4. vel aſſaſsinus nuncupatur, qui ſcindit animam à corpore ad alterius mandatum, ex Ioſep. Maſcard. concl. 138. num. 11. de probatio. lib. 1. vbi videatur quæſo per totum, cum ſuis ampliationibus, & coanguſtationibus, quas non tranſplāto, ne papyrum cum iactura temporis denigrem, eſtq; crimen huiuſmodi atrox, & enorme ad tradita, per Roland. conſ. 14. nu. 14.

56 vbi ſupra, & ſecundum † Tyb. Decia. conſ. 115. nume. 14. lib. 3. atrociter puniendum eſt, quia reputatur inter atrociſsima, & horrenda delicta, Pet. Surd. deciſ. 135. num. 9. & aſſaſsinij crimen eſt talis naturæ, vt in eo etiam procedatur, effectu minimè ſequuto, Roland. loco ſuperius citato num. 18. Ioſep. Maſcard. vbi ſup. num. 2. & longè inferiùs, vt ibi per eum, & prænotandus erit Iacob. Menoch. de arb. Iud. caſ. 360. quo loci vberrimè docuit, an puniatur conat' in omni delicto locupletius habes per And. Gail. capit. 14. lib. 1. de pace publica; & iam in regno declaratum fuit per Sanciones Regias, quas ſilentio inuoluo cum vulgatiſsimæ ſint, Tyb. idem tracta. crimina. cap. 28. num. 18. lib. 6. tom. 2. late ſcribit, qui dicantur aſſaſsini, & quid differant inter ſe pyrata, & aſſaſsinus, amplè diſcutit And. Alciat. conſil. 11. lib. 1. Modo reliquum eſt perpetrare, an ſub

57 iſto præcepto contineri cenſeantur † veneficí ipſi? & nempè à fortiori argumento deſumpto fatendum eſt illos comprehendi, ad hoc Andr. Alciat. conſi. 14. nume. 2. lib. 4. Iacob. Menoch. conſi. 534. num. 11. lib. 6. & conſi. 36. num. 37. lib. 1. vbi ſi ineſt, de quo minus, ergò de quo magis, demonſtrat Iureconſultus Martianus in l. 3. ff. de ſica. immo plus eſt hominem veneno extinguere, quàm gladio occidere, quemadmodum ſcribit Hyppo. Marſ. ad rub. tit. iſto num. 4. & ab alijs paſsim id tranſplantatur plura iucunda tradit Thomas Grāmat. deciſ. 2. & deciſ. 38. Lucretia Scagliona; Iul. Clar. §. homicidium verſ. punitur etiam, vt homicida

58 veneno malum, quod nempè † crimen eſt deteſtabile, & execrandum grauiuſq; homicidio, vt conſuluit Roland. Vallenſ. conſ. 12. nu. 70. & paulo poſt lib. 3. videndus eſt Tyber. Decia. tracta. crimina. cap. 29. nu. 19. num. 21. lib. 7. tom. 2. & cap. 22. & capit. 25. num. 6. vbi de tutore, qui fuit cruci affixus ob venenum datum pupillo, cui fuerat ſubſtitutus lib. 9. & de porrigentibus venena, vel vendentibus ea capitali pęna feriri, iam Regni conſtitutiones patent, ſub tit. de veneficijs, & poculis amatorijs, vbi copioſè ſcribentes And. Alciat. conſ. 28. lib. 7. Iacob. Menoc. loco præallegato caſ. 359. caſ. 360. num. 46. Iacob. idem conſi. 480. num.

59 11. lib. 5. cum concordantibus, † & ipſe cēſeo, quod cum penuriæ tempore, quis cogatur eleemoſinam facere, ex quò nihil ſine caritate ſumus; vt frumentum vendere negans tempore eo, conciues necare eſſet, & ſubſequenter iſti tales reluctantes rectè iudicentur excoriatores pauperum, atque occiſores, ex adnotatis ab eodem Iacob. conſ. ſuo 137. num. 15. num. 17. num. 20. lib. 2. cęterùm per tranſennam quæro, an is qui ordines Sacros ſuſcepit in fraudem puniri valeat capitali pœna à layco Iudice poſt maleſitiū perpetratum Iacob. idem conſ. 912. nume. 18.

60 & inferius lib. 10. tenet eum † qui ordines Sacros ſuſcepit in fraudē puniri minimè poſſe capitaliter à Iudice layco, niſi prius facta degradatione ab Epiſcopo. at Clericos primæ tonſuræ poſſe à laico Iudice plecti abſq; alia degradatione explicando, vt ibi per eū poſt deciſionem ampliſsimorum patrū Con

61 cilij Tridentini, & quid † de laico delinquēte, ſi poſt delictum fiat Clericus, an à Iudice Eccleſiaſtico Iudicandus veniat? & quid ſi poſt inchoatum proceſſum? ſcribit Tyber. Decia. ſuo crimina. tracta. cap. 24. vbi alia præclara lib. 4. tom. 1. locupletiùs docuit Didac. Couar. cap. 32. num. 4. & longè inferiùs quæſtio. practica. explicauit Io. Imo-

62 lenſ. conſ. 118. conſi. 119. ulteriùs quæro † an ſub hoc diuino præcepto comprehendātur ij, qui ſeipſos occidunt? & reſpondetur, quod ſic, nam cum lex generaliter loquatur generaliter intelligi debet, & ita in ſpecie declarat Tyber. idem vbi ſupra cap. 1. nu. 2. lib. 9. tom. 2. ubi per totum demonſtrat, quoq; uituperia talium ignauiſsimorum mortalium, cui trahatur Roland. Vallenſ. conſi. 20. lib. 3. quo loci num. 21. num. 26. inquit interficientem ſeipſum animam ſuam, ſathanæ torquendam tradere, & ob id caninæ ſepulturæ

Digitized by Google

Parochi, & teſtium præſentia, nullum contrahitur matrimonium, Nicol. Mozz. tract. de contracta. ſub tit. de ſponſalib. col. 4. de naturalib. ſponſalio: num. 5. ſuperius citata, non indoctè declarat Pyrrhus Alfa. ad rub. C. de edend. nu. 52. fol. 149. qui nihilominus poſt nume. 53. ſubdit, in arbitrio Iudicis ponendum eſſe, quando dicantur proximæ præparationes, & quando remotæ, vt ibi per eum. & reſpectu matrimonij clandeſtini de quo Nicol. Mozz. faciunt congeſta per Maſcard. vbi ſupra concluſ. 10. num. 70. lib. 1. ſed peculiari conatu illam inter cęteras quęſtiones, quæ profecto † abuſu, forenſiq; iuriſdictione omninò aliena non eſt, excutere arbitratus ſum, an mulier luxurioſū ob oſculum, dotem perdat? & quamuis Ioſep. Maſcard. conclu. 64. nume. 2. lib. 1. de probatio. remiſsiuè loquatur, attamen concordi ſententia * itum eſt, quemadmodum iuère Matthæus Affic. in conſtitutione ſi maritus, nu. 5. de pęn. vxo. depr. in adult. Felin. cap. præterea, de teſtib. Franciſ. ripenſ. in decretal. tit. de iudit. Didac. Couar. epit. 4. lib. decretal. cap. 7. part. 2. §. 6. Bal. auriga ſenſit in cap. tuæ de procurato. mulierem nempè quæ dederit alicui oſcula, atque ideo ſuas tangi mamillas fuerit paſſa, adulterij perpetrandi gratia, eam in quā dote primari haud aliter quam adulterium commiſiſſet, Ioſeph. Maſcar. concl. 981. lib. 2. innititur hæc opinio concors, ex † reſponſo Pontificis Summi cap. plerumq; de donatio. inter vir. & vxo. eo enim loci ſic ſcribit Clemens Tertius, ſi mulier ob cauſſam fornicationis, iudicio Eccleſiæ, aut propria voluntate à viro receſſerit, nec reconciliata poſtea ſit eidem, dotem vel dotalitium repetere non valebit. ad idē facit Cæſaris conſtitutio in autent. vt liceat mat. vel aui. §. quia vero plurimas, ita vt minimè dubitandū quin re vera communis ſententia ſit, * verum quia non leuis eſt ponderis controuorſia iſta, ex quò valdè inter ſe diſsident iuris interpretes, hac de re, inſigniora, vrgentioraq; cordi fuit, obiecta tùm pro parte affirmatiua, tùm, & pro negatiua afferre. negatiuam igitur † partem amplexi fuere Philip. Dec. vbi Hiero. Cagno. ad rub. C. de edend. And. Alciat. lib. parerg. 4. cap. 10. Iaſ. in l. 2. ſolut. matrimo. pro qua adducitur primùm huiuſmodi argumentum, dos † mulieris eſt patrimonium Aymo. Sauilia. conſ. 39. lib. 1. Panor. Abb. conſi. 4. in extremo lib. 1. & voluit Imperator Iuſtinianus in l. aſsiduis, C. qui potiores in pignore habeant, Papinianus in l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. erciſcun. Tyber. Decia. conſi. 70. num. 15. lib. 5. Roland. Vallenſ. conſ. 86. nu. 38. lib. 2. Iacob. Menoh. conſ. 286. num. 28. lib. 3. Io. Cephal. conſ. 256. lib. 2. atqui nullus eſt patrimonio priuandus niſi ob cauſſas à legibus nominatas, vel expręſſas ex Cæſaris pronuntiato, in §. optima, in autent. de non eligen. ſecund nup. cum itaq; oſculi cauſſa lege nulla inueniatur comprahenſa, ob illud, durum, inhumanumque videri mulierem ipſam dote plecti. Secundò fulciri videtur, ex Cæſarum Grat. Valent † & Theodoſij reſponſis, in l. ſciant cuncti, C. de probatio. vbi quando de crimine agitur, ſatis minimè ſunt coniecturæ, ſciant cuncti accuſatores, inquiunt ipſi, eam ſe rem deferre in publicam notionem debere, quę munita ſit idoneis teſtibus, vel inſtructa apertiſsimis documentis, vel inditijs ad probationē indubitatis, & luce clarioribus expedita. cōducit Vlpiani pronuntiatum, in l. indeneratius ff. ad leg. Aquil. Alex conſ. 66. lib. 1. Iaſ. conſi. 34. poſt num. 9. lib. 1. egregiè docuit Ioſep. Maſcard. quæſt. 10. nume. 78. & conclu. 459. num. 2. de probatio. lib. 1. quo loci more ſuo plura congerit. ad idem & tertiò innititur ſententia hæc, nam materia huiuſmodi penalis, atq; odioſa reputatur, igitur haud dilatanda, ſed anguſtè interpretanda. Paulus ad Vitellium in l. cum quidam ff. de liber. & poſthu. capit. odia de regu. iur. lib. 6. meritò. faciunt congeſta, per Tyber. Decia. conſ. 22. nu. 29. lib. 4. ad idem extat, & quarto loco, inſignis Pauli prudentiſſimi viri locus, in l. 1. ff de extraord. crim. vbi Accurſius inibi namq; conſtitutum fuit, oſculi crimē minimè adulterij pęna, ſed extra ordinem puniri. quintò, & vltimo ſtabilitur opinio hæc Cæſaris pronuntiato in §. quia verò plurimas, autent ut lic. mat. & au. † Cæſar etenim ſub conditionditione alloquitur, ſi adulterium uerum eſſe oſtenderit, quo quippè caſu probatio per conie&uras minimè ſuffragari iudicatur, ſed luce nitidior deſideratur, ex Pauli ſentētia in l. Lucius, ff. de conditio. & demonſtratio: ubi Bart. ſic ſcribit Alex. in l. licet Imperator num. 4. de lega. 1. ex recentioribus uoluit Ioſep. Maſcar. quæſtio. 10. nume. 77. lib. 1. de probatio. Tybe. Dec. multa pulchra ſcribit conſil. ſuo 1. nume. 45. & latè inferiùs libro 2. atqui pro altera, † & affirmatiua ſententia potiſsimum iuris interpretes permoti ſuē. e, capit. unico quibus mod. feud. amit. ubi depromi uidetur, uaſſallū pariter feudo priuari, ſi cū domini uxore concubuerit, uel concubere enim

exercuerit ſe, turpiterue cū ea luſerit Gloſ.
55 eo loci exponit ad pectus ponēdo manus, ſi † enim dominus, tex. ait, prælium campeſtre habuerit, & vaſſallus eum morantem in ipſo prælio dimiſerit non mortuum, nec ad mortem vulneratum, feudum amictere debet. ſubſequitur textus, item ſi fidelis cucurbitauerit dominum, idest cum vxore eius concubuerit, vel concumbere ſe exercuerit, aut cū ea turpiter luſerit, vel ſi cum filia. comprobatur hoc, per ea quę deducit Ioſep. Maſcar. conclu. 452. nume. 15. lib. 1. ex eo quòd ſi quiſpiam iniecerit brachium collo, probari copulam, vel ſimilibus coniecturis, vt ibi per eum. Secūdo locò ſtabilitur hæc ſententia
56 † per Eccellentiſsimum Vlpianum in l. quod ff de adulte. ait lex, vnà cum Accurſio, quod ait lex, inquit ipſe, cum filia adulterum deprænhenderit, non otioſum videtur. voluit enim ita demum hāc poteſtatem patri competere, ſi in ipſa turpitudine filiam de adulterio depræhēdat. Labeo quoq; ita probat, & Pomponius ſcribit in ipſis rebus venereis depręhenſum occidi, & hoc eſt, quod Solon, & Draco dicūt. Accurſius eo in loco, adnotat res Veneris eſſe baſia, ſiue oſcula, colloquia, cæteroſq; apparatus, ſi igitur ex Vlpiani pronuntiato depromitur patri permiſſum fore filiam in adulterio depræhenſam in venereiſuè rebus ferro iugulare, multò magis datur intelligi eam dote priuari. tertiò quoque loco innititur, ex Iaſ. in l. 2. ſolut. mat. ad quam ſententiam comprobandam adducit duo iura l. qui domum l. & ſi amicis, ff. de adulter. quibus in locis à Papiniano, & Vlpiano traditum eſt, vt qui domum præbuit, vt adulterium fieret, quamuis præparatum non ſit, ſed colloquium tantùm de adulterio
57 ipſo ſit habitum, quaſi adulter punitur † ſed & ſi in domum Vlpianus dicebat, aliquā ſoliti fuerint conuenire ad tractādum de adulterio, & ſi eo loco nihil admiſſum fuerit, verūtamen videtur is domum ſuam, vt ſtuprū, adulteriumuè cōmitteretur præbuiſſe, quia ſine colloquio illo adulterium non perpetraretur, & delictum committere dicitur, qui occaſionem delinquendi præſtat Aymo. conſil. 488. num. 2. lib. 3. ad idem, & quartò
58 ſuffragatur, nam adulterium † inter atrocia connumeratur delicta, in quibus conatus habetur, pro perfecto delicto, Cæſares Maximianus, Diocletianuſq; in l. ſi quis non dicā rapere, C. de Epiſco. & Cler. & in l. is, qui cum telo, C. de ſica. cum alijs concordantibus, accedant Pontificia decreta capit. 1. 81. diſtin. & cap. quid in omnibus 32. quæſt. 7. vbi ſcribitur, q̄d in omnibus peccatis adulterio grauius? illiuſque flagitij atrocitatem execrati fuère ſcribentes omnes capit. at ſi Clerici, §. de adulter. tit. de iudic. vbi præceteris Bal. copioſè commemorat Ioſep. Maſcard. conclu. 57. lib. 1. quinto locò dimiſſis alijs quę afferri poſſent apparet Theodoſij, & Valent. Cæſarum locus in l. conſenſu, C. de repud. verſ. virum, vbi clarè probari videtur, mulierem dote priuari, ſi interdicta eadem conſtitutione attentauerit. cæterùm mulier ipſa oſculum dando adulterium attētare fertur, igitur datur intelligi eā dote ple-
59 ctendam fore. tranſcriptis † vtriuſq; ſententiæ obiectis, hanc poſteriorem puto verā eſſe, etenim cùm datum fuit oſculum adulterij perpetrandi cauſſa mulierem dote priuā dam, ex inferiùs poſitis deducitur, conducit inquam, & ſexto locò perpulchrer tex. in l. ſi à ſponſo, C. de donatio. ante nupt. in quo quidem loco imperator Conſtātinus ſcribebat, vt ſi morte matrimonium minimè fuerit ſubſequutum, atq; ideò interuenerit oſculū, rei donatę pars dimidia ad donatorem reddere, altera verò pars dimidia ad ſponſæ hæredes tranſire debere, ſi à ſponſo rebus ſponſæ donatis interueniēte oſculo, ante nuptias hunc, vel illum mori contingerit dimidiam partem rerum donatarum ad ſuperſtitē pertinere præcipimus, dimidiam ad defuncti, vel defunctę heredes, cuiuslibet gradus ſint, & quocūq; iure ſucceſſerint, vt donatio ſtare pro parte dimidia, & reſolui pro parte dimidia videatur. oſculo verò nō interueniente, ſiue ſponſus, ſiue ſponſa obierit, totam infirmari donationem; & donatoris ſponſo, vel hæredibus eius reſtitui. & quæ ſequuntur. vndè clarè infertur, oſculum dimidiam eſſe adulterij, vel concubitus partem, cui aſſentitur And. Iſern. cap. vnico quib. mod. feud. ammitt. num. 9. tunc ſic, ſi mulier dote plectenda venit, ſi tantūmodo circenſibus adfuerit ludis, quo in loco, nec totum, nec dimidium contrahitur adulterium, multo igitur magis ob oſculum eam eſſe plectendam pulchrè reſpondit, And. Alciat. conſ. 6. nu. 3. idem conſ. 47. num. 13. lib. 8. venuſtiùs indicebat Tyber. Decia. conſ. 33. num. 24. lib. 4. idem conſil. 15. num. 3. lib. 3. ſepti-
60 mò † deducitur pro communi fulcienda ſententiā, Cæſaris reſponſum, §. quia verò plurimas, autent. vt lic. mat. & au. verſ. ſi maritus ſanxit etenim ibi Cæſar maritum donationem propter nup. ammittere non ſolum, ſi vxorem alteri adulterandam tradiderit, verum etiam ſi ſolummodo tradere tentauerit, atq;

O

rit. atq; caſtitati illius inſidiatus fuerit, igitur datur manifeſtè intelligi, mulierem multò magis perdere debere dotem, quæ ſeipſam adulterandam tradere tentauerit, & ob id oſcula dedit, ſuamq; violãdò pudicitiam. octauò, & vltimò affertur, ne amplius hoc in
61 loco pedem figamus, enimuerò † dos, vel donatio propter nuptias ammittitur, ob iniuriã alteri ab altero illatam, præcitato, §. quia verò plurimas ponderando eo loci, dum dicitur, & pro tali iniuria, & quæ ſequũtur. Paul. Caſtrenſ. conſ. 147. lib. 2. reuocatur in dudium, num. 3. ſed adulterij cauſſa oſculo dato maior inferri aſſolet iniuria, quàm ſi ludis mulier præſto fuerit, ergò meritò. fulcitur ſententia hæc, ex Iul. Clar. coaceruatis, §. adulterium verſ. & ſcias quod hoc caſu, & iterum verſ. ſcias etiam, quòd mulier, vbi de concordi teſtatur ſcribentium ore * multa inſignia ſcripsêre And. Alciat. conſ. 148. num. 9. lib. 9. Io. Cephal. conſ 256. nu. 29. lib. 2. Cæſar Vrſillus anno. ad Matthæũ Afflic. 276. num. 7. & anno. 265. num. 63. Ia-
62 cob. Menoch. conſi. 31. nu. 12. lib. 1. quæ † nempè quatuor dilatari, & duobus coangustari ſolet modis, & primò ampliatur locum ſibi vendicare quamuis certum fuerit adulterium ſubſequutum non fuiſſe, ſecundò loco, ampliari cenſetur, tametſi pęnituiſſet mulierem, atq; ideò adulterium ſubſequutum non eſſet, eo quippe caſu, ſtatutum eſt, dotẽ mulierem ipſam perdere, & hoc Cæſareo iure non herclè Pontifitio, quod in matrimonialibus cauſsis ſeruatur, Roland. Vallenſ. de luc. dot. quæſt. 101. ad finem, etenim pęnitentia ſequuta eam dotis pœna excuſari, ex quò certum ſit adulterium minimè ſequutũ fore. tertiò dilatatur non modo eam ammittere dotem, verum etiã bona paraphernalia Nicol. Boer. deciſ. 338. Iul. Clar. vbi ſupra verſ. adde quòd propter adulteriũ. quartò, & vltimò dilatatur locum ſibi vendicare in marito cõmittẽte adulteriũ, nã punitur in donanione pp nuptias, quã vxor lucratur Iul. Clar. vbi ſupra de cõi aſſerens * coãguſtatur
63 † quoq; & primò ſi vir cõcubinam tenuerit, vt voluêre Hieron. Cagno. Io. Bolognet. & alij ad rub. C. de edend. Franciſ. Ripenſ. in l. 2. ff. ſolut. mat. tunc enim neque propter oſculum, neq; adulterium debet poſſe dote priuari, & concordare videtur Tyb. Decia. conſ. 3. nu. 97. lib. 1. cum ſimilibus. reſtrin
64 gitur. & † ſecundo locò, ſi vxor ob mariti immanitatem, vel ſæuitiã fugerit, & ob id adulterium perpetrauerit, nã maritus ex ſua culpa dotem haud lucrifaciet Pet. Ancha. conſ. 408. Didac. Couar. §. quinto n. 2. c. 7. part. 2. lib. 4. decretal. perſpicuè igitur, infertur, mulierem multo minus ob oſculum perdere dotem, quemadmodum immemor non fuit Pyrrhus Alfa. ad rub. C. de edend. nu. 78. num.
65 83. nu. 85. fol. 157. At † Curt. Iun. & cæteri ad rub. de qua ſupra in alia erant ſententia, mulierem iure nouiſsimo hodie propter adulterium minimè dotem perdere, ſed verberibus affectam in Monaſteriũ detrudi debere, dotaliaq; pacta ſeruari, ex Cæſarea cõſtitutione in autent. ſed hodie, C. de adulte. videndus eſt Roland. conſ. 35. nu. 3. lib. 2. Cæterùm, vtcunq; res ſit, Pyrrhus Alfa. vbi ſupra, non recedit à cõmuni, * & diſtinctione quadam aurea habita, optimè reſpondet, vt ibi per eum, & de vaſſallo ob ſtuprum cũ vxore domini, vel adulterium cum vidua, an Baroniam perdat, ſcribit Vallenſis idem cõſil. ſuo 86. lib. iſto.

ARGVMENTVM.

Non fur, vbi an furari liceat, ex famis neceſſitate, & an furem nocturnum interficere cõcedatur, & fraudatione gabellarum, de qua vbertim ſcribit Ioſep. Maſcar. concl. ſua 834. lib. 2. ad quem te conijciò, Dida. Couar. in regu. peccatum, §. 5. part. 2. & quomodo teneantur in foro conſcientię fures ibidem §. 6. & per totum cõment. & circa præceptũ iſtud, ſcribit Tyb. Decia. cap. 30. lib. 6. tom. 2. & capit. 29. lib. 9. vbi de latrocinijs crimin. tract. tom. iſto.

SVMMÆ.

1 *Furtum quod? & nu. 2. & nu. 3. vbi de diffinitione Diui Thomæ. & de rapina.*
4 *Rapinam maius eſſe delictum, ac plus eſſe rapere, quàm furari.*
5 *Fur, an cenſeatur is, pęnes quem comperta ſit ſubtracta res? duo, & principes conſtituuntur caſus & nu. 6. & nu. 7.*
8 *Furem nocturnum vtrùm interficere concedatur? & nu 9. vbi declaratur.*
10 *Furantem in aliqua domo incendij tempore, magis puniri demonſtratur.*
11 *Receptatores furum, aut furtiuarum rerum, qua pœna plectantur? remiſſiuè.*
12 *Statutũ quod quis pro tertio furto ſuſpendatur furcis, quã interpretationẽ admittat?*
13 *Furari nùm permittatur comeſtibilium, aut cibariorum quantitatem, ob neceſſitatem famis? & num. 15. num. 16. vbi declaratur, &*

Digitized by Google

tur, & num. 17. vbi ampliatur, & num. 18. vbi de verbo victus, & num. 19. & num. 20. vbi aduerſus communem ſententiam, & nu. 28. nu. 31.

21 Adulterium patrare mulierem, ob famis neceſſitatem prohiberi oſtenditur.

22 Capitis tertij de furtis, verba tranſplãtari, & n. 22. vbi capitis alterius paſcè 86. diſtin.

23 Proximum noſtrum ſicut nos ipſos diligendum, & num. 24. vbi de bonis diſtribuendis pauperibus.

25 Omnia in ſtatu innocentiæ communia fore demonſtratur, & nume. 26. & nume. 27. quo loci explicatur.

29 Pauperibus, an iis furari permictatur, qui prauè acquiſiuère, exiſtentibus in extrema neceſſitate?

30 Neceſſitas extrema quæ ſit? breuiſſimè tranſcribitur.

32 Famuli aufugientes, bona è domo deperdita, ſubtraxiße præſumuntur.

33 Famuli ſurripientes tot res, quæ ad ſalarij ſummam extendunt, an furti crimine excuſentur?

34 Creditori vtrùm furari permictatur, ex quo nulla via poſſit ſuum creditum probare? & nũm. 35. vbi Pyrrhi Alfani laudes ſummæ enarrantur.

36 Conditiones tranſcribuntur ad hoc, vt famulo pro ſalario ſibi debito furari fas ſit, & an vna ſufficiat? & nu. 37. vbi coaceruantur alij numeroſiores.

38 Salarium pro famulatu, & ancillæ operis, ex communi vſu quòd?

39 Epiſcopus, ſi ſub excommunicationis pœna præcipit, quòd qui aliquid de Titij facultatibus habuit, reuelare teneatur, atque ipſe, cum Titij ipſius creditor forè mihi furtiuè ſatisfecerim, numquid meipſum patefacere aſtringat?

40 Andræam Alciatum virum egregium, atq; inſignem nuncupari.

41 Inſtrumenta, probationeſq; aduerſario ſubtrahẽtem puniri. & in cauſſa ſuccumbere.

42 Violans ſacratiſſimam Echariſtiam, nùm indicetur Chriſti Corpus, illiuſq; perſonam lædere. & ob id perpetrari dicatur ſacrilegiũ in perſonam?

RACEMATIO 46.

OPeribus excelſus, & non fumoſo nomine duraturus Iureconſultus Paulus ad edictum, in l. 1. ff. de furt. concinnatus eſt, furtũ à furuo ideſt nigro dictum, quòd clam, & obſcurè fiat, &
plerumq; nocte, vel à fraude, vt Sabinus ait,
vel à ferendo, & auferendo, quemadmodum
1 per eum † indagatiùs enucleantẽ, qui exin-
dè ſubiungit furtum eſſe contrectationẽ rei
fraudulosa lucri faciẽdi gratia, vel ipſius rei,
vel etiam vſus eius, poſſeſsioniſuè, quod lege
naturali prohibitum eſt admictere, non ince
lebris quoq; egregiuſq; vir iuris prudens Ca
ius, in l. 2. tit. iſto oſtendit, furtorum genera
duo fore, manifeſtum, & non manifeſtum, fur
autem manifeſtus quis? diſcernit Vlpianus,
in l. 3. paulò poſt eo loci inſita, & per illos cõ
textus Iul. Clar. lib. ſententiarum, 5. §. fur-
tum vbi fuſiùs, cui ſe conformen redidit Ay-
mo. Sauilia. conſ. 446. poſt nu. 2. lib. 3. vbi
dolum requiri ait in furto, vel furandi animũ
idem conſ. 947. nu. 18. & conſ 969. nu. 30.
2 lib. 5. quibus in locis, † expreſsè cauit furtũ
non videri, vndè lucrum non fit, & neq; ad-
micti ab eo, qui lucri ſui cauſſa rem non ſub-
trahit, immemor minimè fuit Roland. Val-
lenſ. conſ. ſuo 45. nu. 30. num. 34. lib. 1. eo
trahãtur, inſignia Iacob. Menoc. pronuntia-
ta conſ. 834. per totum, vbi de inuentoribus
pecuniarum, & in ſpecie, nu. 23. lib. 9. & in
ſimili idem conſ. 963. nu. 41. nu. 42. lib. 10.
vlterius furem ad effectum reſtitutionis eum
dici, qui rem furtiuam emerit, atque furtum
commicti traditum eſt, cum quis ſciens rem
vendit alienam Iacob. idem conſ. 300. n. 52.
3 nu. 70. lib. 3. vel dicamus vnà cum † Diuo
Thoma, ſecunda, ſecundæ quæſt. 66. art. 3.
furtum eſſe occultam alienæ rei acceptionẽ,
quemadmodum illius veſtigia adorauit Di-
dac. Couar. regu. peccatũ. §. 1. 2. part. nu.
1. vbi de Pauli diffinitione, & longè inferiùs,
quo etiã loci de opinione ipſius Diui, & Glo
rioſi Thomæ, atqui iuuenes quæritant, quid
ſit rapina, & an longe diſtet à furto? & nem-
pè ſic ex mente præcitati Angelici Thomæ,
vbi ſupra art. 4. oſtenditur, vt rapina ſit alie-
næ rei acceptio manifeſta, ac violenta, quẽ
aſſequutus eſt Didac. loco ſuperiùs adducto
num. 2. quo in loco latiùs comprobat diſcri-
4 men ad huc tangendo inter eam, & furtum †
cui addo ex recentioribus Ioſep. Maſcar. cõ
clu. ſua 1253. nu. 2. lib. 3. vbi inquit rapinã
eſſe maius delictum, ex quò plus eſt rapere,
quã furari, & ſenſerat Hypp. Marſ. conſ. 54.
nu. 3. cũ concordantibus alijs, vt ibi per eũ,
qui nu. 6. aſſerit iura loquentia de furto locũ
ſibi vendicare in rapina, & nu. 22. vbi quoq;
diſcutit, an ſtatutum raptorem puniens pęna
mortis, comprehendat illũ, qui per vim mu
lierem poſtrauit in terrã, & carnaliter cogno
uit, & quis nã dicatur rapere quãplurima ce-

 lebria,

Digitized by Google

lebria, atq; prȩclara per totū ſcripſum cū vſq;
5 deto, illud applicandum eſt, furtū † enim verò conſtare aliter nō valere, niſi dominū, vel quaſi in re ſubtracta accuſatoris probatū fuerit, adeò, ut minimè ſatis ſit generatim exprimere, rē pertinere ad aliquē, prout in hac ducitur opinione Aymo. Sauilia. conſ. 806. lib. 5. ſed quæro, nū is apud quem reperitur ſubtracta res, cenſeatur fur? vetus quidimmò pernota eſt quæſtio, quā ponunt Iul. Clar. §. furtū poſt principia lib. 5. ſentent. Aym. Sauilia. conſ. 806. nu. 2. lib. prælibato ſanxēre ij Seuerus, & Antoninus l. in ciuilem, ac Alexander Cæſar in l. ciuile, C. de furt. affatim Ioſep. Maſcard. concl. 833. lib. 2. de probatio. quo loci arguit, pro parte affirmatiua, &
6 pro parte negatiua, † & demuū conſtituere videtur duos principes caſus, quorū primus eſt, ſi res furata pȩnes aliquem comperta ſit, & talis ille ſolitus fuerit ſimilia commictere, ac malæ exiſtimetur conditionis, & famæ, & tunc ab eodem ſurrepta putatur. alter caſus ſit is, ſi homo pȩnes, quem res furtiua reperta eſt, fuerit grauis, & honeſtus, ac ex crimine furti nunquā ſuſpectus, immò reputatus integer, & ab omni penè labe alienus, & tunc ex huiuſmodi inuentione furtiuæ rei furtum, neq; furē illum præſumi, ſic Ioſep. ille, nu. 4. nu. 5. cum ſuis nihilominus coanguſtationibus, atq; declarationibus, quas nō trāſcripſi cum Codices ſint impreſſi, & aditus, veſtibu
7 laq; longè pateant † pulcherrimè facit Tyb. Decia. reſponſio facta conſ. ſuo 92. per totū, & in ſpecie, nu. 78. nu. 81. lib. 2. hūc coaceruari poſſent in materia furti, quȩ tradit Iacob. Menoch. conſ. 74. nu. 23. lib. 1. furtum quippè minimè prȩſumi factum in domo optimi uiri, optimæq; famȩ. & alibi idem conſ. 53. nu. 5. retulit furtum patratum à filio, uel ſeruo, commiſſum præſumi domini, aut patris uoluntate, & alibi conſi. 82. nu. 91. lib. iſto, furtū ait præſumi ab eo perpetratū, qui domi erat, & fur, & ſacrilegus, omninò cēſentur infames. Iacob. idem conſ. 149. num. 25. lib. 2. cum ſimilibus à Tyb. Decia. congeſtis cōſ. ſuo 92. nu. 38. lib. 2. ubi nu. 39. ſubdit furē
8 ſemper dicere mendaciū prȩſumi. Ruſus † quæro, an fu rē nocturnum occidere liceat? & quidem ex moderníoribus reperi, Tyb. Decia. conſ. 68. nu. 20. num. 21. lib. 5. ubi hæc formalia uerba inquit, quotieſcunq; prohibitio aliqua iure diuino facta, non eſt ſimpliciter facta, ſed addita eſt ei ab eodem diuino iure limitatio aliqua, ob cauſam aliquā, ſemper lex, aut ſuperior, ualebit limitationē illā extēdere, ad alios conſimiles caſus, & exemplum dicit ipſe Tyb. eſſe poterit, quod diuina lege cautum innotuit, non occides, qua etiam addita fuerat coanguſtatio in quibuſ
9 dam caſibus † nempè occidens occidatur, & qui gladio ferit, gladio pereat & enarrant Arcadius, Theodoſiuſq; Cæſares in l. nemo, C. de Epiſco. audien. igitur, cum quò lex illa generica, fuit eodem diuino iure limitata, in hoc caſu potuit quoq; humana lex coanguſtationem huiuſmodi ad cæteros ſimiles extēdere caſus, vt etiam nocturnum furē interficere faſſit, hæc Tyber. is vbi, alia pręclęra docuit. nonnulla de modo probandi furtum, hūc congruere videntur, & coniecturis probari interdum ſufficiat, etiā fama, & præſumi commiſſum culpa illius, ſub cuius cuſtodia res ipſa erat, & aliquando cōnumeratur inter fortuitos caſus, & minimè uideri culpa patratum, quādo res loco munito, & conſue
10 to reſeruatæ furto ſubtrahuntur † quemadmodum de his omnibus, & alijs conſonantibus inſigniter docuit Iacob. Menoch. conſ. 353. lib. 4. cui cōuenire cēſentur tradita per Tyb. Decia. cōſ. 29. nu. 36. n. 38. lib. 1. At ea in mētē ueniunt, qđ fur, qui furatus fuit in aliqua domo tpe incendij, magis punitur, quàm fur Tyb. idē conſ. 92. nu. 36. lib. 2. & fur principalis grauiori pȩna plectendus uenit, quā is, qui aſtabat illi furanti idē conſ. 24. n. 13. lib. 3. & de furto à pluribus facto, an oēs inſolidū teneatur ſcribit teſaurus, deciſ. 154. & an uincens in ludo ſcienter pecuniā à ſeruo, vel filio familias teneatur furti? & certè Rolād. Vallenſ. conſ. 45. nu. 4. lib. 1. reſpondit, qđ
11 ſic poſt alios ſcribētes † cæterū id prȩterfluere non ſinam, an receptatores furū, aut furtiuarum, rerū teneantur furti pena? præcognoſcēdus eſt, idem ſpeciatim eo loci nu. 25. ingenioſe lector, ex uniuerſo legum cāpo poſſent quā plurima depromi folia, pleriq; fructus decerpi, uerum quia latiſsimè, & ſua, & aliena cemmemorat Ioſep. Maſcard. meritò ad eū te remicto, tāquā ad uberrimos aquarū fontes, de modo probandi furta cōcluſionibus ſuis 829. 830. 831. 832. 833. lib. 2. de
12 probatio. vlterius † quæro, ſtatutum præcipit, quòd quis pro tertio furto furca ſuſpendatur, quo pacto intelli debet? & hercle Tyber. Decia. conſil. 24. nu. 17. lib. 3. tenuit, pro tertio furto, tunc quē ſuſpendēdum; dūmodo pro duobus prȩcedētibus fuerit condēnatus. & de pȩnis furātiū iā ſunt in regno ſāciones, locis peruulgaribus ſub tit. de furt. & rapinis, ubi amplè oſtenditur, quomodo procedatur. atqui ſpeciatim hȩſitatur, nū furari permictatur, ex famis neceſsitate? & nempè

vulgò

Digitized by Google

13 vulgo eſt receptum eſt, fas eſſe ob famis neceſſitatem, comeſtibilium, cibariorumque quantitatem aliquam furari, ex ſententia Romani Pontificis cap. 3. de furt. dicitur enim eo loci, ſi quis propter neceſsitatem famis, aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, veſtem, vel pecus, peniteat hebdomadas tres, & ſi reddiderit non cogatur ieiunare hæc ille Maximus Pontifex. faciunt congeſta per Tybe. Decia, conſ. ſuo 24. num. 12. lib. 3. & conſ. 29. num. 14. & inferius lib. 1. vbi pulchrè Iacob. Menoch. conſ. 31. num. 11. lib. 1. & ſæpe ſæpius Roland. in ſuis reſponſis, & in ſpecie conſ. 80. lib. 3. conſ. 56. lib. 4. vbi multa de neceſsitate Didac. Couar. in regu. peccatū part. 2. §. 1. cū concordantibus.

14 † Quamuis mulieri denegari ſoleat neceſsitatis prætextu adulterij, vel fornicationis turpitudo, ex Iureconſulti Vlpiani pronuntiato, in l. palam §. non eſt ingnoſcendum, ff. de rit. nupt. voluit Iacob. Menoch. conſ. 31. nume. 30. num. 32. lib. 2. ratio hæc eſſe videtur, quia furto mediāte famis neceſsitati prouidetur immediatè, non ſic cenſetur in coitu illicito, vt eleganter docuit, Philip. Dec. in ea iuris regu. quæ propter neceſsitatem, num. 4. in tātum quòd etiam in foro iudiciali minimè puniendus erit, conſiculus Abb. præcitato cap. 3. refert quiſquis ille ſit ſententiam hāc eo loci in additamentis ad Dec. tametſi talis concluſio Dec. Hieron. Cagno. periculoſa videatur in prælibata iuris regula 123. ſub num. 2. vbi ſubdit num. 3. communem * receptamque

15 † iuris interpretum ſententiam fore neceſsitatis extremæ tempore licitum eſſe furari, ex quo tempeſtate tali omnia debent communia eſſe cap. ſicut hi 47. diſtint. dupplici tamen temperamento, primū quàndo tanta eſt neceſsitas, quòd rapiens nempè periret, ni illud raperet, & eo caſu ab omni excuſatur culpa, & ita datur intellectus capitis illius diſcipulos, de conſecratio. diſtint. 5. Cæterùm quādo tanta non ſubeſt neceſsitas, pena, culpaq; alleuiatur, at nec excuſatur à toto. datur itaq; intelligi ſurripientem comeſtibilia, ita demum excuſatione dignum fore, quando aliter ſubuenire ſibi nequit, atq; ſit in mortis periculo conſtitutus, alioquin minimè excuſaretur, ſi emendi modum habeat, quamuis maxima inſit penuria

16 † ſecundum temperamentum eſt, tunc excuſari rapientem, quando modicum quid raperet, vt famem ſatiaret cap. diſcipulos, ſuperius allegato, ſecus itaq; cenſendum erit, ſi raperet ſummamq; furaretur cibariorum, comeſtibiliumq; rerum quantitatem, & ſic licitū erit in neceſsitate vuas in alieno agro comedere, neceſsitatis tempore, ſed non exportare, & ideò ruſtici exportantes per plateas, vuis ad collum pendentibus trahi ſolēt, prout refert, & ſequitur Hieron. Cagno. vbi ſupra num. 6. quo in loco teſtatur quoq; mulieres quaſdam præteritis annis fuſtigari, ex eo quia frumēti ſaccum furto ſubtraxiſſent,

17 † & ampliatur ſecūdum eum ſub nu. 7. quòd inſtante neceſsitate maxima, mortiſq; periculo, niſi raperetur veſtis, quòd herclè non illicitè fieret, quemadmodum de cibarijs ob rationis identitatem, corroboratur hoc, nam vbi eſt eadem ratio, eadem debet eſſe iuriſdipoſitio Caius, in l. illud ad leg. aquil. comitatenſis Io. Anto. Cannetius in extrauag. volentes conſ. 66. num. 38. quæſt. illa ſed opere pretium eſt videre de comitatu,

18 attentò † quòd Vlpianus, in l. victus, de verbo. ſignificatio. inquit, verbo victus, continetur quæ eſui, potui, cultuique corporis, quæq; ad uiuendum homini neceſſaria ſunt, vellem quoque victus habere vicē, labeo ait, de communi quoque * ſcribit Iul. Clar. in §. furtum verſ. quandoq; etiam excuſatur, neceſsitatis igitur cauſſa permiſſum eſſe furari permulti aſſerunt ea, quibus proximè fami prouideatur, ſicut panem, vinum, aliaque ſimilia ex cap. 3. vbi ſupra ſcribit Philip. idē Dec. in l. 1. de off. eius cui mandat. eſt iuriſd. num. 80.

19 † nempè haud ſecura mihi eſſe cenſetur iſthæc ſententia, eamq; minimè admittere ſoleo, videndum eſt itaq; ſit ne verum hoc pronunciatum, & gloſſa, vbi ſcribentes præcitato cap. 3. & cap. diſcipulos, de conſecratio. diſtint. 5. ſcripsēre ob famis neceſſitatem ea ſurripere permiſſi, quibus fami proximè, & vt aiunt, immediatè ſubueniatur, in eam quoq; ſententiam condeſcendēre Bal. in l. 2. §. cū in eadem, ff. ad leg. rhod. de iact. Riminal. vterq; in præcitata leg. 1. vbi Philip. Dec. vbi Io. Bologne. ſuper illa gloſſa in verbo non aliter, Sotus lib. de Iuſt. & iur. 5. quæſt. 3. art. 4. Alex. de neuo conſ. 102. num. 15. Philip. Dec. conſ. 555. num. 12. cum concomitantibus alijs,

20 atqui ipſe † tenaciter inhærendo pronuntiatis Romani Pontificis, ad Bononiēſium imitationem Carocio firmiter inhærentium, vt cum Iaſ. concinam in l. ſi conſtante poſt num. 24. ſolut. mat. aduerſus omnium ſententiam arbitror, nec fas pauperibus eſſe facultates aliquibus, qui ſuo, maiorumuè intercutaneo, vt dicūt, ſudore parta habent, furto ſubtrahere, & primo moueor ex ſuperius citato cap. 3. de furt. quo in loco Maximus Pōtifex ſic ſcripſit

ſi quis

21 ſi quis propter neceſsitatem † famis, aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, veſtem, vel pecus, pęniteat hebdomadas tres, & ſi reddiderit non cogatur ieiunare. ſi itaque pęnitētia ſubſequi debeat, igitur datur manifeſtè intelligi, id permiſſum non fuiſſe: nec mè offendit gloſſa eo loci; ac Sotus lib. de iuſt. & iur. 5. quæſt. 3. art. 4. dum inquiunt, illud fore quòd non erat neceſsitas ſumma, nam ex quò Pōtifex Maximus ſimpliciter loquutus ſit, ita coanguſtare non abſq; diuinatione erit, & potiùs, tutiuſq; credendum eſt Pontifici, quàm gloſſæ, Soto, cæteriſq; ſcribentibus, & ob id ſcribebat Curt. Iun. conſ. ſuo 123. num. 4. vt deueniret in eam temporum fecem, vt pleriq; Doctorum auctoritatibus magis fidē adhibeant, quàm legibus, veriſque fundamentis, quòd herclè valdè
22 pudendum erit, & ſemper abhorrendum † ſecundo loco moueor, cap. paſce 86. diſtin. quo loci eſt conſtitutum, paſce fame morientem, quiſquis enim paſcendo hominem ſeruare poteras, ſi non paſuiſti, occidiſti; id itaque minimè efficit, vt pauperibus, & egenis fas ſit auctoritate ſua ſumere, atque furto ſubtrahere. nō herclè inuenimus illud eis concedi, ſed benè, vt petant, quemadmodum locupletiſsimus eſt mihi teſtis Matth. cap. 7. ponderando dum inquit, pulſate, & aperietur vobis, petite, & dabitur vobis.
23 numquam legimus, ſurripite meritò ergò. † Tertio quoq; loco, impellit in hanc adduci ſentētiam, quòd neceſsitas ius minimè dat, neque aſſentitur egenis aliena capiendi bona, poſtquàm diſtincta fuēre dominia; atqui poſſeſſoribus tantùm iniunctum eſſe cēſetur, vt pauperibus bona dēt, ex charitate quadā, quam nempè in proximum quiſq; habere debet, iuxta illud, dilige proximum tuum ſicut te ipſum ex Iacob. Menoch. conſ. 107. num. 76. lib. 2. qui perpetua morte damnabuntur, ſi non dabunt Didac. Couar. cap. alma mater, de ſententia excommunicationis in 6. circa princip. num. 2. & Luc. 11. verūtamen quod ſupereſt date elemoſinam, & eccè omnia munda ſunt vobis. & Luc. 18. om-
24 nia † quæcunque habes vende, & diſtribue pauperibus, & habebis theſaurum in Cœlo, & alibi omnia faciamus alijs, quæ volumus alios nobis facere. Tib. conſ. 29. lib. 3. idē conſ. 2. poſt. num. 96. lib. 2. igitur datur intelligi, quòd cū res ſint iure noſtræ ex regu. iuſtitiæ, neceſsitatiſq; tempore vſum cęteris impertiri debeamus, hac de cauſſa a nobis, ſine noſtra voluntate, ad alium transferri minimè debent, vulgata iuris regula id quòd noſtrum, de regu. iur. & quia per ſuperiùs citata id non efficit, vt pauperibus liceat auctoritate ſua furto ſubtrahere cum ſimilibus à Tiber. Decia. congeſtis conſ. ſuo
25 44. num. 8. lib. 5. quarto moueor nam † in ſtatu inocentiæ iure naturæ cuncta communia erant, nec meum, tuum, aut ſuum fuit cognitum, vniuerſitatiq; mortalium rerum omnium poſſeſsio, dominiumq; conceſſum fuit, quemadmodum cantat gen. cap. 1. & cap. 9. at poſt Adæ primi noſtri, & veterrimi parētis peccatum, cum loquutus ſit Deus, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo cap. 3. Gen. ac natura corrupta rerum cunctarum dominia, poſſeſsioneſq; diuiſa, atq; ſeiuncta fuēre, prout docuit ſubtilis Scotus 4. parte ſent. diſtinct. 15. quæſt. 2. cumq; terra peccato ab Adā communi parente perpetrato ſponte ſua fructus non pareret, neque ederet, commodiùs exuberātiuſque fuit, omnia diuiſim poſsideri, qua de re, res fore communes non deſiēre, at benè ſeiunctim poſsideri, ſibique quilibet ſuam cępit communium rerum portionem adſcribere, vt ad huc dici valeret res omnes generatim ſumptas cōmunes eſſe, cōtractus quiuis in huiuſmodi rebus certam quandam habeat portionem, cę-
26 terùm † animaduertendo cuiuſuis mortalis portionem eam propriè fore iudicari eius, qui ſuo, maiorumuè ſuorum labore comparauit, quemadmodum ſi frumenti aceruus modiorum centum eſſet communis Sempronij, Titij, Lucij, & Seij; Sempronius 50. haberet modios, & Titius 25. & totidē Seijus, excepto vno grano, Lucius vero ſolum illum haberet granum, herclè iam diceretur aceruus ille communis iſtorum quatuor præcitatorum, ſed eſſet quilibet ſpeciatim portionis ſuæ dominus, non itaq; ſublatum fuit ius naturæ argument. eorum quæ tradit Tyber. Decia. conſ. 43. num. 33. lib. 2. ideoq; cum eſſet rerum diuiſio facta iure naturę, vt ſuū quiſq; iuſtitiæ lege cognoſceret, atque ab alieno abſtineret, quòd ad vſum nihilhominus neceſsitatis tempore debent eſſe communes, vt qui abundent pauperibus, & egenis miſericordiæ cauſſa per liberalitatē dēt
27 † datur itaque intelligi res iure noſtras fore, ex regula iuſtitiæ, at neceſsitatis tempore vſum debemus benè cęteris impertiri, & iccirco à nobis reluctantibus, & inuitis, ad alium transferri minimè deberi ex regu. id quod noſtrum ſuperius adducta, & per illum tex. Iacob. Menoch. conſ. ſuo 296. num. 10. lib. 3. en quomodo nullo iure permiſſum eſt pauperibus aliquid ſubtrahere, quamuis extrema

trema laborarent neceſsitate, ſed bene locu-
pletibus, qui bona vltra ſui ſtatus neceſsita-
tem habent, vel quoq; naturæ diſtribuendi
pauperibus neceſsitatem imponi, illudq; ex
miſericordiæ præcepto, non autem iuſtitiæ.
28 Quinto, & vltimo pro hac † non floccipen-
dendā ſententiā adduco ſubtilis præceptoris
mei Pyrrhi Alfa. media in l. 1. ff. de off. eius
cui mandat. eſt iuriſd. num. 275. & inferiùs,
vbi pinguius diſcutit, & tandem in hanc, quā
prçcitauimus ſententiā reſidet fol. 128. quā
tamquam egregiā hoc in loco tranſplantaui,
& an pauperes excuſentur ab ęterna pęna, hi
non poſſunt capta illicite reſtituere, Roland.
conſ. 87. nu. 43. lib. 2. tenet, quod ſic. ſed
inter cætera his quoq; illud adijciendum fo-
re ſtatuimus, vt cū Leone Imperatore conci
nā, in l. poſt duos C. de aduoc. diuer. iudicio.
29 nūquid † pauperibus, q in extrema inueniun
tur neceſsitate furari liceat, ijs qui prauè ac-
quiſiuêre, & incertæ ſunt perſonę, quibus red
di debeat? reſpondeo breuiter, ex quò, qui
bona cum peccato habeant parta, ſi incerti
ſunt, quibus abſtulerant, pauperibus redde-
re compelluntur, eo quippe caſu pauperes, &
egeni iure meritò ſuis in neceſsitatibus ſub-
trahent, & hoc in caſu forſitan tueri poterit,
opinio concors, quam prælibatis in locis ci-
30 tauimus. dubitari quoq; † contingit, commu
ni ſententia pro vera poſita, vt furari liceat
maximam ob neceſsitatem quæ ſit extrema
ea neceſsitas? & dicitur non eſſe illam cu-
ius impoſsibile ſit tunc remedium, ſed cum
aliquis hominem videt fami, vel infirmita-
ti appropinquare, quæ ſolet conficere mor-
tales, de neceſsitate multa Tyb. Decia. conſ.
20. nu. 14. lib. 1. & facit illius quod Decius
tradit conſ. ſuo 555. nu. 12. fame nil durius
eſſe, & crudeliorē fore mortem ob eam quā
propter peſtem, vel bellum, & neceſsitas du-
rum telum dicitur, mater parcarū And. Gail.
cap. 2. lib. 2. de pace publ. hæſitari etiā vi
di quid, ſi ille, qui neceſsitatis ſtudio aliquid
ſubtraxit ad pinguiorem peruenerit fortunā,
nūm id reddere compellatur? & reſpōdetur
quod ſic, cuiuſmodi eſt is, qui bonis ceſsit,
namq; ſi poſteà acquiſiuit, ſoluere debet, ex
Vlpiani ſententia in l. 4. ff. de ceſsio. bono,
Riminal. Iun. vbi ſupra nu. 610. ſcripſit So-
tus lib. 4. quæſt. 6. prænotandus eſt Didac.
Couar. in regu. peccatum, §. 1. nu. 4. part.
2. cum ſimilibus. admonendi tamen ſumus
quòd contractus ſententia concors dicat fu-
31 rari licere † propter ſummam neceſsitatem
intelligendum erit, illi nempè furari, qui fa-
cultatibus abundet, minimè ei, qui in eadē
ſit neceſsitate conſtitutus, vt doctè ſenſit Ri
minal. Iun. in l. 1. ff. de off. eius n. 609 ſuade-
tur hoc, & primò q2 ſilet ea ratio charitatis
in proximū, ſuadetur: & ſecundò, quia poſ-
ſidentis conditio melior eſſe cenſetur, ex re-
ſponſo Pauli, in l. ſi ob turpem §. porro, ff. de
conditio. ob turpē cauſſam, in ſimili ſcribūt
Roland. Vallenſ. conſi. 98. nu. 5. lib. 3. Io.
Cepha. conſ. 30. nu. 20. lib. 1. cum ſimili-
bus. refert, & ſequitur Pyrrhus Alfa. vbi ſu-
pra nuperrimè effluxus hæc ſupra citata fol.
129. nu. 278. & inferiùs vlteriùs quæro, &
inſignis eſt quæſtio, an famulus à domino
ſuo ſalarium pro operis extorquere nequiēs,
ſi aufugerit, ſubtractis nonnullis è domo re-
bus, furti crimine excuſetur? & nempè verū
32 traditur anxioma illud † res amiſſas è famu-
lis aufugientibus ſubſtractas cenſeri Nicol.
Boer. deciſ. 215. nu. 29. Philip. Dec. conſi.
130. poſt num. 3. Felin. cap. nullus nu. 5. de
præſump. Neuiz. ſyl. nup. lib. 3. eſt nuben-
dum ſub nu. 17. infinita penè congerit, Io-
ſep. Maſcard. conclu. 822. lib. 2. de proba-
tio. eo loci adnotandus erit plures deducens
coanguſtationes in materia ipſius fugę, & cō
33 clu. 819. nu. 31. lib. iſto nihilominus † ſi tot
ſurripuerit bona, quæ ſalarij ſummam capie-
bant, furti quippè crimine famulus excuſabi-
tur, Sotus eſt qui alloquitur lib. de iuſt. &
iur. 5. quæſt. 3. art. 3. Plotus tractat. de in
lit. iuran. §. 53. num. 8. Thomas Grammat.
34 conſ. crimin. 50. ex quò † creditori iura fu-
rari permittunt, ſi nullo modo, nullaq; via
poſsit creditum probari Felin. cap. qm nu.
13. de ſimo. aſſecla fuit Alex. conſ. 135. nu.
1. lib. 1. And. Alcia. conſi 6. lib. 7. Iacob.
Menoch. ſuo celebri tracta. de recup. poſ-
ſeſsio. memb. 1. nume. 284. pulchrè Cæſar
Vrſillus in additamentis ad Matthæum Af-
flict. Neap. deciſ. 395. nu. 6. plura coacer-
35 uauit præceptor meus † Pyrrhus Alfa. erudi
tiſsimus nempè vir in florentiſsimo Gymna-
ſio Neap. Cæſarei iuris ordinarius interpres
ad l. pr. ff. de off. eius cui mādat. eſt iuriſdit.
num. 282. & nu. 284. fol. 129. quo loci ſub-
dit ex ſentētia Soti verum eſſe, aliquibus at-
tamen conditionibs, quarum prima herclè
46 ſit † vt famulus ipſe certiſsimus ſit rem illam
ſibi deberi, non enim à domino ſurripere po
teſt, quod ipſe putat. ſecunda conditio ſit,
vt alia via ſalarium à domino extorquere mi
nimè valeat, namq; ſi iudiciali quidem via
conſequi poſsit, hoc fieri non permittatur, vt
furari concedatur. Tertia ſit, quòd caueant
ne dominus iterum ſoluat, vel aliquo modo
denunciet ei, vel aliqua via prouideat. Quar
ta ſit,

Digitized by Google

ta ſit, ex Alex. ſententia conſ. 135. lib. 1. declaratur procedere; dummodo aliqua non oriatur rixa, quòd dominus putauerit rem illam furto ſubtractam eſſe à filio, vel ab vxore, atqui inquit ipſe Alfa. ſi vna ex præcitatis conditionibus concurrat famulus ſaltem
37 venit excuſandus ordinaria pęna † hæc ille vbi pinguius explicat. ſed exuberãtiori cornu declarauit Tibe. Dec. tracta. ſuo crimina. cap. 13. num. 9. & inferius lib. 2. tom. 1. & an recuperãs per fraudẽ ſibi fraude ablatũ, reſtituere teneatur? ſcribit Tyber. idem vbi ſuprà cap. 5. num. 17. lib. 1. tom. 1. & cap. 13. loco nuperrimè citato, & cõcludit quod nõ, vt ib per eum, multa alia venuſta cumulantem, huc pertinent ea, quæ coaceruant Hieron. Cagno. in l. non eſt ſingulis num. 2. & inferius de regu. iuri Matth. Afflict. cap. 1. num. 44. & paulo poſt gloſ. 1. num. 16. lib. 3. feudo. de pac. iuramen. firman. cap. 1. num. 34. de conſuet. rec. feud. tit. iſto conſiculus Andr. Barba. cap. nouit ille, num. 48. de iudit. Alex. conſ. 127. num. 8. lib. 4. Iaſo. in l. pr. poſt num. 4. cap. de teſta. Hyppo. Marſ. conſ 58. num. 17. Anto. Rube. conſ. 13. n. 9. Iaſ. idem in l. cum quis, num. 14. cap de iur. & fac. ignorant. pet. aduen. regu. 88 limitatio. 5. num. 5. vbi affluenter Paul. Ca-
38 ſtren conſ. ſuo 399. lib. 1. & adeundus † erit Tyber. Decia. conſ. 84. num. 59. lib. 5. quo in loco docuit ſalarium pro famulatu, & operis ancillæ, ex communi vſu eſſe ducatorum quinque, aut ſex in anno, vt ibidem per eũ. & de materia ſalariorum vberrimè Iacob. Menoch. conſ. 570. lib. 6. & hæc obiter volanti calamo ſcripſi, cæterũm ſpeciatim ſub-
39 iungo, quid ſi Epiſcopus † præcipit ſub excommunicationis pęna, quòd, qui habuit aliquid de Titij facultatibus reuelare teneatur, & ipſe cum eſſem præcitati Titij creditor furtiuè mihi ſatisfecerim, vtrum reuelare aſtringar? ſine diſputatione concludo breuiter me haud teneri reuelare, & neque in pęnam incidere, ex adnotatis ab Ange. de claua. in ſumma verbo furtum, faciunt comprehenſa blandiloquenti ſermone Diui Thomæ 2. 2. quæſt. 22. art pr. quem inſectari vi-
40 ſus eſt egregius † & inſignis ille vir Andr. Alciat. conſ. 6. num. 7. lib. ad huc 7. cum ſimilibus. & poſt num. 282. Pyrrhus Alfa. ad leg. pr. vbi ſupra non frigidè conducens, quo loci ait, ſurripientem tali pacto minimè obſtrictum fore patefacere ſeipſum ex Pontificijs monitionibus. Illud applicandum † eſſe
41 arbitratus ſum reſpectu furtorum, quòd ſurripiens inſtrumenta, legitimaſq; probationes parti aduerſæ punitur, quinimò eum in cauſſa ſuccũbere, ex cumulatis à Tyb. Dec. conſ 23. ad finem lib. 5. vbi de communi ſententia cum concordantibus, & prænotandus eſt Aymo. conſ. ſuo 947. vbi locupletiora ſimilia lib. 5. per totum. Pyrrhus Alfa. in auten. ſi quis in aliquo documento, C. de eden. num. 141. num. 142. fol. 257. at quid de eo, qui furatur Corpus Chriſti? & nempè Tyber. Decia. crimina. tracta. cap. 30. nu. 38. lib. 6. tom. 2. inquit furantem, vel in ore retinentem ſanctiſsimam Euchariſtiam ad præſtigia, vel cæteros abuſus ſacrilegiũ perpetrari, & excommunicatus eſt ipſo iure.
42 Sed † quæritur in ſpecie num violãs eam iudicetur Chriſti Corpus illiuſq; perſonã violare, & ſubſequenter vtrùm committat ſacrilegium in perſonam? Iucũde lector, Caieta. ad Diuum Thom. 22. quæſt. 99. quem ſequitur Tybe. idem vbi ſupra cap. 16. num. 2. aſſerit haud perpetrari ſacrilegiũ aduerſus ſanctitatem perſonæ, ſed aduerſus ſanctitatem rei, ex quo eo. n. loci, quãuis ſit Corpus Chriſti, eſt nihilominus non per modum corporis, ſed per modum rei velatę ſub ſpeciebus Sacramentalibus. de qua quidem re, Tyber. remittit ſe ad Theologos. huic præcepto exagerãdum fore cenſui Iudicem, qui vſurario vſuras adiudicat, vel illum ad eas reſtituendas non cogit: in hoc ipſum committere præceptum, furtũ non facies. ſic Iacob. Menoch. conſ. ſuo 300. num. 93. num. 99. lib. 3. vbi copioſiùs.

ARGVMENTVM.

Non teſtis iniquus, in quo diuino præcepto tria coaceruantur, falſitas, mendacium, & fama, quæ nunc iam prodeunt. & de teſtibus concordandis citiùs quàm cauillandis multa egregia citat, Tyber. Decia. conſ. ſuo 40. lib. 2. illiuſq; pectori relinquitur quo vult, quæ titubatione deponunt idem conſ. 51. num. 2. lib. iſto.

SVMMÆ.

1 *Mendacium quatuor patrari modis, ſcripto, dicto, facto, & vſu. & num. 2.*
3 *Falſi crimen deteſtabilius homicidio, & veneficio, & quod dicatur falſum? & n. 4.*
5 *Falſitatem ad inducendam, quæ requirãtur? & an diuerſa ſint falſum quid fore, & non continere veritatem num. 6.*
7 *Teſti falſo in vno, vtrùm credatur in aliquo? pro*

pro huiuſmodi falſi ſpecie quatuor enarrantur capita, & n. 9. & n. 13. n. 15. et nu. 16.

8 *Teſtis in parte dumtaxat falſus pœnitus, falſum reputari quamuis capita diuerſa, atq; ſeparata fuerint de communi ſententia.*

10 *Anchemij, ac Leonis Ceſarum pronuntiata, quo nam pacto intelligenda in l. ſi ex falſis, C. de tranſactionibus?*

Inſtrumentum, in vna parte falſum, an in alia ſuſtineatur ibid.

11 *Teſtis haud præſumitur ſeſtiuiter deponere, atq; ideo ignorantiam minimè excuſare, & an ignoranter, vel ſcienter falſum dixerit Iudicis arbitrio relinquitur, & nu. 12.*

Ignorantia an præſumatur in facto de longinquo non graui, ſed proprio ibid. nu. 12.

14 *Teſtis falſus circa accidentalia explicatur, quo pacto intelligendum axioma.*

17 *Teſti morienti falſum depoſuiſſe teſtimoniũ, vel Iudici aſſerenti falſam tuliſſe ſententiã, an fides adhibeatur?*

Teſtis ſpontaneus, eſt ſuſpectus ibid.

18 *Teſtis, ſi vnum extraiuditialiter, & aliud in iudicio dixerit, cum iureiurando, cui dicto ſtari debeat?*

19 *Iudicem in probationum concurſu, quatuor obſeruare debere.*

20 *Falſi pœna tùm de iure communi, tùm de iure Regni quæ? & num. 21.*

22 *fama quotuplex, & quo pacto depingatur? & nu. 23. & nu. 24. & nu. 25.*

26 *Famam proximi non denigrandam, cuius iacturam morte grauius haberi.*

27 *Mendacium eſſe falſam vocis ſignificationẽ, cum intentione fallendi, quod committitur, non ſolum exprimendo falſum, ſed etiam tacendo verum, & ibidem, an hæc cõueniunt inter ſe. Octauius Gloritius Iuriſconſultus extollitur ibid. num. 27.*

28 *Mendacium dicere facile illum præſumi mauria, ac montes pollicentem.*

29 *Veritatem immortalem, mendacium vero illicò mori, atq; præea ſatius fore ſupplitiũ pati, quàm pro mẽdacio beneſitiũ, & n. 30.*

31 *Mendacij originem à Diabolo proceſſiſſe demonſtratur.*

32 *Doctor, an teneatur de falſo prodiens in iudicio conſilium per ſe factum, ſubſcriptum, tamẽ ſub nñe alterius famoſioris remiſſiuè.*

RACEMATIO 47.

D Imiſſa omnia cætera faciam, vt nõ commemorem tàm multa, atq; tanta in hoc vaſto falſi crimine; quod ex pronunciatis Iul. A Iar. §. falſum lib. 5. ſenten. grauiſsimum denominatur, vbi accedat Iacob. Menoch. tracta. ſuo de arb.
1 iud. caſ. 306. primùm quæro, † vt par eſt, quot modis committatur falſum? & quidem iuris interpretes memoriæ prodiderũt quatuor modis patrari ſolere, quorũ anteſignatus eſt ſcripto, quemadmodum in tabellione falſum inſtrumentum ſcribente, vt in ea facti ſpecie per Paulum in l. Paulus poſt princip. ff. ad leg. Cornel. de falſ. ſecundus eſſe videtur dicto, prout in teſte falſo, vt docuit Martianus in l. 1. paulò inferiùs tit. iſto, tertius ſit facto, ſicut in eo qui adulterinos, ac improbos cuditnũmos, vel qui falsò mentitur Paulus in l. qui falſam, Modeſtinus in l. penul. ff. de falſ. ſcribit Roland. Valleñ. conſil. ſuo 29. num. 35. lib. 3. vbi qua pœna ple-
2 ctantur, † poſtremus eſt, vſu, velut ſi aliquẽ cõtingat falſis probationibus vti, ex Imperatoribus Valeriano, & Gall. in l. ſi falſos, C. ad leg. Cornel. de falſ. & faciunt congeſta, Iacob. Menoc. trac. de arb. iud. caſ. 315. caſ. 317. & poſt eũ, & cæteros cõcomitantes, Ioſep. Maſcard. concl. 739. nu. 16. lib. 2. de probatio. & per illum tex. Tyber. Decia. conſ. 75. num. 14. lib. 4. vbi nũm. 15. ſubdit falſitatem quinq; modis deduci, per accuſationẽ, nempè, per actionem in factum, per exceptionem modum, per modum replicationis, & ex offitio, vt ibi per eum: commemorat Aymo. Sauilia. conſ. 400. num. 16. lib. 3. falſi auctorem illum exiſtimari, à quo falſum producitur inſtrumentum, ſi falſi auctorem
3 non profert, † & huiuſmodi facinus eſt deteſtabilius venefitio, & homicidio de ſentẽtia Iacob. Menoch. conſ. 538 lib 6. idem conſil. ſuo 422. lib. 5. quo in loco multa pulchrè meminit. ſecundò quæſitum eſt, quod dicatur falſum? Bald. in l. ſi falſus, C. de for. & ſeru. corrup. aſſerit illud dici falſum, quod eſt à veritate alienum quem ſequitur Iacob. Menoch. conſ. 618. nume. 8. lib. 7. vbi ſubiungit proprijſsimè id falſum appellari, eo quòd nullam habeat veritatis originem: alibi falſum ſic depingi; vt ſit veritatis immu-
4 tatio † vel falſum id eſſe dicatur, quod habeat manifeſtam veritatem repugnantem Paulus Iuris prudens in l. quid ſit falſum vbi Hyppo. Marſ. & alij, ff. ad leg. Cornel. de falſ. Iacob. idem conſil. 341. num. 16. lib. 4. & falſum id minimè dicitur, quod veritatis primordium habeat; ex adnotatis à Iacob. Menoch. conſ. 311. num. 19. lib. iſto idem conſ. 201. nu. 18. lib. 3. Aymo. Sauilia. conſil. 544. num. 16. lib. 3. & falſum nihil aliud fore, quàm veritatis mutationem iam pulchris demonſtrat exemplis, idem Aymo. conſil. 356.

ſil. 366. num. 42. lib. 3. & conſ. 616. nume. 11. lib. 4 idem conſ. 981. nu. 5. lib. 5. cum
5 concordantibus, † tertiò loco ipſe quæro, ad falſitatem inducendam, quæ requirantur? & nempè comperi noſtros ſcribentes adnotaſſe ad eam inducendam quinq; requiri, veritatis mutationem, dolum alteri, nociturum Roland. Vallenſ. conſ. 38. numé. 22. lib. 1. præcognoſcendus eſt Matth. Afflic. Neapo. deciſ. vlt. vbi Cæſar Vrſillus vlterius, & quarto falſitatem eam in ſcriptura factam fuiſſe, quæ probet fidemq; faciat Alex. conſ. 145. lib. 6. Paul. Caſtrenſ. conſ. 130. lib. 1. quintò requiritur, quod ille talis huiuſmodi falſitate vſus fuerit, vt poſt multos commilitones tranſplantauit Ioſep. Maſcard. conclu. 739. num. 12. & inferius nume. 15. de probatio.
6 lib. 2. explicando, vt ibi per eum † cui exageto Iacob. Menoch. conſil. 221. num. 22. conſ. 260. num. 33. lib. 3. Aymon. Sauli. conſ. 315. lib. 2. conſ. 519. nume. 5. conſil. 366. num. 38. lib. 3. idem. conſ. 857. lib. 5. num. 24. vbi alios citat Iacob. Menoch. conſil. 145. num. 12. lib. 2. cum concomitantibus alijs à Tyber. Decia. conſ. 34. num. 15. lib. 4. ſed an diuerſa ſint falſum quid eſſe, & non continere veritatem? præcognoſcendus eſt, Iacob. idem conſil. ſuo 260. num. 30. & inferius lib. 3. & illud in mẽtem venit, quod falſum inſtrumẽtum de immunitate conſcribens flammæ ſupplicium luet, ſi Aymo. Saul. ka. credimus conſ. 852. nu. 15. lib. 5. idem conſ. 1000. n. 436. lib. 6. † quartò loco dubita-
7 tionis eſt, an falſus teſtis in vno, credatur in alijs quo? de pol [illegible] veritate illuſtrãda quatuor cõſtituẽda capita fore cenſui, quẽadmodũ rerũ poſtulat ordo, ne ex confuſa illorum traditione obſcuritas exoriatur, vt cum Maſcard. concinam, lib. 2. de probatio. num. 10. circa princip. cum ſimilibus. primum igitur duplex ſit, teſtẽ cuius fides ob iuramẽtum in diuiduæ eſt, in parte tantũmodo falsũ, prorſus falsũ reputare, & ob id illius teſtimonium nedũ in ea parte, verũmetiã in cæteris quoq; ſeparatis repelli debere, ſit obſeruatur & aucto ritatis maxime Innocentius cap. fraternitatis, vbi Felin. & reliqui de hæret. Bal. & Iaſ. in l. ſi ex falſis, C. de tranſact. Alex. conſ. 171 num. 3. lib. 2. & conſ. 93. lib. 5. Soc. Iun.
8 conſ. 40. nu. 12. lib. 2. quamuis capita † eſſent ſeparata, atq; diuerſa Alex. conſil. 45. num. 6. lib. 2. cum alijs à Maſcard. concertatis conclu. ſua 743. num. 1. nu. 2. de probatio. lib. 2. vbi tribus in locis, de communi atteſtatur ſententia, & ſenſit Iul. Clar. crimina. pract. §. vlt. quæſtio. 53. verſ. ſed quęro doctè, & eruditè Marcus Aquilinus in l. 1. §. ſed ſi mihi num. 74. de verbo. obliga. ſuperius citatis, inſignia pertinent exempla Iacob. Menoch. conſil. 112. num. 71. lib. 2. Tyber. Decia. conſ. 76. nu. 32. lib. 3. conſ. 46. num. 30. conſ. 92. num. 10. nu. 60. lib. 2. Iacob. Menoch. conſil. 612. num. 15. lib. 7. conſ. 701. nu. 36. lib. 8. vbi venuſtè idem conſ. 537. num. 5. lib. 6. Tyb. Decia. conſ. 14. num. 53. lib. 4. Roland. Vallenſ. conſil. 73. nume. 12. lib. 1. cum concordantibus à
9 Tyber. eodem conſ. ſuo 29. nu. 34. lib. 5. † ſcribit Pet. Surd. deciſ. ſua 16. & 326. propè finem, & D. Octauius Gloritius, in eius commen. d. cap. ſuper literis, in pr. notab. nu. 43. de reſcrip. qui arguens de reſcripto ad teſtem inquit, quod ſicut totum reſcriptum corruit, ſi ex dolo committitur ſubreptio in vno ex capitibus; licet ſeparatis, ſic dictum teſtis corruit in ſolum, ſi in vno capite, ſi ſeparato fuerit falſum, & ibidem poſt Tiraq. & alios quos ipſe allegat declarat, iſtud procedere, quando teſtis eſt falſus in vno articulo per commiſsionem, non per omiſsionem. ſecundum caput illud ſit, quòd ſi teſtis obliuione, vel errore lapſus ſit in vno articulo fidei minimè derogatur niſi in eo, & connexis, etenim ſecus erit, teſtis non falſo, ſed per errorem falſum diceret; quandoquidem falſum implicat dolum, atq; periurium, ex Diocletiani, ac Maximiani Cæſarum reſponſis, in l. nec exemplum, C. de falſ. & aliud eſt error, aliud eſt falſum dicere, ex adnotatis à Geminia. conſ. 26. animaduertſum rectè quęre Bal. in l. ſi ex falſis vbi ſupra num. 15. in extremo Angel. conſ. 194. Egid. Boſſ. lo cupleti tract. cauſſa. crimina. ſub tit. de falſ. num. 147. & diſertiſsimus Iacob. Menoch. caſ. 308. num. 1. de arb. iud. lib. 2. cent. 4.
10 ideoq; datur intelligi pronunciatum, † illud ab Anthemio, ac Leone Imperatoribus in l. ſi ex falſis, C. de tranſat. memoriæ proditum, dum dicitur inſtrumentum in vno capite falſum, in alijs ſubſiſtere, intelligẽdum eſſe hoc eſt falſitate minimè doloſa, nec fidem concernente, atq; formam, ſed diuidiſam materiam, ac ſeparabilem, affluenter. ſenſit Marcus Aquilinus loco ſuperius adducto poſt nu. 74. nouiſsimè D. Gloritius vbi ſup. proxime num. 46. qui iſtud ſuccinctè, & magiſtraliter (more ſuo) explicat, vt ibi per eum, atqui in ambiguo traditum eſt errorem, haud præſumi de ſententia And. Alciat. in l. 1. §. ſed ſi mihi num. 60. de verb. obligatio. cui aggregetur Ioſep. Maſcard. vbi ſupra poſt num. 8. dum firmat ex plurium mente teſtem ipſum ſcienter

ſcienter preſumi depoſuiſſe, atq; ideo ex conſequenti falſum ſcienter dixiſſe, vt ibidem
11 per eum, & ſuffragari videtur triplex † ratio potiſsima, quarum ea deducitur, namq; teſtis propter iuramẽtum conſideratè, ac proſpicientius de eo, quod certus eſt, teſtimonium ferre præſumitur, ex Romani Pontificis reſponſo, cap. ex reſcripto de iureiuran. cum concordantibus alijs à Marco Aquilino allatis loco prælibato nume. 75. ſecunda ratio eſt, quia teſtis teſtimonium dicens falſum aduerſus ius gentium naturale, atq; diuinum proferre exiſtimatur, qua de re ignorantia minime excuſat, ex compræhenſis à Cepol. conſ. ſuo 21. poſtrema opitulari videtur ratio, ex quo in ijs, in quibus vti quis diligentia debet, animaduerſum eſt ignorantiam non excuſare, iuxta ea, quæ ampliter congerit Iacob. Menoch. caſ. 308. num. 2. & inferius tracta. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. & Dominus Gloritius cumulat in d. c. ſuper literis nu. 208. cum ſeq. de reſcrip. vt aſſe-
12 quutus eſt Marcus Aquilinus vbi ſup. † verũ enimuerò in eam facile ſententiam itum eſt à noſtris hoc nuperrimè pronuntiatum, iam effluxum à iudicis arbitrio pendere, iuxta perſonæ, temporis, ac rei qualitatem, nempè fieri poteſt, vt perſona idiota ſit, rerumq; penitus ignora, quæ minimè ex dolo, & culpa, ſed citius ex ignorantia mera, vel memoriæ lapſu aduerſus ipſam rei veritatem teſtimonium ferat, quemadmodum in ruſtico, in quo ceſſat doli præſumptio, ex traditis per Glorit. in d. c. ſuper literis in glo. in verb. ſimplicitatem num. 257. & ibidem inferius declarat, quando ruſticitati ſuccurritur, aliquando namque tanta eſſe poſſent temporis antiquitas, vt quoque prudentes, memoriæ lapſu, falli valerent, vt admonet Felin. cap. fraternitatis nu. 22. de heret. & ideo, quando factũ eſt de longinquo, & non graue, ſcilicet proprium ſit, præſumitur tamen ignorãtia, vt docet D. Gloritius in d. cap. ſuper literis nume. 193. quinimmo, negotium ita implicitum eſſe poteſt, ac circumuolutum, vt cõtraria aliqua quis proferre poſſet And. Barbat. conſ. ſuo 65. lib. 4. Iacob. Menoch. vbi ſupra quos affert Marcus Aquilinus prçcitatò, §. ſed ſi mihi nu. 76. argument. eorũ quæ ſcripſit Ioſep. Maſcard. conclu. 1122. & in ſpecie nume. 16. cum ſimilibus lib. 3. de
13 probatio. tertium † caput, quod ſi teſtis non circa ſubſtantialia, ſed circa qualitates, & accidentalia falſus eſſet, tunc ſtatutũ eſt falſi pęna haud plecti, ſed dumtaxat extra ordinem iudicis arbitrio, ſic doctè ſenſere Angel. conſ. 194. num. 2. Iaſ. in l. ſi ex falſis, C. de tranſac. num. 10. & idem in l. 2. nu. 16. in extremo, C. de bono. poſſeſsio. ſecun. tabu. & in l. ſi duo, §. idem ad finem ff. de iureiuran. Egid. Boſſ. tracta. cauſſa. crimina. ſub tit. de falſ. num. 146. & inferius, Thomas Grammat. deciſ. ſua 43. num. 4. & deciſ. 60. num. 16. Philip. Dec. cap. licet cauſſam num. 22. de probatio. Socc. Iun. conſil. 31. num. 28. lib. 2. Hyppol. Marſ. in l. 1. §.
14 præterea num. 25. ff. de ſica. quod † herclè anxioma intelligendum erit, ſi huiuſcemodi qualitates, & circũnſtantiæ nihil ad cauſſam pertinerent Philip. Dec. conſ. 105. poſt nu. 2. & conſ. 242. nu. 6. conſi. 163. Socc. Iun. conſ. 189. lib. 2. Alex. conſ. 88. nu. 19. lib. 5. cum infinitis propè deductis à Maſcard. vbi ſupra num. 10. & poſt nu. 11. doctorum
15 turbam (more ſuo) cumulans. poſtremum † caput illud ſit, vt ſi forte ingenioſus quiſpiã anxiè quæſierit, num teſtis falſus circa accidẽtalia probet in aliquo, reſpondendũ erit, quod ſi huiuſcemodi qualitates, ac circunſtãtiæ ad cauſſam pertinerent in aliquo, tametſi tenderent, & ordinarentur ad inducendũ Iudicem faciliùs ad principalis negotij credulitatem, tunc namq; quamuis falſi pęnę locus non foret, actamen illiuſmodi teſti in aliquo non crederetur, per ea, quæ inſigniter adnotant Bal. ad rub. de conti. inueſt. nu. 4. & inferius Franc. Aret. conſ. 71. Curt. Iun. conſ. 122. nu. 8. Socc. Iun. conſ. 41. nu. 13. & paulo poſt lib. 2. Iacob. Menoch. vbi ſupra caſ. 307. & ſenſerat Alex. conſi. ſuo 44. ſub num. 6. lib. 2. Aymo. Sauilia. conſ. 99. nu.
16 8. lib. 1. cum † congeſtis à Maſcard. conclu. 743. num. 11. & num. 12. cui addolatè Marcum Aquilinum in l. 1. §. ſed ſi mihi nu. 78. de verb. obligatio. ac Iacob. Menoch. tract. de præſump. præſump. 22. lib. 5. quinto lo-
17 co † hæſitari contingit, vtrùm teſti morienti falſum depoſuiſſe dicenti, aut Iudici aſſerenti ſe falſam tuliſſe ſententiã, fides adhibeatur? & nempè Alex. conſ. 124. lib. 6. negat eis credi, quod ipſe veriùs arbitror, ex Iacob. Menoch. conſ. ſuo 226. num. 137. lib. 3. idem conſil. 39. nume. 69. idem conſil. 37. numero 146. lib. 1. Atqui admonendi ſumus, teſtes ſponte ſe offerentes ſuſpectos iudicari, vt malum habeant animũ, D. Gloritius in d. cap. ſup. literis in glo. fi. nu. 426. notab. iſtud declarat, vt teſtis ſpontaneus dicatur, ẽt ſi monitus, nõ opponit exceptionẽ, quã habet, nec examinetur allegat Afflic. in §. ſed, & qui dicatur num. 67. quæ fuit prima cauſſa bene ammiſſa, quinnmò huiuſcemodi

Digitized by Google

teſtes torqueri debent, celebri ad hoc nun-
tio Tyber. Decia. conſil. ſuo 82. nu. 22. lib,
5. alibi de materia adnotatũ reliquit Iacob.
Menoch. conſ. 365. nu. 41. lib. 4. teſtes her
clè falſum dixiſſe probans in alio iudicio cõ-
tendens, quoq; corruptos eſſe pecunia, quod
admictitur a teſtationib. primis minimè re-
fragãtibus, & ſecundũ eũ, eſt ſpeciale in cri-
18 mine falſi † illud applicari placuit, vt ſi for-
tè teſtis vnum dixerit extraiudicialiter, &
aliud in iudicio cum iuramento quippè ſtari
debet ſecundo dicto, ex communi ſentẽtia *
à Roland. Vallenſ. deducta conſ. ſuo 40. nu.
2. & inferius lib. 1. vbi num 9. coangultat lo
cum ſibi minimè obtinere quando primum
dictum extraiudiciale fuiſſet iuratum, vt ibi
per eum multa, Pet. Surdus deciſ. ſua 326.
propè finem, Andr. Gail. obſerua. 104. n. 7.
pract. obſer. lib. 1. adeas Ioac. Mynſ. obſer.
86. cent. 2. ſingu. obſerua. quid obſeruatum
fuerit in camera. de teſte in diuerſis iudicijs
idẽ obſer. 14. cent. 6. Tybe. Decia. concin
natus eſt, conſ. 62. num. 36. lib. 3. videndus
eſt Andr. Alciat. conſ. 18. lib. 7. & in ſum-
19 ma iudicem in probationum concurſu † qua
tuor obſeruare debere, & primo naturam,
atque qualitatem negotij. ſecundò teſtium
fidem, & auctoritatem. Tertiò argumenta
confirmantia rem ipſam. quartò, vt aſſequa-
tur veriſimiliora iura, quibus adhæret lux
veritatis. ſic Bal. perbeliè. & eleganter do-
cuit in l. teſtium C. de teſtib. cui pulchrè aſ-
ſentitur Tybe. Decia. conſ. 52. num. 69. lib.
5. & videndus erit Tybe. idem conſ. ſuo 83,
num. 82. lib. 4. conſ. 92. num. 16. num. 66.
lib. 2. cæterùm hoc in loco coaceruari non
incommodè poterit, id de quo iuniores ex-
poſtulant, an ſubornans teſtes ad falſum di-
cendum, falſum perpetrari exiſtimetur? &
nempè Iul. clar. §. falſum in initio dicebat
quòd ſic. ſed ſi dubitetur an, & quando ſub-
ornati teſtes præſumantur? adeundus eſt Io
ſeph. Maſcard. conclu. 1340. lib. 3. de pro-
batio. cuius pronũtiata hũc enarrare citiùs.
Laborioſum, quàm vtile foret, potiuſq; eſ-
ſet ad ſyluam nemoroſam ligna deferre.
20 Sexto † loco quæritur de pęna falſi quam tã
git Didac. Couar. in initio par. pr. §. vlt. nu. 5.
vbi de execratione, & poſt num. 6. vbi qui-
bus pęnis ſubijciatur falſarius cap. quamuis
pactu de pact. lib. 6. & in ſpecie aſſerit, vt ſi
aliquis in ordinario iudicio, vel in cauſſa ca-
pitali falſum teſtimonium ergà reum protu-
lerit, quòd plectendus ſit eadem pęna, qua
puniretur ipſe reus, ſi criminis conuictus eſ-
ſet, Martianus ſcriptum reliquerat, in l. 1. ff.
ad leg. cornel. de ſicar. vbi Bar. & alij, & per
illũ tex. Iul. clar. §. falſum, vbi declarat mul
taque cętera cumulans, quæ non repeto, ſed
hûc pro inſertis habeantur quemadmodum
de ijs ſuſiſsimè cõgeſtis per Ioſep. Maſcard.
conclu. ſuis 739. 740. 741. 742. 743. 744.
745. 746. 747. lib. 2. cum concordantibus.
21 atqui in Regno † vt cuicunque ſatis, ſuperq;
notum eſt, adſunt iam conſtitutiones ſub tit.
de falſarijs, vſque ad titulum illum de cęlan-
tibus teſtamenta. rurſus ſub tit. de falſis no-
uiſsimis ſanciontbus ęditis, imponuntur pę
næ, ne dum in criminali, verum etiam in ci
uilibus aduerſus eos falſum teſtimoniũ euo-
menteſ, facit reſponſio optima, Aymo.
Sauilià. conſ. ſuo 760. num. 5. lib. 5. ſeptimo
22 † loco quærendum eſt, de fama, quæ ab oc-
currenti præcepto aliena non eſt. & loquen
do de fama hominis, contractus ſumitur in
bonam partem, & tunc ea dici ſolet, ſtatus
illeſæ dignitatis moribus, ac vita comproba
tus, quæ bona fama omnem delicti præſum-
ptionem excludit, Aymo. Sauilia. conſ. 244.
num 6. lib. 1. idem conſ. 953. num. 5. lib. 5.
Roland. Vallenſ. conſ. 38. num. 34. lib. 1.
Iacob. Menoch. conſ. 214. num 24. lib. 3.
23 & qui hanc negligit † famam crudelis iudi-
catur ex Tybe. Decia. conſ. ſuo 34. num. 50.
lib. 4. vbi num. 51. ſubiungit, honorem, non
modo facultatibus, ſed vitæ anteponendum
fore Andr. Gail. obſeru. 10. lib. 1. practica
obſerua. num. 2. num. 4. idem obſeru. 123.
Iacob. Menoch. conſ. 302. lib. 4. Aymo. Sa-
uilia. conſ. 991. num. 99. lib 6. Tybe. idem
conſ. 96. num. 55. lib. 3. idem conſ. 2. nu. 90.
num. 91. lib. 1. vbi famam eſſe inquit theſau-
rum inæſtimabilem, & ſicut lilium dans ſua-
uitatem odoris, vitãque probam valdè ope-
rari ad præſumendum quem minimè deli-
quiſſe idem Tybe. abundè conſ. 4. num. 28.
lib. 3. hoc ipſum docuit, Roland. Vallenſ.
conſ. 98. num. 49. num. 50. lib. 4. & ob id
Apoſtolus ait, expedit mihi magis mori
24 quàm, vt gloriam meam quis euacuet † ſcri
bit Petrus Surdus deciſ. 89. num. 21. & ex re
centioribus poſt alios idem Gloritius, qui ſu
per in d. cap. ſuper literis in gloſ. fin. num.
401. & ſeq. vbi inter alia inquit, quod cauſa
quæ alicuius famam reſpicit grauior repu-
tatur, ex Bar. in l. cum ex pluribus, ff. de ſo-
lut. at fama in partem improbam denomina
tur infamia, de quibus quidem fama, & in-
famia locutus fuit Calliſtratus in l. cognitio-
num, ff. de var. & extraord. cognitio. homi-
nis igitur fama duplex eſt, de infamia, & iu-
ris, & facti multa tradit Tyber. Decia. cõſ.
96. num.

Digitized by Google

96. num. 46. & inferius, & num. 49. lib. 3.
idem conſ. 34. lib. 4. & de ea remiſsiuè lo-
quitur idem D. Gloritius vbi ſupra nu. 394.
eſt & altera fama quæ, dicitur inter homines
& iſta dupliciter cōſideratur, enimuerò quę-
dam eſt fama de vno homine in genere ma-
lignitatis, bonitatis, vel malitiæ, vtpotè ali
quem eſſe bonum, malumuè, furem, aut
25 graſſatorem.† Altera eſt fama de aliquo par
ticulari, & ilthæc tripliciter animaduerti-
tur, & primò tamquā vana populi uox. ſecū-
dò quando oritur quædā ab aliquo vox ma-
litijs, ac artibus emanata pro commodo, &
vtilitate propria. Tertiò, quando originem
traxit à perſonis grauibus, fideq; dignis, de
quibus omnibus, & cęteris huc ſpectantibus
vberrimè typis excuſsit Ioſep. Maſcar. con-
clu. ſuis 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754.
de probatio. lib. 2. cū concordantibus. quæ
26 † quidem fama bona alterius denigrari mi-
nimè debet, ex congeſtis à Iacob. Menoch.
conſ. ſuo 96. num. 14. lib. 1. alteri namque
oportet id fieri, quod ſibi fieri vellet, atque
naturalis, & Pontificij, ciuiliſq; iuris eſſe ne
alijs faciamus, quod ipſis nobis fieri non cu-
pimus Aymo. Sauilia. conſil. 972. num. 38.
lib. 5. & proximus æque diligendus, ac nos
ipſos prout Iacob. idem oſtendit conſ. 107.
num. 73. nu. 76. lib. 2. expaueſcant igitur,
& contremiſcant iſti maledicti detractores
famæ alienæ, proximiq; ſui voraces, qui quo-
tidie venena ſuis cùm linguis ſerpētinis, mo-
dò in hunc modo in alterum euomunt, dire-
que ſpargunt, profectò ſi detrahere aliquid
alteri, & hominem hominis incommodo lo-
cupletari eſſe contra naturam, alienāq; rem
auferre abſq; pretio diabolicam fore pote-
ſtatē, vt nos admonet Roland. Vallenſ. con-
ſil. 22. num. 18. conſ. 69. nume. 51. lib. 2.
quantò fortius, & reſpectu famæ ipſius? cu-
ius iactura grauior morte habetur, ſi credi-
mus Aymo. Sauilia. conſil. ſuo 384. poſt nu.
4. lib. 3. ſapienter conſuluit Tyber. Decia.
27 conſ. 34. num. 49. lib. 4. † Poſtremo inda-
gare oportet quid ſit mendacium, quando-
quidem ſub iſto ad hūc præcepto compræ-
henditur, & quidem ita deſcribitur, menda-
cium eſt falſa vocis ſignificatio, cum inten-
tione fallendi, ſic Accurſius in l. de ætate, §.
ſi cum eſſet, ff. de interrog. actio. & moder-
nioribus ex Diuo Auguſtino refert Octauius
Gloritius in d. cap. ſuper literis, in verſ. ex-
peditis num. 133. ibi, & quod ille tex. quod
quidē; idem Gloritius declarat nu. 139. qui
hoc intelligit in mendacio propriè, & ſtrictè
ſumpto, cui in eſt dolus, & intentio fallendi,
ſecus ſi longè, & impropriè, vt ibi per eum,
quod nempè patratur, non tantum exprimē
do falſum, verumetiam veritatem tacendo,
ex Ioſep. Maſcard. concluſ. 1039. lib. 2. de
probatio. cui addo Aymo Sauilia. conſi. ſuo
689. num. 9. lib. 4. Iacob. Menoch. conſil.
214. num. 10. num. 80. lib. 3. & ideo expri
mere falſum, & tacere verum procedunt à
pari, quo ad irritandum reſcriptum vtriuſq;
ſpeciei, vt non minus doctè, qua ornate his
noſtris temporibus docet eloquētiſsimus Iu-
riſconſultus D. Octauius Gloritius, in d. cap.
ſuper literis in pr. not. num. 7. cum ſeq. qui
28 etiam declarat, in quo differunt, & † men-
dacium dicere facile præſumitur pollicens,
(vt indoctum inquit vulgus) maria, & mon-
tes, vt Maſcard. idem eo loci adnotat num.
5. vbi num. 7. ſubiungit mendacem in vno,
in omnibus iudicari mendacem, quemadmo
dum in teſte, vt in vno verus, in alio falſus, in
omnibus cenſeatur falſus; vt ibidem per eum
num. 9. & inferius plura alia venuſta de ma-
teria coaceruantem, cui accedat, Tyb. De-
cia. conſil. 47. nume. 63. lib. 5. conſil. 92.
num. 10. lib. 2. idem conſ. 83. num. 25. lib.
5. ac illud pronuntiatum eximium applican-
29 dum † erit, mendacium quippe quam primū
proſterni, atq; mori, veritatem tamen im-
mortalem denominari, ex pulchris exemplis
à Tyber. eodem congeſtis, conſ. ſuo 8. num.
204. lib. 1. cum concordantibus. ſed vt meū
claudam ſermonem, id ſilentio non inuoluā,
nempè legi apud Iacob. Menoch. conſ. 107.
num. 59. num. 61. lib. 2. & conſ. 948. num.
32. lib. 10. neminem eſſe debere veritatis
proditorem, ac ſcandalum potiùs permitti,
quam veritas occultetur, quod in ſpecie con-
uenire iudicibus, teſtibus, & notarijs latè de-
clarando proſequitur, idem Glorit. in d. pr.
notab. num. 33. vſq; ad num. 47. & ibidem
docet, an aduerſarius poſsit veritatem ocul-
tare, & ponit multa vtilia circa practicam
vſq; ad num. 53. poſt modum ſubdit Menoc.
30 ſupplitium † melius eſt, pro veritate pati,
quam pro mendacio beneficium quæ veritas
immutari minimè valebit per noſtrum affir-
mare, vel negare, & quantò magis conteri-
tur, & oppugnatur, tanto magis nebulis ex-
pulſis, in lucem progreditur. quemadmodū
aromata magis redolent, quantò magis cō-
terantur, geſtorumq; erroribus haud muta-
ri eam teſtatiſsimum eſt, viuit namq; ſem-
per, cunctaq; in æternum ſuperat, illiq; om-
nia conſonant, teſte ad hoc eruditiſsimo Ro-
land. Vallenſ. conſ. 1. conſ. 4. nu. 19. conſ.
31 13. nume. 15. lib. 4. ſed † mendacium doli
parens

Digitized by Google

parens dicitur, illiuſque originem à diabolo proceſsiſſe, & nõ modicè execrari à pſalmiſta iuxta illud, & perdes omnes, qui loquntur mendacium, non ſum ego qui loquor, eſt Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 391. ad finem lib. 3. eo trahatur, mendaces colluſores, atque fraudatores fide dignos non eſſe voluit Iacob. Menoch. conſ. 410. nu. 20. lib. 5. cum concomitantibus alijs, & hæc ſatis ſint volāti calamo conſcripta fuiſſe, & in materia falſitatis teſtamentorum, & ſcripturarum reſpectu obiter, ex quibus coniecturis depromantur ſuppoſitiones, & falſitates amplè Iacob. Menoch. conſ. 996. lib. 10. conſ. 619. lib. 7.
32 Tyb. conſil. 99. conſ. 108. lib. 2. ſed † quæro, an doctor teneatur de falſo, qui in iudicio produxit conſilium ſubſcriptum, ſub nomine alterius famoſioris, per ſe tamẽ factum, ſubſcriptione, ac ſigillo falſato? ſcribit And. Alcia. conſ. ſuo 22. lib. 7. illud applicandum eſt, falſitatem committens quamuis perdat cauſam, actamen non ob hoc aduerſarius obtinet, niſi ſuam intentionem probauerit plenè, ſic Pet. Surd. deciſ. 282. nu. 23.

ARGVMENTVM.

Nec rem cupies alienam, ſub cuius vmbra ſeptem quieſcunt vſurarum quæſtiones nõ vilipendæ, & de vſurarum ſpeciebus, ipſarumque diffinitionibus, & teſtamentis vſurariorũ, hûc congruere videntur, egregia Tyber. Decia. pronuntiata, conſ. ſuo 76. num. 7. num. 29. num. 31. num. 32. & num. 55. lib. 4.

SVMMÆ.

1 *Vſurarum diffinitions multæ, & quotuplex? & nu. 2. & num. 5.*

3 *Vſuram committi, & directè, & indirectè, & nu 4. vbi de illius prohibitione.*

6 *Vſuram furtum, bonorũq; rapinam eſſe cenſeri, & aduerſus Deum, homines, & bonos mores.*

7 *Vſurarius pauperum deuorator, in quatuor peccat, & quæ ſint?*

8 *Vſurā minimè fore immaturos emere fruct⁹.*

9 *Prædium ſecundariò emptum, ex pecunia ſenebri vſurarium cenſeri.*

10 *Iudex Eccleſiaſticus, an ſolus ipſe puniat, vel cognoſcat de vſurarum criminibus? et nu. 12. & latè inferiùs examinatur.*

11 *Vſurarum cauſſā decidi poſſe in ſeculari foro quotieſcũq; p viā exceptionis excerpatur.*

13 *Articulus iuris, & quæſtio facti demonſtratur, & ſcinditur quæſtio ipſa in duas partes, & quæ ſint? num. 14.*

Iudex laicus cognoſcit de cauſa ſpirituali incidenter, quando illa concernit factum, & non ius ibid. num. 13.

15 *Ius certum eſt, ſed cum de facto controuerſia ſit coniectura, verum quæritur.*

16 *Quæſtio iuris quæ, & quotupliciter conſiderari valent? explicatur.*

17 *Afflictionem afflictis addere propè impium eſſe cenſetur.*

18 *Vſurarius ſi diſputatur nùm ſit contractus, coram eccleſiaſtico Iudice, vt potè competente ventilandus, ex magis communi, crebrioriq; ſententia, atq; de conſuetudine nu. 19. nu. 20. & nu. 21.*

22 *Teſtes producti aduerſus aliquem infligendum pœnis de vſuraria prauitate, quibus fuerat mutuum factum gratuitum, ex publico, tamen documento, & eorum confeſſione, an validi cenſeantur, & quando confutentur, & quibus in caſibus admictendi? declaratur. & n. 24. & n. 29. vbi concluditur, ac de ſũmis Roland. laudibus.*

23 *Fama bona theſaurus inæſtimabilis, & liliũ dans ſuauitatis odorem, & ſicut corpora noſtra illuſtrantur ab ardentiſſimo ſole, pari paſſu, & ipſa fama bona.*

25 *Teſtificãdi facultatem propria in cauſſa nulli permicti demonſtratur.*

26 *vſuram per ſocios criminis probari, quo pacto id intelligatur, & quando validum teſtimonium?*

27 *Teſtes periuros non admictendos, tamquam infames ſuam infringentes confeſsionem.*

28 *Vſurarium quem minimè præſumi, & aſſerens, quem talem, probare oportet factũ, & qualitatem facti.*

30 *Contractus venditionum, vt donec ſoluerit prætium, venditam rem, pro certa mercede conductam validos fore.*

31 *Conuentio, an à iure permiſſa putetur, vt dilatione data dominio, minimè tranſlato, donec pretium ſoluatur certum, quid ſingulis annis reddendum?*

32 *Quantitas certa, pro interreſſe venditoris à principio promiſſa, quando inualida?*

33 *Dotis ratione non ſolutæ nùm concedatur aliquid, interim ratione intereſſe, vel alimentorũ ſingulis annis, tres enarrantur caſus.*

34 *Vſuras dotium ratione non ſolutarum permicti remiſſinè.*

35 *Vſurarij nunquid denominandi, qui cariùs vendunt ſolutionis tempora dilatando? & concluditur, quod ſic, & nume. 36. vbi de con-*

Digitized by Google

de concordi ſententia.

37 *Vendere fas erit pecunia credita carius prædia, ex quibus fructus percipi valebunt, & nu. 38. vbi de latitudine iuſti pretij.*

39 *Vendere licebit ei cariùs, qui aliâs diſtracturus minimè fuiſſet, vel qui detrimentum haberet, & num. 40.*

41 *Mercatori cariùs vendere, vtrùm permittatur, qui ſi venditionis tpe nũmos habuiſſet lucra aliqua facturus eſſet, & nu. 42.*

43 *Vendere cariùs, quẽ poſſe nummis creditis quàm numeratis alterius prouinciæ homini difficilis exactionis ratione.*

44 *Valorẽ alicuius rei ratione oneris adiuncti, vel vicinorum malorum minorẽ reputari.*

45 *Venditor ad intereſſe tenetur emptori, ob falſam aſſertionem prædij ſeminati, quod tamen pro parte ſeminatum erat.*

46 *Vſuram à teſtatore reſpectu legati, vel crediti imponi non valere hæredi, donec ſoluatur creditum, ex communi ſententia, & nume. 47. & inferius vbi coanguſtatur, num. 48.*

49 *Legatum filię ſoluendum, ex facultatibus hæreditarijs, & interim præſtandum ab hæreditate, quid annuum loco fructuum, admitti poſſe, & non dici vſuram.*

50 *Legatario cõceditur annuam penſionem accipere, ex legato, à teſtatore facto, quoties fuit optio hęredi data, vel ſoluere ſummam, vel annuum id.*

51 *Mutuaui tibi centum, vt alia centum ſolueres creditoribus tuis pacto appoſito, vt quolibet menſe tenearis, quid ſoluere, vſurarium fore.*

52 *Partem vnam ambiguàm declarari per aliã ſiue in contractibus, ſiue in teſtamentis.*

53 *Teſtamentum vſurarij manifeſti, qui deſierat feneraticiam artem exercere nullum reputari, forma Gregorij Decimi ca. quamquam de vſur. lib. 6. minimè ſeruata, & nu. 54. vbi de communi.*

55 *Vſurarius manifeſtus ad hoc, vt probetur duo requiri, factum, & ipſius facti qualitatem, & num. 56. vbi de alijs.*

RACEMATIO 48.

IN occurrenti præcepto plura examinanda forent; ſed vt meam ipſe ſententiam tibi denudem, paucis his, quæ me in præſentia adhortãtur vſurarum ſpeciebus, ſat contentus ero;
1 & † vt à diffinitione ipſa exordiamur, vſura eſt lucrum, ex mutuo pacto debitum, aut exactum: ſic poſt Hoſtienſ. ac Laurent. Rodolſ
ſcribit Tyber. Decia. conſ. 76. num. 21. lib. 4. vel dicamus vſuram eſſe quicquid accedit ſorti, ex pacto, aut intentione precedente, vt poſt multos commemorat Iacob. Menoc. conſ. 441. nu. 4. lib. 5. vel ſi placet reſpondeamus, vſuram illam dici, quæ prouenit creditoris pacto, qui lucri cupiditate ita pactus fuit, vel deſcribamus eam ſic, vſura eſt lucrum ex mutuo factum debitum, vel exactũ accedens ſorti, vel intentioni præſtantis, ſic Iacob. idem ex aliorum mente, vbi ſupra nu. 11. nu. 16. & præcognoſcendi ſunt Iul Clar. lib. 5. ſentent. §. vſura Hyſpanus is Didac. Couar. cap. 1. varia. reſolutio. lib. 3. And. Gail obſeru. 5. lib. 2. practica. obſeru. idem obſerua. 7. vt vbi quoq; ſcripſit de emptione redituum, an ſit licita, vt ibi per eum, cum obſeru. ſubſequentibus, vbi & doctè, & co-
2 pioſè, † & ad hoc, vt dicatur propriè, & formaliter vſura ipſa commicti, tria concurrere debent, & primo mutuum, ſecundò lucrũ principaliter intẽtum, tertiò pactum, ideoque vſura ſcinditur in mentalem, & formalem, & de vſurario mentali plura venuſta cumulat Didac. Couar. regu. peccatum lib. 6. part. 2. in initio cum concordantibus, mentalis eſt, ſi illa duo tantũ aderint nempè mutuum, atq; lucrum principaliter intentum, & in ſumma realem nuncupari vſuram, quando concurrit voluntas cum effectu, atq; ita opere ſequuto, mentalem verò ſi ſola lucrandi voluntas in creditore adeſt, vt vberiùs poſt Nauar. & cæteros conſonantes pulchrè meminit Iacob. idem loco nuperrimè citato,
3 num. 5. cum ſimilibus † vſuraq; ipſa committitur directè, quemadmodum in contractu mutui indirectè, vt in cõtractibus emptionis, & venditionis, & haud diſsimilibus his; & æquiperatur furto Iacob. Menoch. auſpicatus eſt conſ. ſuo 300. num. 26. num. 60. lib. 3. cui accedat Tyber. Decia. conſ. 76. num. 20. lib. 4. copioſiùs tradit, Iacob. idem conſil. 907. num. 11. num. 13. & paulò poſt lib. 10. & quamuis in mutuo ſolo verſetur, mutuum nihilominus à partium intentione regulatur, adeò; vt illorum mens dirigatur, ad illud tametſi alio nomine contractus denominetur, mutui magis ſubſtantiam, quã colloratum titulum in conſideratione haberi, &
4 ob id dici aſſolet vſuram † in mutuo animaduerti ſiue vero, ſiue ficto, ipſiuſq; prohibitionem, ne dùm in mutuo conſiderari, verumetiam in omni contractu in fraudem vſurarum celebrato, vt de his amplè meminit Aymo. Sauilia. conſ. 990. num. 3. & paulo inferius lib. 6. optimè conducit Tyber. idem

conſ. 2.

conſ. 2. num. 11. num. 180. lib. 1. quo loci
inquit duplicem fore vſuram, quippè dire-
ctam, ſicut in mutuo, iuxta illud Luc. 6. mu-
5 tuum dantes nihil inde ſperantes † alteram
vero eſſe, quæ indirecta, & per accidens ap-
pellatur, quando ſub velamine liciti contra-
ctus, vt puta emptionis vſura ipſa committi-
tur, vt ibi per eum. Eo trahatur non incogni-
ti iuris eſſe vſuram valde à legibus abhorre-
ri, quandoquidem eſt figura, abſq; materia
ſine cauſſa, abſq; ſubſtantia, quemadmodum
poſt Bal. cecinit Hiero. Alba. conſ. 16. poſt
princip. eaq; vſq; deteſtatur, & execrat, ex
recentioribus Ioſep. Maſcard. concluſ. ſua
1398. num. 3. de probatio lib. 3. fructuſque
deuorat antequam naſcantur. And. Alciat.
conſ. 3. nume. 13. lib. 1. ſuntq; aduerſus di-
uini um ius, ex potētiſsimi Regis Dauid pro-
nuntiato, dum inquit, Domine quis habita-
bit in tabernaculo tuo; qui non dedit pecu-
6 niam ad † vſuras, quem aſſequutus eſt conſi-
culus Andr. Barbat. cap. cum ſit generale,
nume. 162. de for. competent. atq; vſuram
furtum bonorumq; rapinam eſſe cenſeri, &
aduerſus Deum, homines, bonoſque mores,
ex conſcriptis à Roland. Vallenſ. conſ. 75.
num. 4. num. 7. lib. 1. & minimè permictitur
in contractibus, & ſunt prohibitæ, per Euan-
gelium, contra quod Roma. Pontifex ſtatue-
re non valet, idem conſ. 55. num. 16. nu. 25.
lib. 2. omniq; alio iure deteſtabilē Roland.
idem conſ. 93. lib. 4. & Alex. conſi. ſuo 49.
7 num. 4. lib. 4. ſcribebat † vſurarium deuo-
ratorem pauperum in quatuor peccare, pri-
mò quia Deum contemnit audatiùs. ſecun-
dò naturam expreſsiùs, tertiò ſcripturas de-
terius, quartò quia floccipēdit iura diutiùs,
vt penſiculatè magis per eum explicando, &
vſuram iniquiſsimam exactionem eſſe non la-
tuit, Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 35. num. 28.
lib. 1. cum concordantibus. atqui ſubijcia-
mus, quæſo aliquas facti ſpecies, quarū pri-
8 ma eſt huiuſmodi, vtrùm † fructus immatu-
ros emere ſit vſura? & nempè ipſe arbitror
quòd non, de ſententia Bal. & poſt eum Ay
mo. Sauilia. conſil. ſuo 594. nume. 11. lib.
4. quo in loco aſſerit Sauilia. fructus antè
tempus emere, quoties in dubio rei eſt plu-
ris ne, an minoris futuri ſint, cum percipien
di erunt, vſuram minimè cenſeri, vt ibi per
eū, & conſidera quod notabiliter voluit Ia-
cob. Menochi conſ. 844. num. 56. lib. 9. vbi
vſuram ait ipſe non animaduerti debere in
emptione futuri euentus, de quadam inſigni
contingentia facti, ad quem curioſum conij-
cimus lectorem. in materia quoq; vſurarum.

9 Ea † relatu penè eximia preterfluere non ſi-
nam, vſurarius nempè, qui de fenebri pecu-
nia prædium aliquod emerit, & exindè illud
vendiderit, & ex pretio redacto aliud com-
parauerit huiuſcemodi prædium ſecundariò
adeptum vſurarium fore; & ob id à debito-
re à quo vſuræ illicitæ exactæ fuerunt repeti
verè poſſe, namque quemadmodum primus
fundus emptus fenebris erat, paripaſſu, & ſe-
cundus in locum primi ſubrogatus. ſic bel-
lè docet, Tybe. Decia. conſ. 27. num. 6. lib.
1. alterum eſt quòd ex quo vſura eſt prohibi
ta, pro qua creditor tenetur vice mutua ali-
quid facere, dummodo ſit æquale, nihilomi-
nus æquale id intelligetur vſq; ad dimidium
partis vſuræ, Tybe. idem conſ. 57. num. 30.
10 lib. 3. cū concordantibus † Cæterum in præ-
ſentia cordi nobis fuit, & ſit loco ſecundæ
quæſtionis, ex vtroq; immenſo legum prato
florem illum non vnicolorem carpere. atq;
eum in communem hunc locum conijcere,
quod, & de ipſius cognitione fertur, quis nā
iudex ſit cōpetens? edepol quatuor ſunt pro
iunioribus conſtituenda capita, vt faciliori
methodo progrediamur, quorum potiſsimū
eſt, vt ſi fortè tractetur de effectu reſtitutio-
nis vſurarum, & tunc verior * ſententia ſit il-
larum cognitionem ad laicum iudicem ſpecti-
nere poſſe, ex inferiùs deducendis. Secun-
11 dum † caput eſt, vſurarū cauſſam decidi va-
lere in ſeculari foro, quotieſcunq; per exce-
ptionis viam excerpatur, & ſic incidenter,
ſecus ſi principaliter ageretur, profectò tunc
cauſſa eſſet mera Eccleſiaſtica, & conſequē-
ter pertractāda in Eccleſiaſtico foro, ita col-
ligere libet, ex Io. Cepha. conſ. ſuo 402. nu.
25. & paulò inferius lib. 3. poſt alios conco-
mitantes in l. Titia ſolut. mat. tertium caput
12 † quòd ſi ſumus in quæſtione facti, & ſic dū-
taxat agatur de vſuris ſolutis, vel minimè ſo-
lutis, vel an factus fuerit contractus, an ne?
aut pertractetur de illius ſimulatione, & ſi-
milibus his, & tunc eo ventum eſt, vt vterq;
iudex cognoſcere valeat, vt poſt multos aſſe
rit conſiculus Andr. Barbat. cap. cum ſit ge-
nerale poſt num. 159. vbi de communi pru-
dentum * ſententia de foro competēti à qua
difficulter recedendum. hūc conferūt, quę
ſapienter docuit Aymo. Sauilia. conſil. 255.
num. 1. lib. 2. quo loci ait, matrimonij cauſ-
ſam ad Eccleſiaſticum iudicem remictendā
non fore, cum † diſputatur, an in eo metus in-
teruenerit, ex quo tractari dicitur queſtio fa-
cti, non articulus iuris, an matrimonium va-
lidum ſit metu inhitum, ſed de facto nū me-
tus interuenerit, vt fuſius ibidem explican-
do per

Digitized by Google

do per eum. aliqua ſcribit Io. Igne. in l. pr. §. ſi quum omnes, num. 29. ad ſenat. conſul. ſella. cũ ſimilibus. nouiſsimè accedit D. Gloritius in cap. ſuper literis de reſcript. in glo. niſi forſan nu. 386. qui poſt alios, quos congerit, inquit quod iudex laicus cognoſcit de cauſſa ſpirituali in cidenter, quando illa concernit factum; & non ius, & protereà idem Gloritius in d. cap. ſuper literis in 5. anot. ſub n. 117. tenet quod cauſſa clericatus concernens factum poteſt cognoſci, per iudicẽ laicum allegat Iul. Clar. Guid. Pap. & Maſcard. vt ibi per eum. Cæterùm pro tyrunculis obiter quoq; pręcognoſcẽdum erit, q̃d
14 quæſtio ſcinditur in duas † principes partes, prima eſt facti, altera verò iuris, quæſtio autem facti nuncupari poterit, ſtatus coniecturalis, & verè, & propriè eſt, quando quæritur, verum aliquid factum ſit, ac de ipſo facto diſputatur incerto, Paul. Caſtrenſ. conſi. 109. num. 3. lib. 2. idem in l. ancillæ num. 6. C. de furt. quamobrem omnis quæſtio, quæ coniecturis finitur facti eſt Paulus Iuris prudens in l. inſulam, ff. qui potiores in pignore habeantur, & conuenire videtur Franciſ. Manc. tract. de coniect. vltima. volunta. circa princip. num. 12. vbi inquit coniecturas locum ſibi obtinere, in quęſtionibus facti, ete
15 nim † ius ipſum certum eſt, ex reſponſo Vlpiani ad Sabinum in l. cum quidam, §. ſuum ff. de acquiren. hæredita. ſed cum de facto controuerſia eſt coniectura, verum queritur, & adducit in teſtem Romani eloquij tubę Ciceronem, quo te remitto. Vlteriùs ſubiungẽdum eſt, quod ſi dubitetur fortaſsis de volũtate, aut diſpoſitione defunctorum, contrahentiũmuè facti quoq; quęſtio eſt demõſtrarunt, Accurſius ad verbum poſsideat, l. bonæ fidei, ff. de acquiren. rerum domin. Celſus in l. vxori legauit, ff. de aur. argen. legat. Pomponius, in l. Herẽnius. ff. de verbo. ſignificatio. ac Martianus in l. ſicut §. ſi debitori, ff. quib. mod. pigno. vel hypo. ſol. accedant concomitantia multa; per Ioſep. Maſcard. quæſtio. antè concluſiones 14. num. 5. num. 26. num. 28. fructuoſiſsimo, ac ſatis venuſto probationum tracta. lib. 1. cum ſimilibus à Tyber. Decia. conſ. ſuo 89. num. 47. lib. 5.
16 condeſcendo † nunc ad alteram, quæ iuris eſſe cenſetur, in qua facto explorato de iure examinatur, & controuertitur, ex adnotatis à Bal. in l. Arethuſa comẽt. 2. n. 3. ff. de ſtat. homi. & huiuſcemodi quæſtio iuris tripliciter conſideratur, quippe aut continetur proprietate verborum, aut coniectura voluntatis, aut diſputatione æqui cuius rei exempla talia afferri poſſunt. fingamus te Sempronium interfeciſſe: triplex exoritur iuris quæſtio quarum anteſignata eſt de vocabulo, nũquid homicidium nuncupandum ſit, vel parricidium, ex quò ipſe minimè patrem, ſed matrem, ſeu auum occideris determinandũ eſt, parricidium, & nempè parricidium eſſe pluſquam manifeſtũ eſt ad hoc iura ſunt vulgaria, & ita quæſtio hæc nominis appellatur. Secunda iuris quæſtio eſt, quæ diſputatione æqui cõſiſtit veluti ſi dixeris occidi matrem meam fateor perpetratus ſum hercle parricidium, at ob furorem interfeci eam ob rem, æquitate iuris contrà verba Pompeiæ legis
17 de parricidijs abſq; punitione pertranſire † debeo, quamdoquidem furore meo ſatis plectar, & conſequenter non debere exagerari ſuper afflictis afflictionẽ, ex Modeſtini pronuntiato in l. pęna. §. vltimo ff. de parricid. contextus eſt in l. diuus, ff. de off. præſ. vbi Iureconſultus Macer, idem cenſuit, & per illum textum Io. Cepha. conſ. ſuo 336. nu. 34. lib. 3. And. Gail. obſer. 18. nume. 5. lib. 1. pract. obſeru. Aymo. Sauilia. conſ. 452. nu. 24. lib. 3. Iacob. Menoch. conſi. 237. num. 3. lib. 3. conueniunt in propoſito tradita à Gloritio in c. ſuper literis in 5. not. nu. 112. de reſcrip. tertia iuris quæſtio in coniectura voluntatis innixa, eſt huiuſmodi, profectò quemadmodum, ſi controuerſia fuerit circa voluntatem contrahentium, vel mortuorum, eſt quæſtio facti, pari paſſu, ſi de voluntate Iuriſprudẽtum ambigatur, iuris quæſtio erit, quemadmodũ Vberiùs declarat præceptor meus Pyrrhus Alfa. ad leg. pr. C. de edend. num. 11. & nume. 13. fol. 173. cuius verba
18 tranſcripſi in gratiam curioſorũ † poſtremũ caput eſt, vt ſi de quæſtione iuris in controuerſiam ventum ſit, & ſic verum vſurarius ſit contractus, & tunc in eam iuêre ſententiam ſcribentes, ſecularẽ iudicem in vſurarum crimine incompetentem fore, ex quò Eccleſiaſticum eſt. ad quam comprobandam (quicquid alij cãtent) adducitur Et primo Alex. reſponſum conſ. 59. num. 6. lib. 1. quo in loco Alex. reſpondet minimè valere ſtatutum diſponẽs de modo probandi vſurarium contractum, quià vſurarum cauſſa ad laicos ipſos non ſpectat, & poſt alios concludit paulò poſt veriorem, magiſq; communem eſſe opinionem hanc, cui ſuffragatur Philip. Dec. conſ. 18. vbi ſtatutum laicorum iuriſdictionem tribuens officialibus ſecularibus, in vſurarum cauſſa, haud validi eſt roboris.
19 ſecundo loco † fulcitur per ea, quæ non inſubtiliter inquiunt Aymo. Sauilia. conſil. 6.

Digitized by Google

nu. 101. lib. 1. & Socc. Iun. conſ. 83. num. 12. lib. 2. quibus in locis teſtati ſunt Bal. opinionem, quicquid alij ſenſerint, veriorem fore. non me latet, ex recentioribus affluẽter, & doctè examinatam fuiſſe quæſtionem illã, quàm præ manibus habemus ab Hyſpano illo Didac. Couar. cap. 3. varia. reſolutio. lib. quod 3. per totum forè cũ multis ſimilibus. ad idem

20 † & tertiò facit optimè Iaſ. conſil. 153. num. 3. & circa finem vbi tenet, principem ſecularem ſe intromictere non poſſe, quando vertitur quæſtio iuris ſuper vſuris ipſis, ſed illarum cognitionem ad ſolum Eccleſiaſticum iudicem actinere, nec de reatu vſurariorum ſe inmiſcere, poſt Bal. cap. 1. §. ſimiliter de cõtrouerſiæ inueſtitu. hec ille Iaſ. lib. 4. cum concordantibus. accedãt Raph. Fulgo. conſ. 146. Philip. Dec. conſ ſuo 170. quartò, & vltimò in terminis voluit Roland. Vallenſ. conſ. 75. nu. 14. & inferius lib. 1. &

21 idẽ conſ. 95. lib. 4. nu. 4. & poſt nu. 7. vbi † de crebriori, & magis concordi opinione iuris interpretum teſtatus eſt, & commemorauit Iaſ. locis præallegatis vbi ait, & legiſtas, & canoniſtas in hanc quam citauimus ſententiã communibus ſuffragijs condeſcendere, atq; ita de conſuetudine ſeruari. quam opinionem pinguefacio ſuccis Matth. Afflic. cap. ſimiliter num. 2. de controuer. inueſti. num. 2. in vſib. feudo. Iacob. Menoch. conſ. 366. num. 11. num. 38. conſ. 367. num. 14. lib. 4. cum ſimilibus, idem conſ. 268. nu. 12. num. 20. lib. 3. Aymo. Sauilia. conſil. 366. num 24. lib. 3. Alex. conſ. 91. lib. 2. Tyb. Decia. conſ. 51. lib. 5. at ſpeciatim ſuperiùs effluxi Iacob. Menoch. conſ. 862. lib. 9. vbi egregiè reſpondet.

22 † ſed fingamus obſecro te bis mille aureos mutuaſſe Franciſchino, alijſq; reis debendi de frate ad fratrem, (vt indoctum inquit vulgus) ex quo reuera confectum fuerit inſtrumentum publicum iureiurando ſubnixum, abſq; turpedine vlla, ſiue vſurarum ſpe, legitimo forſitan tempore reddendum, & poſtmodum procedente tempore fuerit criminalis ꝓceſſus formatus à quopiam neſcio, quo, atq; ideò in teſtes adducti ſint aduerſus teipſum, de vſuraria prauitate Franciſchinus, & alij præallegati, nùm iſti habiles reddantur, nec ne? nobiliſsime lector, multa poſſent concomitantia afferri, verum quià aliena ſthomaca ſanè doctorum turbam aliquando non patiuntur, ob id ſuccintè procedendo ſic auctumaui in huiuſmodi facti ſpecie, vt eo ventum ſit. à noſtris, te ex ſuis depoſitionibus de prauitate vſuraria conuinci minimè valere, & præſertim ſtimoratæ conſcientiæ à cunctis reputatus ſis, eoſq; nullam facere fidem, tamquam deponentes de his, quæ geſta ſunt ab ipſis, & non à cæteris, & in cauſſa propria ad quam ſen-

23 tentiam probandam † ex compluribus Iuriſconſultorum locis is primùm affertur, bonæ famæ probatio, quam nempè theſaurum eſſe inæſtimabilẽ, & ſicut lilium dantem odoris ſuauitatem, nemo eſt, qui ignoret, ad hoc Socc. Iun. conſ. 39. num. 23. & conſi. 189. num. 40. lib. 2. pulchrè reſpondit Aymon. conſ. ſuo 697. ſub nu. 4. lib. 4. & quemadmodum corpora noſtra illuſtrantur ab ardentiſsimo Phœbo, pari formiter, & ipſa bona fama Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 44. num. 45. lib. 1. cum concordantibus. fama verò bona pro bono deſumitur nomine, ac ea dicitur ſtatus dignitatis illeſæ, moribus, vitaq; comprobatus. delectaris igitur in odore illius, purgat namq; ſuſpitiones, quibus quis laborat, ex adnotatis ab Aymon. Sauilia. conſil. 145. num. 24. lib. 1. idem conſ. 99. num. 11. lib. iſto Socc. Iun. conſ. 45. num. 12. lib. 3. & qui hanc negligit famam, crudelis nuncupatur, ex Apoſtolo dum dicebat, expedit mihi magis mori, quàm vt gloriam meam, quis euacuet, ſic poſt eum, & cæteros comcomitantes aſſerit Ioſep. Maſcard. concluſ. 748. num. 3. lib. 2. de probatio. cum ſimilibus à Tyber. Decia. citatis conſil 96. nu. 55. lib. 3. facit in ſimili reſponſum Tyb. Decia. conſil. 67. num. 1. lib. 2. ſecundo loco deduci-

24 tur quia † ſunt contrarij ſibi ipſis, cum in inſtrumẽto faſsi fuerint mutui contractum purum, ac gratuitum, & exinde in eorum atteſtationibus inquiunt ſub vſuris confectum, & ſic repellendi veniunt argument. eorum, quę memoriæ prodidêre Seuerus, & Antoninus Cæſares in l. 1. C. de furt. & ſer. corrup. & plus proſternẽdi ſunt profectò in cauſſa propria deponũt Hyppo. Marſ. cõſ. 6. n. 6. & eleganter facit Alex. reſponſum conſil. ſuo 72. num. 7. lib. 1. quo loci poſt Bal. cuius auctoritas in actu practico grauiſsima eſt, quemadmodum tenet Andr. Alciat. conſ. 151. nu. 2. lib. 9. quòd teſtes producti aduerſus fæneratorem ſi ſint illi quibus erat factum mutuũ non probare, coãguſtatur hoc ſecundum eũ, niſi proteſtentur, ex huiuſmodi teſtimonio, minimè intendere ius aliquod quærere, vt ibi per eum. idem ſcribit conſ. 184. ſub. nu. 17. lib. 7. concordãt Iaſ. conſil. 78. poſt nu. 1. ſub verſ. 2. principaliter moueor lib. 3.

25 & ſic † teſtificãdi facultas nulli in cauſſa propria permictitur Ludou. Roma. conſil. 382. num. 2 pulchriùs declararat Aymo. Sauilia. conſ. 6.

conſ. 6. num. 102. & inferius lib. 1. idem Sa-
uilia. conſ. 947. lib. 5. obiter adnota Io. Ce-
pha. conſ. 438. num. 14. & num. 56. lib. 3.
idem conſ. 179. num. 7. num. 31. lib. 2. Phi-
lipp. Dec. conſ. 650. nu. 9. idem conſ. 342.
poſt num. 1. cum ſimilibus, & cogita ſi appli-
cari poſsit illud iuris effatũ, quod iſti teſtes
reputantur ſocij criminis, & ſic reiciendi, ex
coacernatis à Iaſ. conſ. ſuo 22. lib. 1. ad idẽ,
26 & tertiò facit quia † tametſi vſura per ſocios
criminis probetur, nihilominus hoc ſibi locũ
vendicat, quo ad fauorem tertij, non herclè,
quoad proprium commodum ad vſuras re-
petẽdas, qua de re, teſtes ipſi proteſtari de-
bent, quod minimè ex illiuſmodi teſtimonio
ius aliquod acquirere intendant, & huiuſmo
di pronuntiatum dilatant iuris interpretes,
vt locum ſibi vendicet, etiam ſi eſſet vnicus
teſtis, qui de facto proprio deponeret abſq;
aliquo eius intereſſe conciliando, tamen per
Maſcard. conclu. ſua 1417. num. 14. vbi de
* * magis communi * * poſt Iacob. Menoch. de
arb. iud. caſ. 235. num. 23. Maſcard. idem
num. 15. num. 16. & inferius explicando, vt
in locis per eum, qui doctorum molem enar
rat, quos, vt verum fatear non tranſcribo, ne
citius exiſtimer lingua deferre, cum iactura
temporis ad ſyluam nemoroſam apud eum
in fonte videri poterunt tracta. de probatio.
lib. 3. alia, & pulchra ſimilia aggregat Cæ-
ſar Vrſillus in additamentis ad Matth. de-
ciſ. Neapo. 369. nume. 11. nume. 15. cum
concordantibus quicquid accedit Octauius
Gloritius in dic. cap. ſuper literis, qui refert
illud, quod ſeruatur in Reg. Neap. in glo. in
27 verb. priori num. 285. † quarto loco pro hac
parte conducit, nam teſtes præallegati iam
ſunt periuri, quandoquidem in inſtrumento
mutui confeſsi fuêre, iuramento accedente,
mutuum id purum, gratuitumq; fore, cui qui-
dem confeſsioni contrauenire non valent, &
ob id conſequens eſt eos, tamquam infames
nullo pacto admictendos fore, ex adnotatis
ab Aymo. Sauilia. conſ. 6. nume. 48. lib. 1.
Philip. Dec. conſ. 189. poſt num. 10. atque
à Io. Cepha. conſ. ſuo 204. num. 29. & infe-
rius lib. 2. complures aggregat Roland. Val
lenſ. conſ. 57. num. 15. & paulò poſt, & nu.
28 23. lib. 4. quinto pro hac † parte facit regula
iuris lippis, & tonſoribus agnita, nempè vſu-
rarium quem non exiſtimari, quia vnuſquiſ-
que bonus, & nõ improbus præſumitur, ideo-
que non tantum aſſerens aliquem vſurarium
eſſe manifeſtum probare debet ſimpliciter
vſurarium talem fore, verùm etiam qualita-
tem illam manifeſti, & ſic factum, & quali-
tatem facti ad hoc, vt procedi poſsit aduer-
ſus eam ad pęnas à legibus inflictas. ex Iaſ.
conſi. 78. lib. 3. Iacob. Menoch. latè docet
trac. de arb. iud. caſ. 235. nu. 4. & inferius,
quis autem dicatur manifeſtus vſurarius tan-
git Iacob. Menoch. conſ. 775. num. 23. lib.
8. ſexto, & vltimò, vt noſtrum ſermonẽ clau-
29 damus † affertur Roland Vallenſ. conſ. ſuo
98. nume. 8. & vberrimè per totum ferè lib.
4. quibus in locis non minus doctè, quam ſa-
pienter ſatiſque venuſtè ſuis cum ampliatio-
nibus ſententiam hanc ſubſtinuit, optimiſq;
clypeis tuetur, & cum liber ſit impreſſus ad
eum occurras tu ingenioſe Iunior, vt ad vbe-
rem aquarum fontem, cui addo ſuperpondij
loco Tyber. Decia. conſ. 25. num. 3. lib. 2.
id venit in mentem, quod, & pulchrum, &
quotidianum fore arbitror, venditor quippè
emptori locauit prędia ab eo vendita aliqua
penſione ſingulis annis perſoluenda, donec
pretium ſolueretur, dubitationis fuit apud
prudentes, nùm vſuraria putanda ſit huiuſ-
modi conuentio, an ne permiſſa? candide
lector, ſecundum ea, quæ præponerentur,
more ſceuolæ, quemadmodum in ſimilibus,
ſæpe ſępius hoc verborũ genere vſus eſt Phi-
lip. Dec. ſuis in reſponſis, & præcipuè conſ.
30 26. poſt nume. 1. conſtituenda † veniunt
tria, & potiſsima capita, vt faciliori metho-
do progrediamur. primum eſt, quod ſi quis
fundum emat, pro certo pretio, & donec id
ſoluat eundem fundum, pro certa mercede
conducat, conductionis contractum valere,
& ob id emptorem aſtringi ad mercedem ſol
uendam, ex pronuntiatis Pauli, ac Iaboleni
prudentum doctiſsimorum in l. ſicut emptio
l. cum venderem, ff. locat. per quos nempè
contextus, ita conſuluit Alex. conſ. ſuo 121.
lib. 5. quem aſſequutus eſt Philip. Dec. con
ſil. 119. poſt num. 2. & poſt num. 4. vbi do-
ctè explicat mæram dando intelligentiam
ad illum, & cæteros concomitantes, & ratio
eſt, dicit eo loci Dec. referendo Paul. Ca-
ſtrenſ. quia ſicut emptor re ſibi tradita obli-
gatur ad pretium, vt vſuras, ita quoq; tene-
tur ad pretium, atq; penſionem, ſi conduxit,
& ſic ſumus in illis terminis, quando erat do-
minium tranſlatum, & hoc quando ſimplici-
ter promiſsio facta eſt, facit deciſ. Florent.
Magon. 92. num. 15. videndus eſt Nicolaus
Mozz. trac. de contractibus, ſub colum. de
ſubſtant. emptionis, & venditio. ſub nu. 39.
& inferius fol. 78. And. Gail. obſeru. 3. nu.
31 6. lib. 2. practica. obſeru. † ſecundum caput,
vendidi prædia, ſed non fuit dominiũ tranſ-
latum, data tamen ad ſoluendum dilatione,

Q 2 vt do-

Digitized by Google

vt donec pretium ſoluatur certum quid promiſſum ſit ſingulis annis, quod contractus validi cenſeatur momenti firmant Panor. Abb. conſ. 66. lib. 1. Socc. Sen. copioſè, & eleganter conſ. 176. lib. 2. atq; conſil. 103. lib. 4. per totum, quam ſetentiam latè comprobat Hiero. Cagno. in l. curabit nu. 42. C. de actio. empt. cum alijs concordantib. quod temperandũ erit ſi promiſsio ſimpliciter facta eſt.
32 poſtremum † caput eſt, vt ſi initio contractus prommiſsio facta comperiatur perſoluendi certum quid ſingulis annis, eodem themate retẽto, quia non fuit dominium tranſlatum, & dilatione permiſſa, & tũc ſi quantitas promiſſa fuiſſet certa, pro venditoris intereſſe, quòd contractus illicitus. ſic Philip. Dec. locis nuperrimè citatis, prænotandus eſt, Pet. Surd. deciſ. 259. deciſ. 260. & reſpectu lucri ceſſantis deciſ. 262. quid animaduertit Aymo. conſ. 401. lib. 3. huc ſpectare videntur, quæ non inſubtiliter ſcribit Alex. in l. in inſulam, §. vſuras ſolut. mat. nume. 5. & poſt eum, & alios inſigniter Io. Ceph. conſ. 290. num. 7. lib. 2. in materia prommiſsionis dotium vbi ex magis communi concluſione * * tres cõſtituere videtur principes caſus, quorum primus eſt, quod aut † prommiſiſti mihi dare aliqua, pro alimentis donec ceſſaueris, dotem ſoluere, & hoc pactum valebit. ſecundus eſt, aut dictum fuit promicto tibi decem pro vſuris ſingulo mẽſe donec ceſſauerim dotẽ ſoluere, & nullius reputatur momenti. vltimus eſt, quòd aut ſimpliciter dixi, promicto tibi decẽ, & iſto caſu, vt actus valeat intelligi debent decem promiſſa fore, pro alimentis, & hoc, vt actus magis valeat, quàm pereat, vt ibi per eum. ita ſe habent memorabiles iſtæ legiſtarum opiniones, prudentiores, & oculatiores plura melius cogitent, afferantq; in medium nos rectius ſentienti ſemper ad hærebimus, in præſentiarũ autem, vt ſuperius traditum eſt noſtri animi ſententiam ſic ſic explicauimus. ſuperiùs allatis conuenire putantur Iaſ. conſi. 117. lib. 1. Alex. conſ. 200. lib. 6. & in ſpecie Didac. Couar. cap. 4. varia. reſolutio. lib. 3. egregiè Iacob. Menoch. conſ. 361. nume. 37. & inferius lib. 4. Aymo. Sauilia. conſ. 470. lib.
34 3. Cæterùm ſparſim in vſurarum materia † ratione dotium, & cæterarum rerum multa ſcribunt Roland. Vallenſ. conſil. 65. lib. 4. Teſſa. deciſ. 43. deciſ. 45. Tyber. Decian. conſ. 2. num. 129. lib. 5. Alex. conſ. 56. lib. 4. & conſil. 74. lib. 5. Iaſ. conſil. 92. lib. 1. Aymo. Sauilia conſ. 912. lib. 5. conſi. 551. lib. 3. Andr. Alciat. conſ. 10. lib. 8. Philip. Dec. conſ. 571. Socc. Iun. conſ. 114. lib. 3. plura venuſta idem conſil. 66. lib. 2. Iacob. Menoch. conſ. 907. lib. 10. & conſ. 441. lib. 5. conſ. 343. lib. 4. & an valeat pactum, vt non tranſlatum ſit dominium, donec fuerit ſolutum pretium? tangit Philip. Dec. conſi. 440. & quid de vſurario mentali Alex. conſ.
35 93. lib. 6. † & de vſuris in ſolito negotiati Hiero. Alba. conſ. 5. vbi multa ſatis concinna. at quinto loco quæritãdi anſam præbuit id, & frequentiſsimum thema, an feneratores dici poſsint, qui cariùs vendunt ſolutionis tempora dilatando, quàm ſi illicò merciũ pretia ſoluerentur? nobilliſsime lector, in hoc vſurarũ vaſto pelago iuris prudentes, ex vtroq; prato complures ratiocinantur, & celebres concentus quemadmodum tangunt genericè loquendo Aymo. Sauilia. conſ. 145. nu. 23. & conſ. 189. poſt nu. 7. lib. 1. Alex. conſ. 121. poſt num. 4. lib. 5. Ludo. Roma. conſ. 419. vbi Horat. Mando. in additamentis ad eum Socc. Iun. conſ 66. lib. 2. Philip. Dec. conſil. 116. cum ſimilibus, & an vſuræ vſurarum permictantur, vidẽdus eſt, inſignis Io. Cepha. conſ. ſuo 85. num. 7. lib. 1. nonnulla ſcribit, quamuis extra ſubiectum noſtrum, Roland. Vallenſ. conſ. 35. num. 1. & nu. 7. lib. 1. idem conſ. 14. & conſ. 55. poſt num. 8. lib. 2. Io. Cepha. conſ. 290. num. 7. lib. quod 2. & ex recentioribus Ioſep. Maſcard. concluſ. 933. num. 31. & nu. 33. lib. 2. de probatio. cum concomitantibus alijs,
36 † cæterũ in huiuſmodi facti ſpecie, vt reuertar eo, quo diſceſsi, concludendum eſt, fænerratores nuncupari cariùs vendentes, pecunia credita, quàm venditionis tempore numerata, ſicuti nõ inſubtiliter, & copioſè tradit Pyrrhus Alfa. ad leg. pr. num. 98. & latè inferius, C. de edend. & in ſpecie nume. 103. vbi de concordi teſtatur ſententia * & conſuluerat conſiculus Abb. conſ. 22. lib. 1. vt ibi per eum. tangit And. Barbat. cap. ad noſtram, poſt num. 4. de emptio. & venditio. & prænotandus eſt Iacob. Menoch. conſil. 110. num. 49. num. 50. lib. 2. quæ nempè ſententia concors, reſtringitur ſex in caſibus quorum potiſsimus † eſt, ſi prædia tibi
37 vendiderim fortè bis mille, & ipſe minimè ſoluiſti, iam fructus intereà illorũ mihi præbere debes, quamuis nõ adimpleuerit in ratificationem Magon. d. Floren. 143. nu. 17. contemplatione quorum, quod à te ipſo non exigo paciſci valebo, vt interim in ſingulos centum, aureos ſex, vel octo ſoluas, ex adnotatis à Socc. Sen. conſil. 103. lib. 4. & quiſquis ille ſit, qui ita ex recentioribus iudicauit ad

uit ad

nit ad Philip. Dec. conſ. ſuo 119. uoluit vbe-
riùs Hyſpanus is Didac. Couar. capit. 4. va-
ria. reſolutio. lib. 3. poſt num. 4. & num. 5.
& conuenire videntur, ea, quæ pulchrè ſcri-
bit Socc. Iun. conſil. 83. lib. 2. & poſt eum
Cæſar Vrſillus, in additamentis ad Neapo.
deciſ. anno. 20. num. 7. Philip. Dec. conſi.
111. num. 11. Aymo. Sauilia conſ. 401. lib.
3. num. 2 citauit illud in quadam facti ſpe-
cie, ſed largius examinauit Nicol. Mozz.
tracta. de contract. ſub colum. de ſubſtant.
empt. & vendit. num. 35. & poſt num. 39. &
inferius fol. 78. declarauit Roland. Vallenſ.
conſ. 14. lib. 2 Didac. Couar. loco nuperri-
mè effluxo, num. 2. idem Vallenſ. conſ. 65.
nume. 5. lib. 4. Pet. Surd. deciſ. 117. Alex.
38 conſ. 77. num. 12. lib. 6. & ſic † quoq; ſolu-
tionis tẽpore prorogato vendere fas erit ca-
riori pretio, quàm numerata peccunia, dum-
modo veri pretij latitudo minimè exceda-
tur adeò, vt preſenti pecunia vendatur res
ipſa pretio infimo, & credita ad huc pecunia
pretio ſupremo, ex congeſtis ab eodem Di-
dac. cap. 3. varia. reſol. lib. 2. circa princip.
quo te remitto, & concordat Io. Cepha. con
ſil. ſuo 290. nume. 14. lib. 2. cum ſimilibus.
& de pretio iuſto multa docet Iacob. Me-
noch. conſ. 746. nu. 50 lib 8. & conſ. 445.
num. 4. num. 19. lib. 5. & de iniuſtitia pre-
39 tij Roland. conſil. 96. lib. 2. ſecundo † loco
reſtringunt noſtrates, vt locum ſibi non ob-
tineat, quotieſcunq; ſumus in venditore tali,
qui alias diſtracturus non eſſet, & dubium ſit
plus, vel minus poſt modum res ipſa valitu-
ra fuerit profectò, tunc illi permittitur ven-
dere carius, ex traditis à conſiculo Abb. ca-
pit. nauigantium de vſuris, vbi alij, quos ci-
tat, recẽtiſsimè Pyrrhus Alfa. loco ſuperiùs
deducto, num 105. nu. 107. & inferius ter-
40 tiò coanguſtari fertur, † reſpectu illius, qui
detrimentum aliquod haberet. quippè tunc
quoq; ipſi cariùs vendere licebit, quod ex-
plicandum eſt, vbi mercator ille quàmpri-
mùm pecunia ſoluta mercium emptores in-
ueniſſet, ſic ſcribunt Panor. Abb. cap. naui-
ganti præallegato loco vbi, & cæteri conco-
mitantes, quibus aſſecla fuit Didac. Couar.
cap. 3. nume. 6. varia. reſolutio. lib. 2. cum
ſuperiùs traditis conuenire vidẽtur, quæ do-
cuit Doctorum turbam more ſuo enarrãs Io-
ſep. Maſcard. vbi ſupra num. 17. voluit Pyr-
rhus Alfa. in l. 1. C. de edend. nume. 109.
41 quem iamdudũ citauimus. † quartò ad huc
loco reſtringi putant communẽ opinionem,
vt locũ ſibi minimè vendicet, quo ad mer-
catorem, qui ſi venditionis tempore nu-
mos habuiſſet, lucra nonnulla facturus fuiſ-
ſet, etenim ipſimet carius quoque vendere
conceditur, vt ſcribunt Abb. & reliqui in ſę-
peſepius citato cap. nauiganti de vſuris Di-
dac. Couar. vbi ſupra, quem tranſcribit Pyr-
rhus Alfa. loco deducto num. 110. hûc con-
gruere putantur, exempla And. Alcia. con-
ſil. 78. lib. 5. & conſ. 10. lib. 6. Aymo. Sa-
uilia. conſ. 320. Alex. conſ. 80. lib. 3. idem
Aym. conſ. 990. num. 60. lib. 6. ſed aduer-
tendum eſt, rogo, Pyrrhus idem refert do-
ctiſsimum Sotum de iuſt. & iur. lib. 6. ab hac
opinione diſſentiri, eamq; diluit corroborã-
do hac ratione, inquit enim Pyrrhus, quòd
quamuis lucri ceſſantis ratio haberi poſsit, id
42 verum eſt commiſſa mora † cęterùm à prin-
cipio in contractum, abſq; vſurarum nomine
deduci minimè valebit, & allegat, Bal. in l.
rogaſti, §. ſi tibi ff ſi cert. petat. Pet. Anch.
conſ. 150. & alios, vt ibi per eũ, quibus om-
nibus addo Ioſep. Maſcard. fructuoſiſsimo
probationum tracta. conclu. ſuperiùs addu-
cta, num. 24. num. 25. num. 26. & inferiùs,
vbi de ampliatio. Aymo. Sauilia. conſ. 912.
num. 11. & nu. 12. lib. 5. quamplurima ve-
nuſta docuit Tyber. Decia. conſ. 76. nume.
43 6. num. 29. lib. 4. poſtrema † coanguſtatio
eſt. quotieſcunque ſumus in homine alterius
prouinciæ, quòd tunc cariùs vendi poterit
pecunia credita, quam numerata, & ob id
difficilis eſſet exactio, ob miſsionem procu-
ratorum, ac impenſis in exigendo erogãdis,
ſicut reſpondebat Franciſ. Ripenſ. reſponſo
116. num. 4. cui eſt aſſecla Pyrrhus Alfa. lo-
44 co ſupra deducto nu. 112. quam † compro-
bo eo iuris eſtato, nempè valorem rei dici mi
norem, adiuncti oneris ratione, vel malorũ
vitiuorum gratia, atque ratione difficultatis
præcitatæ Andr. Gail. obſeru. 69. num. 20.
lib. 2. practica. obſeru. in exigendo Philip.
Dec. conſ. 167. num. 2. latè Tyber. Decia.
conſ. ſuo 39 nume. 117. Iaſ. in l. 1. §. ſi hæ-
res percepto, nu. 11. ff. ad trebellia. & poſt
eos Aym. Sauilia. conſ. 145. nu. 9 lib. 1. cum
ſimilibus à Iacob. Menoch. citatis conſ. 964.
lib. 10. ac Tyb. Decia. conſ. 15. nu 8. lib. 4.
videndus eſt Aym. idẽ conſ. 471. nu. 3, lib. 3.
45 † illud. quæſtionis eſt quãuis hûc propria nõ
ſit ſedes, venditorem aſſerentem fundum ſe-
minatum fore, qui nihilominus pro parte ſe-
minatus erat, ad intereſſe teneri emptori, ob
falſam affirmationem, ex cõgeſtis per And.
Alciat. celebrem virum conſ. 119. lib. 8. vbi
ponit alia multa, ſatiſq; venuſta, hac ſumpta
occaſione de duobus quæro, quorum potiſsi-
mum non indecorum eſſe videtur, & ſit loco
quæſtio-

46 quæſtionis ſextæ, nunquid † teſtatoris diſpoſitio valeat, ſi alicui legauerit pecuniarum ſummam, & ordinauerit, vt donec illi tali ſoluetur ab hærede, ſingulis annis, certum quid præſtaretur? iucunde lector thema hoc enucleatè tradunt Vlpianus in l. 3. §. vltimo, ff. de annu. legat. vbi Bar. & alij Pet. Anch. conſ. 93. Franc. Aret. conſ. 153. Socc. Sen. conſ. 56. lib. 3. Aymo. Sauilia. conſ. 89. lib. 1. Socc. Iun. conſ. 131. poſt num. 10. lib. 2. ex recentioribus amplè Didac. Couar. cap. 1. num. 9. lib. 3. varia. reſolutio. & Roland. Vallenſ. conſi. 55. num. 21. & inferius lib. 2. vbi alios, & numeroſiores citant, quibus in concomitantem aggrego, And. Alciat. conſil. 8. lib. 1. & ſcripſerat Iaſ. in l. cunctos populos, C. de ſum. Trinita. nume. 29. Horat. Mando. in additamentis ad Ludo. Roma. cōſil. 510. ad verbum cenſetur, vbi poſt multos demonſtrat cum qua ſententia ipſe quieſcat

47 † ex quorum verbis, ac rationibus ſatis patet opinionē hanc concordem* fuiſſe profectò teſtatorem facultatem minimè habere vſuram imponendi, ſicuti in exemplis ab ijs citatis, & quemadmodū in contractibus impermiſſa eſt, pariformiter, & in teſtamentis Hiero. Alba. conſ. ſuo 16. quæ nempè opinio declaratur procedere, quando legatarius poterit relictam ſortem illicò extorquere, ſi libuerit, ſecus ſi illius exactionem dilatat, cā namq; quantitatem hæredi ipſi cenſetur ſub vſuris mutuo dare, tametſi alij non deſierint in aduerſam irruere ſententiā, quos latè deducit Didac. Couar. cap. 1. poſt num. 9. lib. 3. varia. reſolutio. quibus reſpondet, explica quæſo, vt ibi per eum. ſuperius allatis exagero, Aymo. Sauilia. conſ. 912. lib. 5. Iacob. Menoch. conſ. 440. conſ. 441. lib. 5. quibus in locis pulcherrimè, & accedat, Alex. conſil. 27. lib. 4. atq; Aymo. conſ. 693. nu. 18.

48 vbi de crebriori ſententia* lib. 4. † quę ſanè opinio coanguſtari putatur, & primo, vt locum ſibi non vendicet, ſi legatarius quantitatem ſibi legatam petere non valebit, niſi poſt certum tempus, & ob id conſtet interim teſtatorem, quandam penſionem ſolui iuſsiſſe, tunc quidem permiſſum fore putatur, id abſq; vſuraiū labe capeſcere, ex adnotatis à Socc. in l. 2. ff. de his, quę pæn. nom. cū concordātibus. ſecundo loco excipitur quotieſcunq; legatarius ratione iuſti intereſſe damni emergentis, vel ceſſantis lucri quantitatē illam annuam pręcipuam ſibi habere voluerit, ex legato facto, profectò, tunc facile concedendum erit, ſicut aſſerit Didac. Couar. vbi ſupra ſub nu. 9. vſq; ad verſ. eadē profectò ratione, quem tibi contemplandū relinquo.

49 tertiò coanguſtatur † ſententia hæc ſuffragijs cōibus exornata, vt locū ſibi minimè obtineat in ea facti ſpecie, pro qua pulchrè reſpondit, And. Alciat. conſil. 8. lib. 1. vbi ſi teſtator filiæ legauerit bis mille aureos dādos, atq; ſoluendos in bonis, & hæreditate ipſius, & vlterius mādauerit de introitibus interim percipiendis, ex præcitata ſumma, q̄d annuum ſolui, quodquidem validi erit momenti, id quod vltra legatum accipiet filia ipſa, & ratio eſt, quia huiuſmodi legatum minimè ſoluendum venit, ex pecunia, ſed in facultatibus, vt teſtator iuſſerat, meritò potuit prouentus annuos obligare, & non dicetur vſura, ex quò eſt legatum de pecunia, ex facultatibus ſoluenda, vt fuſiùs ibidem per eum multa coaceruantem. & cum grauior ſit And. auctoritas cū ſua ipſe ſentētia quieſco.

50 quarto, & vltimò excipitur † locum non habere quoties legatum fuerit alternatiuum hæredi data electione aureos mille ſoluendi, vel penſionem annuam, etenim tunc eo ventum eſt, legatario facilè concedi extorquere penſionem illam à teſtatore ipſo definitā, vt poſt alios belliſsimè concludit Didac. Couar. loco ſuperius citato circa finem. ſecundum dubium eſt,

51 fac † te mutui cauſſa numeraſſe Sempronio centum, & promiſsiſſe per inſtrumentum ſoluere alia centum creditoribus ipſius, & ob id non appareat te ſoluiſſe, ex qua cauſſa ſi benè ſolueris, pacto tamen appoſito, vt Sempronius ipſe teneatur, quolibet menſe aliquid præſtare, an mutuum nūcupādum, an ne conſtitutum, & an vſurariū? multiloquio omiſſo, & non eundo per ambages, dicendum eſt pactum, id vſurarium fore, nā cum non pateat te, qua ex cauſſa præcitatam ſummam ſoluiſſe creditoribus Sempronij, fatendum erit id egiſſe, ex cauſſa mutui, ex illo iuris effato,

52 † quod vna pars declaratur per aliam, vt per ſcribentes in l. qui filiabus de legat. 1. Aymon. Sauilia. conſil. 445. nume. 9. lib. 3. & poſt alios eleganter Curt. Iun. conſ. 113. nume. 8. & inferius in terminis expreſsis voluit per plura media Io. Cepha. conſ. ſuo 425. nu. 10. lib. 3. cum concomitātibus. Cæterū illud poſtremo loco applicādum eſt, vſurariorum reſpectu ſuper pōdij loco nūquid manifeſtus; & vorax

53 vſurarius † vſuras non exercens, ſi contingat ſuum condere teſtamentum, validi tunc cenſeatur eſſe momenti? & nempè Socc. conſil. 127. lib. 3. poſt princip. re, & fama ſuper æthera notus conſuluit, manifeſtum vſurariū tametſi deſijerit vſuras exercere, ante illarū reſti-

Digitized by Google

restitutionem teſtari minimè poſſe Gregorij Decimi Romani Pontificis conſtitutione in capit. quamquam de vſur. lib. 6. forma non ſeruata, vt ibidem per eum. ad quem te co-
54 nijcio cum quo † herclè conuenit Hyſpa.is Didac. Couar. cap. 3. varia. reſolutio. lib. 3. poſt nu. 9. nono prætermittendum non eſt, inquit ipſe teſtamẽtum factum, canonica ſollemniq; cautione minimè præſtita, nullũ fore, non tantum, ſi ab illo fiat, qui eo tempore manifeſtus vſurarius eſt, verumetiam ab eo, qui manifeſtè feneraticiam exercuerat artẽ, quamuis teſtamẽti temporis improbam dimiſerit negotiationẽ, hæc ille fol. mihi 219.
* vbi de concordi ſcribẽtium * ore teſtatus eſt, & aſſequitur Iul. Clar. §. teſtamentum quęſt. 26. explicando, vt ibi per eum vbi de magis
** communi ** ſed quæro quis dicatur vſura-
55 rius † manifeſtus? & quidẽ illud conſtitutiſſimum eſt quẽ talem minimè cenſeri, vt poſt multos concludit Roland. Vallenſ. conſ. 98. nu. 8. & inferiùs lib. 4. & aſſerens vſurarium manifeſtum, qualitatem illam manifeſti probare debere, ad hoc, vt procedi valeat aduerſus ipſos ratione pęnarum, facit Iaſ. reſponſum conſ. 78. poſt nu. 1. lib. 3. quo loci conſuluit ad probandũ, quẽ manifeſtum vſurariũ duo probari oportere, factum, & qualitatẽ facti, factum eſt ipſe contractus vſurarius, qualitas autem eſt ipſum manifeſtum, ſcribit Io. Cepha. conſ. 402. nu 4. lib. 3. concinit Iacob. Menoc. copioſo trac. de arb. iud. caſ. 235. n. 4. & latè inferius cum concordantibus. cęte-
56 rum † inter complures caſus, qui depromuntur à noſtris ij alieni non ſunt, vt puta ſi ex declaratione Epiſcopi mandatum fuerit, eũ tamquã vſurarium vitari, Iaſ. vbi ſupra nu. 3. vel ſi libros ad prænotãdas negotiorũ rationes paratos tenuerit, vel ex euidentia facti, quemadmodum fuſiùs Doctorum cateruam more ſuo retulit, Ioſep. Maſcar. concl. 1418. per totum lib. 3. de probatio id tacere, adhuc neque, moderatas vſuras in mutuo conuẽto, ac peti, & recipi poſſe ſicuti pluribus venuſtis exemplis demonſtrat And. Gail. obſeru. 5. nu. 17. lib. 2. prac. obſeru.

ARGVMENTVM.

Non alterius nuptã, vbi dũtaxat de concupiſcẽtia, & alijs eueniẽtib' ratione cõtinuati ſermonis. plura lepidiora docuit Hyſp. Didac. Couar. Clemẽt. ſi furioſus, de hom. in initio, §. 2. exorditur, tandem hic locus, ſub nu. 5. verſ. obijcitur tom. 1. fol. 573.

SVMMÆ.

1 *Concupiſcentiam duplicem fore, ex qua omnia oriri mala, & num. 4.*
2 *Vanitas vanitatum eſt vniuerſa mundi huiuſ gloria.*
3 *Occaſionem, et occaſionatũ remouendũ fore.*
5 *Propoſitum in mente retentum nil operari, & eſſe ſicut poſthumum in ventre.*
6 *Luxuriã naſci ex copia, & inerti abundãtia.*
7 *Hominum vitã temporibus noſtris breuiorẽ.*
8 *Pęnitentia medio, peccatorum chirographũ cancellari.*
9 *Dauid, penitentia peracta, poſt mortiferum crimen in dignitate et honore permãſiſſe.*
10 *Gaudia ſęculi huius fluxa, mæmore permiſta, ac dolore finienda.*

RACEMATIO 49.

SVpereſt nunc Domini lectores, vt poſtremum hoc præceptum aggrediamur, in quo paucisſimis agã, temporis anguſtia valdè oppreſſus: adnotẽt, itaq; iuniores ex Glorioſi Thomę pro-
1 nunciatis ſec. ſec. quæſt. 122. art. 6. † concupiſcenciam duplici modo capi valere, vnũ eſſe ex eo, quod eſt voluntatis actus iuxta illud ſapien. concupiſcẽtia ſapientiæ perducit ad perpetuum Regnum, alterum fore ſecundũ, quod actus ſenſualitatis, ex illo effato, & anxioriate Iacob vnde bella, & lites in vobis non ne, ex concupiſcentijs, quæ militant in mẽbris veſtris, per præceptũ igitur huiuſcemodi minimè prohiberi, primũ concupiſcẽtiæ motum, qui cõſiſtit infra ſenſualitatis limites, atqui benè prohibitionem fieri directè cõſenſus volũtatis exiſtẽtis in delectatio-
2 nẽ, vel opus † & exploratiſſimi iuris eſt cõcupiſcentiã cauſsã fore malorum oĩum, quę nõpẽ prohibetur ſiue carnis, ſiue oculorum, ſiue gloriæ mundanę, cuius mũdi gloria vniuerſa eſt vanitas vanitatũ, reſte ad hoc Tyb. Deci. conſ. ſuo 21. lib. 1. & oẽ peccatũ auſpicatur à primis motibus, quemadmodũ enim ventus ab aere excitari fertur, paripaſſu Diabolũ influere in ipſos primos motus, illoſq; inflammare, benẽ concinnatũ eſt, id qđ ſcribitur à dominica veritate in ſua paſſione Sathanas ait expetiuit vos ut cribraret ſicut triticum.
3 remouend. † eſt igĩ occaſio, & occaſionatũ, occaſio nãq; peccati eſt concupiſcẽtia iuxta illud, vnuſquiſq; tẽtatur à concupiſcentia ſua abſtractus à recto tramite, & inclinatus ad malũ deinde concupiſcẽntiã concipit peccatum, peccatũ, poſtmodum cũ conſumatũ fuit gene-

Digitized by Google

generat mortem. qua de re, in oratione Dominica non ſine miniſterio dicitur, ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo, videlicet à Diabolo aduerſario noſtro. facit tex. cap. nam concupiſcentiam, de con-
4 ſtitu. vbi gloſ. verbo oriuntur, dum inquit, † ex hoc generali vitio concupiſcentiæ omnia mala, hoc eſt ſeptem principalia oriri poſſe vitia, vbi Bal. vbi conſiculus Andr. Barba. num. 30. num. 32. cum concordantibus, vt ibi per eos. qui hæc, & alia multa congerũt, & ne dum prohibentur concubitus, & ſic luxurioſi amplexus ex adnotatis à Tybe. Dec. conſ. 33. num. 26. vbi exponit verbum cubare, quod eſt in lecto dormire lib. 4. cum ſimilibus. verum etiam cogitatio, vel propoſitum in mente retentum, vt in ſpecie commemorat Tybe. Decia. crimina. tracta. cap. 28. num. 2. lib. 9. tom. 2. vbi inferiùs quoq;
5 declarat quod aliàs † in iure noſtro floccipẽditur Diocletianus ac Maximianus Cæſares in l. ſi repetendi C. de conditio. ob cauſ. & per illum tex. Iaſ. conſ. ſuo 33. col. 4. verſ. præterea quod iſta fuerit voluntas lib. 3. idẽ conſ. 139. lib. 2. verſ. confirmatur, quo in loco ſubdit, voluntatem clauſam in mente nihil operari in actibus hominum, atq; ideo eſſe quemadmodum in vtero poſthumum, qui ſi non naſcitur nihil eſt. cui addo, Aymo. Sauilia. conſ. 755. num. 3. lib. 5. ac Tyber. Decia. conſ. ſuo 64. poſt nu. 1. & pulchrius idem Io. Cepha. conſ. 144. nume. 5. lib. 1. Philip. Decia. conſ. 362. poſt. num. 1. Pet. Surd. deciſ. 322. num. 85. & iam conſonat illud Exod. atq; Matth. ne concupiſcas vxorem proximi tui. rurſus audiſtis dictum eſſe antiquis, non committes adulterium. at ego dico vobis quicũque aſpexerit mulierem ad concupiſcendum eam, iam adulterium cõmiſit cum ea in corde ſuo. aſſequitur Pet. Foller. in ſua cenſua. prax. Nicolaus Epiſco-
6 pus num. 225. † abſtinendum itaque erit ab iſta concupiſcentia, & alteri ne facias, quod tibi fieri non vis, vt ſcribit Tybe. idem vbi ſupra cap. 10. lib. 2. tom. 1. & præſertim ex copia, & inerti abundantia à quibus luxuria ipſa naſcitur, vt in quadam facti ſpecie ſcribebat Iacob. Menoch. conſ. 107. num. 3. lib. 2. ob quam diuina offenditur Maieſtas, imò Regis ſuperantiſsimi corona per ea, quæ docuit Roland. Vallenſ. conſ. ſuo primo, num. 119. lib. 2. vbi inquit ipſe Roland. qui facit aduerſus coronam geminum perpetratur facinus, alterum contrà coronantem, aliud
7 aduerſus coronatum † ò infęlices, & temporibus noſtris vita breuiores, vt Ioſep. Ma-

ſcard. aſſerit conclu. 411. num 8. de probatio. lib. 1. cecutimus, & tamquam cęci cęcos alios ducimus, & ob id omnes perè in foueam illam cadimus infernalem ex Tyber. Decia conſ. 32. num. 11. lib. 3. monendi, itaque ſumus ne claudicemus, omne enim quod claudicat monſtrum eſt locupleti ad hoc teſte Põponio in l. ſi vina, ff. de pericu. & commod. rei vend. & per illum tex. And. Barba. cap. quæ in eccleſiarum, poſt num. 49. de conſtitutio. cętcrùm id velim obſecro
8 exploratum † habeas, pęnitentiæ medio peccatorum chirographum cancellari, ex pronuntiatis Matth. pęnitentiam agite, appropinquabit enim Regnũ Cęlorum, & in actib. Apoſto. habetur ergò, & gentibus pęnitentiam dedit Deus ad vitam, & Diuus Auguſtinus inquit, vis quod incertum eſt euadere pęnitentiam agedum, ſanus es ſi ſic agis, dico tibi quod ſecurus es. quemadmodum plura venuſta exagerat Iacob. Menoch. cõſ.
9 ſuo 82. num. 88. lib. 1. † quæ pęnitentia tria requirit, vt per Tybe. conſ. ſuo 5. num. 25. lib. 2. pulchrè facit quod legitur de Petro Apoſtolorum Principe, qui Chriſtum abnegauit & exinde reuerſus Apoſtolatum retinuit, ac Dauid pęnitentiam agentem poſt illud mortiferum crimen, ea herclè peracta, in honore, atq; dignitate pmanſiſſe eũ, itaq; qui pro criminibus ſuis dignè pęnitentiam egerit Deo optimo Maximo in priſtinum reſtitui teſtatiſsimum eſt, & perindè haberi, ac ſi nunquam in fata conceſsiſſet, vt in ſpecie commemorat Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 63. num. 25. num. 28. & inferiùs lib. 3. accedat quod humanum ſit peccare, Angelicum emendare, Diabolicum perſeuerare, ex adnotatis à Cæſare Vrſillo ad Matth. Afflic. Neap. deciſ. 36. num. 5. pęnitentiam igitur agamus, & mala omnia citiùs patiamur, quàm conſentire peccato, vt ſcribit Iacob. Menoch. conſ. 300. num. 82. lib. 3. voluit Petrus Surd. deciſ. 158. nume. 8. & maximè quia omnes morimur, & morte nil certius ex Tyber. Decia. conſ. 91. num. 45. lib.
10 5. † & ſubſequenter generosè atq; ſitienter efflagitemus gaudium id æternum, cuius plenitudo vnquam termino diſſoluetur, vt illius amęniſsimi Campi Floribus nectare tanto connexis perfrui valeamus, & non fluxa, ſeculi huius gaudia mętore permixta, ac dolore immenſo finienda. Laus Deo, Diuinoque meo tutelarij Bartholomæo, ac vniuerſæ Cęleſtium cohorti:

ARGV-

ARGVMENTVM.

Examinatur in expenſarum materia potiſſimùm, an pater pro filio facultates maternas habente, repetere valeat expenſas in infirmitate, vel morbo aliquo factas, & tranſeunter de ſepulturæ, medicorum, condemnationum, ſolutionibus, & impenſis, vtrum aduerſus reluctantes repeti poſſint? & de alimentis, an & quando repeti valeant latè, & pulchrè Iacob. Menoch. conſ. 771. num. 11. & nu. 16. lib. 8.

SVMMÆ.

1 *Expenſæ à patre filio infirmo habenti bona materna, an repetendi animo facta cenſeantur? & num. 2.*

3 *Expenſæ, ipſius ſepulturæ, quamuis contra prohibitionem facta, repeti poſſunt.*

4 *Repetere an valeam, ſi pro amico meo ſolui cùm eſſet in vita periculo vetante eo? & quid de medico reluctante infirmum curante? & num. 5.*

6 *Expenſas in infirmitate factas parificari expenſis funeralibus.*

RACEMATIO 50.

Illud me mouet, quod, & acriùs inſpiciendum eſt, & pauci non faciẽdum, ſi expenſæ factæ fuerint † per
1 patrem filio ſuo infirmo habẽti bona materna, vtrum repetendi animo factæ cenſeantur? & quidem vera concluſio eſt, alimentorum expenſas filio factas à matre, vel ab alio aſcendente in deſcendentem, vel à conſanguineo in conſanguineum, non repetendi animo, ſed citiùs donandi eas exiſtimari de Imperatoris Alexandri ſententia in l. alimenta, C. de nego. geſt. vbi Doctores fermè omnes, fuſiùs ſcribit ciuilis iuris delicium Bar. in l. Neſennius. ff. tit. iſto, nihilominùs † ſi factæ fuerint eiuſmodi filio fa-
2 cultates habenti maternas, fatendum erit, repetendi animo eas iudicari, ad hoc citatur Philip. Decia. conſ. ſuo 616. num. 4. vbi in terminis decidere videtur, & ſenſit Ioſep. Maſcard. conclu. 727. num. 12. lib. 2. idem conclu. 716 num. 7. lib. 2. de probatio. & præcognoſcendus eſt Tybe. Decia. conſ. ſuo 110. num. 10. lib. 3. vbi quatuor enarrat caſus, quando mater, vel auia filio, vel nepoti alimenta præſtans, quibus in caſibus præſtare non dicatur pietatis intuitu, qui hũc pro inſertis habeantur minimè tranſcripſi ne papyrum denigrare cenſear, Tybe. idem tangit conſ. 79. num. 7. lib. 2. cum ſimilibus à Iacob. Menoch. conſ. ſuo 641. nu. 27. lib. 7.
3 † Sed fac quæſo, in fata conceſſiſſe filium, atque ideo aliquis patris ipſius familiaris cõtra illius prohibitionẽ ſepulturæ expẽſas pietatis intuitu fecerit, an repetere valeat? & reſpondetur quòd ſic. teſtis eſt Vlpianus in l. at ſi quis, §. idem Labeo ait, ff. de Religio. & ſumpt. fune. & per illum tex. Ludo. Roma. conſ. 428. num. 10. faciunt ea, quæ per bellè tradunt, poſt Bal. Paul. Caſtrenſ. num. 9. & alij in l. vlt. C. de nego. geſt. quòd ſi amicus meus in periculo erat vitam perdendi
4 niſi † pro ipſo ſoluerim, & ob id prohibente eo ſolui, attamen me repetere poſſe haud ambigitur. ad idem ſpectat, & confert quæſtio illa Bar. in l. Stichus num. 1. ff. de pecu. lega. vbi enarrat quendam condemnatum fuiſſe in ſumma aureorum mille, & ſi non ſolueret, quòd ſibi manus, vel pes amputaretur, amicus ſoluit, uetante eo, decidit Bar.
5 non refragante prohibitione id, † quod ſoluit repetere, & de Medico idem quoq; ſtatuendum erit, vt repetere ualeat expenſas ab ægroto, quem inuitum, ac reluctantem curauerat, cum alijs ſimilibus, & concordãtibus à Philip. Decia. citatis conſ. ſuo 691. num. 7. & num. 8. & inferiùs pro Illuſtri Marchione de Peſcara, qui liberauerat Principem de Libreta. huic ſententiæ congruunt Tybe. Decia. conſ. 102. ſub nume. 1. lib. 3. Cæſar Vrſillus in additamentis ad Matth. Afflic. Neap. deciſ. 123. num 2. Socc conſ. 26. lib. 1. Hieron. Cagno. l. inuito, num. 8. de regu. Iur. & in ſimili Andr. Alciat. conſ. 18. num. 6. lib. quod 6. Roland. Vallenſ. conſ. 14 num. 10. lib. 1. Cæſar Vrſillus vbi ſupra annot. 149. num. 7. vbi de quadam pulchra
6 facti ſpecie, † qui Rolãd. nuperrimè effluxus num. 26. & inferiùs ſubdit, eo quoque loci expenſas in infirmitate factas parificari expenſis in funeralibus factis. & quemadmodum funeris impẽſa eſt priuilegiata, vt priùs ex hæreditate deducatur, idem exiſtimandũ erit in expẽſa infirmitatis reſpectu enucleãdo, vt ibi per eũ. cui exagero Franciſ. Mant. tract. de coniect. vltima. volunta. tit. 10. num. 9. lib. 12. cum concomitantibus alijs. a Tyber. Decia. congeſtis conſ. ſuo 2. propè finem lib. 5. And. Alciat. conſ. 139. lib. 9. Io. Cepha. cõſ. 412. n. 25. lib. 3. Pet. Surd. deciſ. 112. deciſ. 255.

R ARGV-

ARGVMENTVM.

Examinatur anxioma illud actionis hypotecariæ, quę in tertij poſſeſſoris gratiam aduerſus creditorem currit, vtrùm ab initio currat, an ne priuſquã principalis rei excuſsio facta fuerit?

SVMMÆ.

1 *Præſcriptio aduerſus hypotecariam actionẽ, quæ in fauorem tertij poſſeſſoris, contra creditorem currit, an ab initio currat, quo quis poſſidere incipit, an ne priuſquam facta fuerit principalis rei excuſſio?*

2 *Gordiani Cæſaris pronuntiatum in l. 1. C. ſi aduerſus creditorem expendi.*

3 *Alexander conſil. 58. lib. 5. errore lapſus, longeq; deceptus.*

4 *Præſcriptionis tempus aduerſus hypotecariã currere, non obſtante, quòd numquam facta fuerit bonorum principalis debitoris excuſſio demonſtratur, ex Doctiſſimorum ferè virorum auctoritate.*

5 *Iacobum Menochium Patauinæ accademiæ ſplendorem.*

RACEMATIO 51.

Celebris, & quotidiana eſt controuerſia, nulluſq; penè dies pręterit, quin in tribunalibus accidat in facto, ideoq; non floccipendenda; imò vberiùs actingẽda, quẽadmodum eminentiſsimum Paulum haud latuit, in l. legaui, ff. de liberatio. lega. cum vulga. an itaq;
1 non † conterendo tempus in multiloquio, qđ valdè abhorrui, præſcriptio aduerſus hypotecariam actionem, quæ in fauorem, gratiãque poſſeſſoris tertij contra creditorem currit, vtrùm inquam, ab initio currat, quo quis poſsidere incipit, an ne priùs quam facta fuerit principalis rei excuſsio, repertuſq; fuerit non ſoluendo? quam nẽpè facti ſpeciem memoriæ prodidêre noſtri, & ſummi viri pleriſque in locis, & præſertim inter recentiores Anto. negu. trac. ſuo de pignorib. 2. memb. 6. part. prin. quæſt. 2. Bald. trac. præſcrip. 4. part. 4. & part. princ. quæſt. 3. paulò inferiùs Aym. Sauilia conſ. 263. lib. 2. Matth. Afflic. Neapol. decif. 139. Alex. conſil. 58. lib. 5. propè finem, quantoq; præſcribatur tẽpore remiſsiuè Modernus Nicol. Moz. trac. ſuo de contrac. ſub tit. de pigno. & hypote.
2 col. ordine 7. nu. 7. fol. 55. † atq; ideò cum ex Cæſaris Gordiani pronuntiato in l. 1. C. ſi ad verb. cred. conſtitutum fuerit, poſſeſſorẽ tertium ad quem res obligata peruenit cum titulo, ac bona fide longo præſcribere tempore aduerſus creditorem, & ſubſequenter hypotecariam actionem dilui, Alex. vbi ſupra audacter dicere auſus fuit, quòd cùm hodiẽ hypotecaria actio contra tertium poſſeſſorem minimè detur, niſi principali debitore excuſſo, non herclè creditori tẽpus id pręſcriptionis curret, niſi poſt eiuſmodi excuſ-
3 ſionem. attamen † tantus vir ſummæ labitur, longeq; deceptus eſt, & frequẽtiori prudentum * conſenſu traditum eſt, quòd licèt hypotecaria aduerſus tertium poſſeſſorẽ non potuiſſet cum effectu exerceri priuſquam eſſet rei principalis excuſsio facta, nihilominus in creditoris facultate erat huiuſcemodi excuſsionem facere, & ſubſequenter hypotecariæ impedimentũ euellere, hac de re, præſcriptionis tempus contrà hypotecariam cucurriſſe nõ refragante quòd numquam facta fuerit bonorum principalis debitoris excuſſio, attẽto, quòd eam creditor ipſe potuiſſet,
4 quandocunq; id facere voluiſſet † ſic egregiè concludunt, Aymo. Sauilia. conſi. 263. ſub nu. 7. vbi ſupra, & Arius Pinellus in autent. niſi tricen. de bon. mater. nume. 48. & inferiùs, vbi cauendum fore ait. ab Afflic. decif. 139. dum illi domini de ſacro Conſilio Neapolitano, aſſequuntur Alex. conſil. 58. loco prælibato, ſic quoque famigeratus ille vir, Socc. Iun. conſ. ſuo 17. poſt nume. 3. lib. 2. quo loci affluenter, & doctè tradit, illuc cu-
5 rioſum conijcimus lectorem † quibus aggrego, Rolan. Vallenſ. conſil. 79. num. 17. lib. 1. Cæſar. Vrſillũ in additamẽtis. ad Matth. loco ſuperiùs allegato, num. 2. Aymon. Sauilia. conſil. 148. nume. 6. lib. 1. atque Patauinæ Accademiæ ſplendorem Iacob. Menoch. conſil. ſuo 361. nu. 27. lib. 4. & an, & quando difficultas excuſet ab excuſsione facienda? Tyber. Decia. reſpondit, conſ. ſuo 37. nu. 45. & inferius lib. 2. & de excuſsione debitorum multa obiter Andr. Gail. obſerua. 27. lib. 2. prac. obſerua.

ARGVMENTVM.

Controuertitur in materia legati pij, vtrùm hæredi ſuperabundans lucrum, vel illius tenuitas attineat, atq; rurſus ſi legati commutatio fiet, an ne in eundem pium vſum pro viribus erogari?

SVM-

SVMMÆ.

1 *Hæredem legati ad pium vſum relicti tenuitatem, vel deficientiam ſupplere non teneri, & nu. 2. vbi coanguſtatur.*

3 *Modeſtini Pronuntiatum in l. legatum ff. de vſufruc. legat. ponderari.*

4 *Lucrum ſuper abundantem, ex legati ad piũ vſum relicti redditibus hæredem haud lucrari.*

5 *Argumentum de diminutione ad augmentũ validi momenti eſſe cenſeri.*

6 *Argumentum idem iudicari, quod de re ipſa principali, ex Paulo.*

RACEMATIO 52.

INter complures iuris interpretum ſententias, & à vero alienæ mihi haud eſſe videtur, ut cum duabus his diſcutiendis difficultatibus cō-
1 grediar, nempè † vbi legatum ad pium aliquem vſum deſtinatum fuerit, atque ideò illius redditus oneri iniũcto ſatis minimè ſint, non ob id caducum effici hæredemq; ipſum minimè grauari poſſe adeò, vt legati ad piũ vſum relicti deficientiam ſupplere teneatur, ſed ad vires redigi debet, ac per ſuperiorem conuocatis hæredibus, in alterum, & pium vſum commutari, ſeu, vt perſæpe fieri aſſolet, in eundem vſum pro legati viribus erogari, & hoc locum ſibi obtinere dicitur coanguſtando, niſi teſtator ipſe ſpeciatim præcepiſſet ad hære lem legatum redire, vbi ob virium deficientiam adimpleri nequeat, profe-
2 ctò tunc † fatendum erit, hæredem id lucrari, alioquin in cauſſæ piæ gratiã ſemper commutatio fiet, quemadmodum non immemores fuere. & ciuilis iuris vexillarius Bar. in l. legatum ff. de vſufruc. legat. & idem in l. liberto, §. Lucius, ff. de annu. legat. & Iaſ. in l. apud Iulianum. §. conſtat num. 19. de legat. 1. & ipſe met in l. ſi fundum, §. Stichum in extremo tit. iſto Panor. Abb. conſi. 27. lib. 1. Canoniſtæ fermè omnes cap. nos, de teſta. & ab alijs paſsim. à qua quidem ſenten-
* tia nemo diſcrepauit * teſte Hiero. Alba. cōſil. vlt. nu. 1. & inferiùs; vt ibi per eum apertè obſeruauit Philip. Dec. conſ. ſuo 506. nu. 5. eo namq; loci Dec. inquit, vt quamuis pecunia ad vnum vſum deputata locum habere poſsit, ac conuerti ex ſuperioris auctoritate in alium vſum, attamen quando teſtator vlteriùs proceſsit diſponendo, quid fieri velit de pecunia illa, commutatio in alium vſũ
3 fieri minimè poteſt, † comprobatur ſententia hęc reſponſis Iureconſultorum Calliſtrati in l. vltima, ff. de ope. pub. Valentis l. legatam, ff. de adminiſtra. rer. ad ciuita. pertinen. & in ſpecie Modeſtini l. legatum, ff. de vſufruc. lega. ponderando eo loci dũ inquit, cum teſtator ſpectaculũ edi voluerit in ciuitate, ſed tale, quod ibi celebrare non licet, iniquum eſſe hãc quantitatem, quam in ſpectaculum defunctus deſtinauerit, lucro hæredum cedere, igitur adhibitis hæredibus, & primatibus Ciuitatis, diſpiciendum eſſe in quam rem cõuerti debeat fideicommiſſum, vt memoria teſtatoris alio, & licito genere celebretur. eccè quomodo diſertiſsimus Modeſtinus nos admonet, eo trahantur Ludou. Roma. conſ. 409. nume. 11. Aymo. Sauilia. conſ. 1. nu. 5. pulchrè Soce. Iun. conſ. 162. num. 29. & inferiùs lib. 2. concinit, & explicat Didac. Couar. cap. tua, poſt num. 6. de teſta. idem cap. 6. poſt nu. 7. lib. varia. reſolutio. 3. cum cō comitãtibus alijs Doctorũq; turbis à Iacob. Menoch. citatis conſil. ſuo
4 969. lib. 10. † quoad ſecundã in ordine hæſitationem, dum quæritur, vtrùm hæres lucrifaciet quod ex legati ad certum vſum relicti redditibus ſuperabundaret, nobiliſsime lector, compertiſsimũ ipſe habeo, non à triuialibus, ſemitarijſq; profeſſoribus, ſed à literarum apicibus, vt ſi legatum ad certum vſum deſtinatum ſuperabundaret, adeò, vt ſuperuacanei eſſent redditus, lucrum id, ad hæredem minimè ſpectare, niſi teſtator ipſe ſpeciatim caueret, quemadmodúm neq; legati illius tenuitatis detrimentum ad hæredem ipſum ſpectaret, cum indoctum vulgus, citare ſoleat tritam eam iuris regulam ſecundum naturam ff. de regu. iur. incommoda eũ ſequi debere, quem inſectantur, & commoda, ſed obiter videto pulchrum And. Alcia. reſponſum 190. lib. 9. & iam validi conſtat
5 eſſe momenti † argumentum de diminutione ad argumentum, & è contrario ex Iaſ. in l. ſerui electione, §. cum fundus num. 11. de lega. 1. atq; ex Doctiſsimo Pomponio ad Sabinum l. ſi ex toto tit. iſto ac concinne ab Vlpiano in l. ius alimentorum. §. vltimò, ff. vbi pup. educ. debe. cum alijs adductis à Hieron. Alba. vbi ſupra nu. 3. & antè eum ſenſerat Bal. in l. ſi quis ad declamandam col. 4. verſ. ſed iuxta, poſt num. 11. C. de Epiſco.
6 & Cler. quod † verum puto illud iuris effatũ legati augmentum, & diminutionem ad legatarium ipſum pertinere, & idcircò de augmento idem iudicari, quod de ipſa re principali, vt nuncupatim docuit Paulus Iuriſprudens l. inter ſocerum, §. cum inter ff. de pac. dotalib.

Digitized by Google

doralib. vberiùs tradit, Roland. Vallenſ. tra-ćta. ſuo de lucr. dot. quæſt. 100. cum con-cordantibus, quos affert. Iacob. Menoch. conſ. 770. nume. 3. & paulo inferiùs lib. 8. Tybe. Decia. conſ. 123. nu. 70. lib. 3. idem conſ. 60. nu. 11. lib. 2. & facit optimè And. Alciat. conſ. 190. lib. 9. Ioan. Cæpha. conſ. 177. num. 25. & paulo poſt lib. 2. adoleſcen tulus igitur duas has non incommodè hæſi-tationes expeditas habet, & de pecunia re-ſidua opere conſtructo, per teſtatorem iniun ćto, num ſit hæredi adiudicanda, videndus eſt, Didac. Couar. cap. 3. de teſta. num. 10. vbi pulchrè diſtinguit.

ARGVMENTVM.

De legato facto legum ſtudenti, vt ad illarū apicem, ac metam prouehatur, quot tem-poris aſsignandū, & doctoratus inſignia aſſumendum quam breuiter, & ſuccincte oſtenditur, & de legiſta laurea decorato, & quis dicatur doctus. multa venuſta Ia-cob. Menoch. conſ. 285. per totum lib. 9.

SVMMÆ.

1 *Legatum ſcholari factum ſingulis annis dum legibus operam nauat, donec ad doctora-tus gradum promoueatur, quam duret? an decennio, num quinquennio? & nu. 2. vbi duo capita conſtituta ſunt.*

3 *Tempus quod præfigatur in iure pontifitio, et iure Cæſareo? demonſtratur.*

4 *Decennij tempus ſaltem ſtudentibus decer-nendum fore in vtroq; iure, & nu. 5. vbi de concordi ſententia.*

6 *Doctorem intelligi, qui verè, & abſolutè ſit doctor, atq; ad ciuilis ſapientiæ conſuma-tionem peruenerit.*

7 *Doctoratus inſignia quæ? & de illius ſubſtan tia, quæ requiri? demonſtrantur.*

RACEMATIO 53.

MAiores noſtri veritatis indagandæ amore incenſi, rem hanc nobis examuſsim diſputant, teſtator re-

1 liquerat † Sempronio ſcholari ſin-gulis annis, puta centum præſtandis, dum ſtuderet, & vſq; quo doctorat' inſigniis de-coraretur, nùm quinquennij, an ne decen-nij tempus aſsignandum erit? nempè Accur ſius noſter in l. 1. §. aduocatos, ff. de var. & extraord. cognitio. ſentire videtur congruū tempus illi aſsignandum quinquennij exiſti-mari, & fuit ex Imperatoris Iuſtiniani mēte §. diſcipuli in proemio pandectarū, cum con cordantibus. atqui multiloquio omiſſo, quod prudentiſsimos ſthomacari aſſolet; vt cum Francíſ. Aret. exordiar, conſ. ſuo 11. quàm

2 breuiter, & ſuccinctiùs fieri valeat † duo ca-pita conſtruamus, quorum primum illud ſit, quòd ſi legatum fuerit, vt ille talis incumbat iuri Cæſarum, atq; ideò prouectus euadat, & tunc ſatis eſſe cenſeri quinquēnij tempus, & in his terminis loquitur §. diſcipuli vbi ſu-pra. Alterum vero caput, vt ſi fortè relin-quatur, vt iuri pontifitio operam nauaret, & ſubſequenter donec ad illius apicem perue-nerit, vel ſimpliciter, & indefinitè, vt efficia-tur iuris prudens, vel ſtudeat legibus, & tūc dicendum putatur aſsignari debere decen-

3 nium, ad quam ſententiam † demonſtrandam primò adduco nobilem gloſſæ auctoritatem cap. cum ex eo in verbo ſeptennium de ele-ctio. lib. 6. quo loci aſſerit ad ſtudendum in iure canonico ſeptennium terminum præfi-xum fuiſſe, in iure autem ciuili quinquennij tēpus, cū qua conuenit Hier. Cagn. in proe-mio vbi ſupra num. 216. cum ſimilibus. Se-

4 cundò principaliter † loco, affertur Salicetus in l. 2. C. vbi de crim. agi oport. poſt Gloſ-ſem. in ſimul cum Bar. in l. petitiones, C. de aduo. diuer. iud. ex quorum pronuntiatis fa cilè datur intelligi ſcholarem intra decen-nium ſibi conſtitutum perfectum fieri poſſe, ideoque ſaltem decennij terminum ſcholari legum à iure decretum eſſe cēſetur, ad hoc, vt in vtroq; iure, iuris interpres creari valeat. facit quia non dicitur actum, quod ſupereſt agendum, ex Imperatore Iuſtiniano in l. cū Sillanianum in extremo C. de his quib. vt in dign. & per illum tex. Socc. Iun. conſil. ſuo 147. num. 28. lib. 2. And. Alciat. conſi. 40.

5 num. 9 lib. 2. tertiò, & vltimò † voluit opi-nionem hanc Ioannes Cepha. conſ. 232. lib. 2. vbi aduertatur, qui latè ſuſtinet, & non indoctè, & in ſpecie nume. 5. explicat illum textum, §. diſcipuli in proemio ſuperiùs ci-tato, & aliam dat explanationem, nume. 7. vt ibi per eum de communi ſententia enar nantem. huc conferunt in ſimili, quæ ſcribit Philip. Dec. conſi. 177. per totum quo qui-dem loco facti ſpecie, de qua ibidem aſſerit, conditionem illā, quod Matth. non iret Nea polim cum Duciſſa Calabriæ concludenter probari debere. alteram verò, vt in legibus ſtuderet tractum ſucceſsiuum habere, atq; ſtudendo perſeuerare tempore debito, adeò vt ad doctoratum perueniatur. & id quod ſtudij

Digitized by Google

ſtudij reſpectu relinquitur ſub tacita conditione relictum exiſtimari, ſi ſtudium perficiat, ſic ita vt ad doctoratus gradum promoueatur, vt ibi per eum & quæ requiratur ætas ad addiſcendum ? tangit Tyber. conſ. 43. num.
6 20. lib. 1. † & lex doctorem præferens intelligitur de eo, qui verè, & abſolutè ſit doctor, & qui ad conſumationem artis, vel ſapientię ciuilis peruenit. ex Bald. in l. penult. ff. de milita. teſta. nonnulla pulchra docuit Socc. conſ. 70. lib. 4. & vt indoctum ait vulgus, nō eiuſdem efficaciæ eſſe ſpem, cuius eſt res ipſa præſens Vlpianus in l. cum ij in initio, ff. de tranſactio. & per illum tex. And. Alciat. conſi. 40. num. 7. vbi num. 6. hanc hypotheſim declarat lib. 2. ac de licentiatorum generibus non ineleganter num. 10. vbi videatur ſi placet, ſuperiùs citatis addo pulchrum Iaſ. caſum conſi. ſuo 149. lib. 4. de quadam donatione facta ſi ſtuduerit legibus, quo loci
7 multa pręclara coaceruat. per tranſennam † adnotent iuniores, tria neceſſariò requiri de ſubſtantia doctoratus, nempè cathedrà, quæ eſt inueſtitura poſſeſsiua, Codicem dictantem virtutem, ac ſcientiæ ſubſtantiam. pileum, qui capiti imponitur ſplendorem pre ſeferentem, ex quò traditum eſt perfectionem omnem in capite eſſe debere, ex adnotatis per Maſcard. conclu. ſua 527. num. 16. lib. 1. de probatio, & quid ſi pater conſtituta certa ſumma annuatim filio debenda pro alimentis in ſtudio augere compellatur ſi ſatis non ſit. Tyber. Dec. copioſè conſil. ſuo 28. lib. 2. & vtrùm requiratur examē adhoc vt quis dicatur doctor approbatus, reſpondit Io. Cepha. conſ. 128. lib. 1.

ARGVMENTVM.

De fideicommiſſorum materia, & ſignanter ſuper illo puncto, an fundus legatus per fideicommiſſum reſtituendus, ſi excreſcat legatario applicetur, augmentum ?

SVMMÆ.

1 *Fideicommiſſorum naturam fauorabilem eſſe citiùs quàm odioſam, ex permultorum auctoritatibus.*

2 *Fundus relictus, & per fideicommiſſum reſtituendus, ſi inter eà alluuione auctus fuerit, actus ita fideicommiſſario debetur.*

3 *Alluuionis ius quando conceſsio aliqua coanguſtata non reperitur, locum habere exiſtimari, ex Florentino.*

4 *Agrorum excreſcentia ob inundationem, vel incrementum aquarum facta, commodo cuius cadat, an habenti dominium vtile, an ne domino directo ?*

5 *Augmentum legati gregis legatarij lucro cedere, vel fideicōmiſſarij, & quomodo intelligatur breuiſſimè oſtenditur.*

6 *Pignus dici, quod illi accedit, quemadmodū de alluuione fertur ex Pauli, & Martiani pronuntiatis.*

7 *Augmentum gabellarum cui pertineat, an emptoribus, an ne communicati ?*

RACEMATIO 54.

VTrumāt complures, & ingenioſiſsimi prudentes fideicommiſſorum naturam fauorabilem eſſe potiùs, quàm odioſam, cuiuſmodi in hac
1 ſtetēre ſententia vexillarius † Bar. in l. ſi cui legetur, §. hoc autem legatum nu. 2. de leg. primo ex trita iuris regula in teſtamentis, de regu. iur. vbi Philip. Dec. & Hiero. Caguo. Pet. Ancha. conſ. 27. poſt nume. 6. Rapha. Cuma. conſ. 52. in extremo, Alex. conſ. 39. num. 3. lib. 1. Socc. conſi. 249. lib. 2. Iaſo. conſil. 203. verſ. non obſtat ſecundo, ſupra nu. 2. lib. ad huc 2. Socc. nep conſ. ſuo 168. nu. 91. lib. 2. Io. Cepha. conſi. 194. nu. 19. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 652. num. 7. Ludo. Gozad. conſ. 83. cum alijs concomitantibus, & ſimilibus à Franciſ. Mant. congeſtis tract. ſuo vberrimo de coniec. vltima, volunta. tit. 1. num. 28. & longe inferiùs lib. 7. vbi more ſuo permultos enarrat. cui addo, aymo. Sauilia. conſil. 878. ad finem lib. 5. & poſt eum Iacob. Menoch. conſ. 530. nu. 39. lib.
2 6. Tyber. Decia. conſ. 1. num. 342. lib. 1. † ſed inter cætera fideicommiſſorum loca ijs potiſsimū inſurgere videtur, an relictus fundus, ſi per fideicommiſſum reſtituendus ſit, atq; interim alluuione augeatur, ſic actus reſtituēdus veniat nec ne ? nobiliſsime lector, reſpondendum fore arbitror, quod ſic. in primis moueor, Pomponij documento in l. ſæpe legatum de legat. 3. eo namq; loci Pomponius tradit, ſæpe legatum pleniùs reſtituitur fideicommiſſario, quàm relictum eſt, veluti ſi alluuione ager actus eſt, vel ēt inſulæ natę. contex. eſt in l. quod in rerum natura, §. ſi quis poſt de legat. 1. vbi Pomponius idem quoq; cenſuit in fundo legato, ſecundo loco,
3 opinio iſta † coadiuuari putatur, Florentini pronuntiato, l. in agris, ff. de acquiren. rer. domin. quo quidem loco habetur, ius alluuionis limitatis in agris locum ſibi minimè obtinere

obtinere, igitur datur clariſsimè intelligi, qd quando conceſsio aliqua non fuit coangustata, tunc quicquid intra fines erit, illius eſt, cuius ſunt fines, ex cumulatis à Bal. ad rub. C. de contrahen. emptio. atq; à Marco Ant. Natta. conſ. ſuo 506. num. 31. lib. 3. attento etiam, quia videmus, in ſimili, quòd omnis vtilitas, quæ de territorio percipitur ad pheudatarium pertinet, quemadmodum in caſu Pauli Caſtrenſ. conſil. 353. lib. 1. cum concordantibus, pari paſſu in hac noſtra contingentia facti. ad idem, & tertio pro exu-
4 berantia, † & incremento ſtabilitur ſententia præcitata Io. Cæphà conſultatione egregia, conſ. ſuo 418. lib. 3. vbi reſpondebat pro Illuſtri Domino Adriano Flãdro, facti ſpecie, de qua ibi, agrorum ex creſcentia per inundationem, vel incrementum aquarum facta citiùs commodo habentis dominium vtile, quàm domini directi commodo cedere, & idem quoque ſtatuendum in illo aucupandi, piſcandiq; ius habente cunctis in locis, vt illud exercere valeat locis in illis, in quibus minimè piſcabatur factæ conceſsionis tempore, quæ ob aquarum incrementum piſcatoria effecta fuêre, & in ſpecie nu. 35. voluit ex Pomponij vbi ſuprà reſponſis, legatum fundum, & per fideicommiſſum reſtituendũ, ſi interim alluuione augeatur, ita auctum reſtituendum fore, vt ibi per eum. quartò, &
5 poſtremò † facit, quia gregis augmentum legatarij lucro cædit Modeſtinus in l. equis, el ſecundo, §. equitio ff. de vſur. Vlpianus in l. grege legato de legat. 1. pari paſſu fideicõmiſſarij lucro debet cædere, poſſe. idq; veriùs eſſe cenſeo. ſi viuo teſtatore, vel poſt teſtatoris obitũ, antè aditam hęreditatẽ incrementum accipiat, vel etiam poſt hæreditatem additam, ſi legatum, vel fideicommiſsũ eſt purum, vt ſentire videtur Franciſ. Mant. loco ſuperiùs citato tit. 10. nume. 40. lib. 7. cum ſimilibus. his quoque adijcimus ex pignoris natura eſſe, vt id quod pignori acce-
6 dit pignus denominetur † quamobrem alluuione mediante quicquid accedit pignoratę rei cædit etiam pignorum obligationi, idq; nobis perſpicuè demonſtrant Martianus in l. ſi fundus ff. de pignorib. ſi fundus Martianus ait, hypoteca datus ſit, deinde alluuione maior factus, totus obligatur. ac doctiſsimus Paulus ad edictum in l. ſi conuenerit §. ſi nuda ff. de pignora. actio. ſi nuda proprietas pignori data ſit. vſufructus, qui poſtea accreuit, pignori cædit. eadem cauſſa eſt alluuionis. hæc Paulus. & per illos contextus ſcribit Nicol. Mozz. tracta. ſuo de contrac. ſub tit. de pigno. & hypote. ad colum. de natu-
7 ralibus pignoris ipſius num. 15. † vbi ad plura alia infert, hûc ſpectant, quæ ſcripſit Philip. Dec. conſ. 4. per totum, quo loci reſpondit, augmẽtum gabellarum pertinere debere ad emptores ipſarum, non autem ad communitates, declarando, vt ibi per eum, & in ſimili conferunt, quæ inſigniter commemorant Tyber. Decia. conſi. 52. num. 53. lib. 1. & conſi. 87. num. 13. lib. 2. & conſ. 123. num. 89. lib. 3. Iacob. Menoch. conſi. 106. num. 188. & conſ. 142. & conſi. 183. lib. 2. & conſ. 201. num. 144. & inferiùs, & num. 150. lib. 3. idem conſ. 606. num. 11. & paulo inferiùs lib. 7. & conſ. 34. num. 15. lib. 1. conſ. 26. num. eodem lib. illo, multa citari poſſent ſed plauſum do, pleraque Pet. Surd. deciſ. 88.

ARGVMENTVM.

De anno, & quotupliciter accipiatur, & de quodam legato facto per illa verba, vnà cum recollectibus anni obitus teſtatoris, quo pacto explicetur, non flocci pendendum herclè thema.

SVMMÆ.

1 *Legatum per ea pronuntiata factum, lego mobilia omnia, vnà cum recollectibus anni obitus teſtatoris ipſius, nùm interpretari debeat ſecundum vulgarem annum, an ne emergentẽ, ſeu anomolũ annum? & n. 5.*

2 *Anno Romano, vel ſolari republicam Romanam, Chriſti Eccleſiam, totumq; orbem, vſos fuiſſe.*

3 *Annus naturalis duodecim menſes habet, atq; exordium capit à Ianuario, vſq; ad alium Ianuarium. & obiter de Neapolitanorum fauſto, ac pompa enarratur.*

4 *Annus legitimus, anomolus, vel emergẽs, & q incipit ab incarnatione Dñi explicatur.*

6 *Dictiones vnà cùm, ſimul, æque, coniunctim, cuius naturæ ſint? declaratur.*

7 *And. Alciat. ſuffragatur huic hypotheſi, cuius doctrina ſummè extollitur.*

RACEMATIO 55.

Nter cõplures vltimarũ volũtatum diſpoſitiones ea, quæ ſe ſe nobis offert, longè nõ abeſſe videtur, & cũ breuiter de illa ſermonem ſim habiturus, meritò paucis agam; quòd ſi ratio poſtula-

poſtulabit pro viribus quæcunque fuerint,
1 tranſplantare † conabor. teſtator namq; legauerat vxori ſuæ cunctas facultates ſuas mobiles in domo exiſtentes mortis tempore, vt frumentum, vinum, oleum, & non diſsimilia his, & poſtmodum ſubiungit ea pronuntiata, quod legatum mobilium intelligatur vnà cũ omnibus recollectibus anni obitus teſtatoris ipſius, difficultas modò exoritur, quo nam pacto interpetretur annus? iucunde lector, pro iunioribus enimuerò præſciendum erit, tametſi varia fuerit apud pleroſque gentes olim annorũ ratio, vt ex noſtris tradidit copioſus And. Tiraquel. §. 1. gloſ. 10. de re-
2 trac. lib. 1. nihilominus † Romanus annus, vel ſolaris dubio procul in cõſideratione habetur, atq; eo vſa eſt, Romanorum reſpublica ab Imperio Iulij Cæſaris, & Chriſti Redemptoris noſtri Eccleſia, totuſq; fermè ad hanc vſq; diem terrarum orbis, qui nempè annus duodecim conſtat menſibus, quemadmodum lippis, & tonſoribus patere videtur, atq; ex 365. diebus illiuſq; initium depromi à calendis Ianuarij, idque expreſsè docuit, Paulus ad Sabinum in l. cũ hæres, §. ſtichus ſi hæredi meo, ff. de ſtatu liber. & per illum textum Hyſpanus is Didac. Couar. cap. 18. poſt num. 1. varia. reſolutio. lib. 4. vbi amplitèr, & ad ſaturitatem. multa pulchra ſcribit, obiter de anno Iacob. Menoch. conſil.
3 839. lib. 9. Vlterius † ſciant iuniores, huiuſmodi annũ multis animaduerti modis profectò naturalis, & eſt ille, qui duodecim habet menſes, & incipit à Ianuario, vſq; ad alium Ianuarium, tamquam ianua, quæ eſt principium domus anni caput denominatũ, & maximè Neapoli, qua tempeſtate per multa fieri aſſolent munera à Marchionibus, Comitibus, ac Ducibus illis compluresq; percipiuntur concinnationes, muſicorum concẽtus iucundiſsimi, alij mictentes ſpiritum in fiſtulas, vt feſtiui exiſtimentur, choreis gaudent, & agunt, pſallunt, concinant, multo perfruuntur cachinno, adeò, vt tecta ipſa lapides, ac mænia lætitia geſtire iudicantur, ad quorum nempè ſuauiſsimum cantum, prout de muſeo Orpheo, atq; Amphione mira quædã prædicat antiquitas, ſaxa, & montes irent, ac flumina ſtarent, vbi ipſe multoties vidi cum non modicis commorarer menſibus dum ſtu-
4 derem. eſt, & alter † annus qui legitimus denominatur, & eſt de menſe Aprilis, vſq; ad alium menſem eiuſdem Aprilis. anomolus, vel emergens quoq; reperitur annus qui dicitur de feſto, in feſtum quemadmodum affluenter explicat Matth. Afflic. ad rub. quo tempo. mil. inueſtitu. Pet. debeat nomie. 5. poſt Archidiaconum cap. ſi propter tuã, de reſcrip. lib. 6. cum concordantibus. alio quoque modo annus, vt indoctum ait vulgus, accipitur, & à Domini incarnatione exorditur. alia etiam via comperitur annus, qui nuncupari conſueuit emergens, & quandocunque incipit, quemadmodum in hac facti ſpecie à teſtatoris obitu, ex Bart. in l. 1. §. annum ff. de itine. act. priuat. atq; Iaſ. in l. de diuiſione num. 7. ſolut. mat. Bal. conſ. 357. in extremo lib. 1. cum concomitantibus alijs. ſed quid de die quot modis conſideretur? plura venuſta ſcribit Iacob. Menoch. conſil. 871.
5 lib. 9. ex ijs igitur † ſic ſuccincte præfixis, reuertor eò, quo diſceſsi, veriuſq; exiſtimo, ea pronuntiata vnà cum recolectibus anni obitus intelligi debere de anno ipſo emergenti, ad quam ſententiam demonſtrandam affertur, & primò quia cum teſtator vinum, frumentum, & his ſimilia, prius reliquiſſet, nihilq; vtilitatis, & commodi reportaret vxori precitatæ, quam quippè interpretationem abhorrent micantiſsimus Africanus in l. ſi quando, de legat. 1. ſummuſq; Pontifex cap. ſi Papa de priuilegijs lib. 6. Alex. conſ. 9. lib. 7. Philip. Dec. conſ. 414. num. 2. Curt. Iun. pulchrè ſcribit conſ. ſuo 85. num. 4. Io. Cepha. conſ. 303. num. 58. lib. 3. Rapha. Fulgo. conſ. 22. num. 3. Aymo. Sauilia. conſil. 84. num. 12. lib. 1. Socc. Iun. conſi. 11. nu. 13. lib. 1. Tyber. Decia. conſ. 113. nu. 12. lib. 3. Roland. Valenſ. conſ. 39. nume. 24. num. 26. lib. 4. meritò itaq; ſubijciendo vnà cum recollectibus, veriſimile minimè fuiſſe teſtatorem ſuperfluè diſponere velle. ſecun-
6 do loco † adducitur medium hoc, nempè dictionem illam, vnà cum, vim copulæ habere perſpicuum eſt, quæ inter diuerſa ponitur ex congeſtis à Bart. & alijs in l. Gallus. §. 1. de libe. & poſthum. de natura ipſius adnotat Io. Cepha. conſ. 365. nume. 7. lib. 3. & de iſtis dictionibus ſimul, coniuntim, & æquè, præcognoſcendi ſunt, Alex. conſ. 32. nu. 2. lib. 7. & idem conſ. 55. nume. 3. lib. 4. Philip. Dec. conſ. 597. num. 9. de dictione, cum cuius naturæ Io. Cepha. conſ. 220. nu. 18. lib. 2. & adnotato ſi placet, Iacobum Menoch. conſ. ſuo 578. lib. 6. quid voluerit in quadm facti ſpecie, & ab alijs paſsim, quos deducere plus laborioſum eſſet ſtudioſis, quàm vtile. qua ex re, datur intelligi per ſuperius allatam clauſulam, vnà cum omnibus recollectibus, teſtatorem ſenſiſſe legatum vini, frumenti, & ſimilium cum legato poſteriori tãquã diuerſa quo fit, vt non debuit poſſe exiſtimare

ſtimare de vulgari anno tertio, & vltimò pre-
7 termiſsis † mendicatis ſuffragijs, probo au-
ctoritate, & non in ſubtili doctrina, eloquen
tiſsimi viri Andr. Alciat. conſ. ſuo 141. per
totum lib. 9. quo quidem loco abundè tan-
git, docteq; reſpondit in terminis terminan-
tibus, & cùm liber iam typis fuerit excuſſus,
non immeritò ipſe quieſco. ſic alibi videmus
in ſimili, legatum à marito vxori factum la-
tè interpetrari Iacob. Menoch. conſil. 329.
nu. 4. lib. 4. & indefinitè factũ ad teſtamen-
ti tempus referri, ſed ſecùs quando fit con-
iunctæ perſonæ, vt idem copioſiùs conſ. 770.
num. 12. & inferiùs lib. 8. & quos contineat
fructus legatum bonorum mobilium decla-
rat Aymo. Sauilia. conſ. 329. lib. 3.

ARGVMENTVM.

De legitima, vtrùm dilatio, & grauamen re-
ijciatur? & an ex patris ſubſtantia debea-
tur? ſpeciatim dubium illud extricatur,
numquid filius grauatus legitimam quoq;
reſtituere, fructus ſaltem legitimæ equiua-
lentes fideicommiſſario reſtituendi ſint?
multa pulchra Iacob. Menoch. conſ. 533.
nu. 9. & poſt num. 15. lib. 6. idem conſil.
686. nu. 26. nũ. 28. lib. 7.

SVMMAE.

1 *Fructus nùm fideicommiſſario reſtituendi, ſi filius ne dum res aliquas, verum etiam legitimam reſtituere grauatus fuerit? diſcutitur.*
2 *Legitimam abſque grauamine vllo, ac dilatione, vel conditione, deberi ex Cæſarum conſtitutionibus, & nu. 6.*
3 *Inducta ad fauorem, & gratiam in odium, ac læſionem retorqueri non debere.*
4 *Legitimam ipſam, ex patrum ſubſtantia excerpi haud herclè ex fructibus, Cæſarum pronuntiato.*
5 *Raphaelis Cumani ſententia conſi. 52. poſt num. 3. reiecta.*

RACEMATIO 56.

QVamuis eloquentiſsimorum virorũ
omnium propè cõſenſu, in eam itũ
ſit opinionem vt exiſtiment, nullũ
iam dictum eſſe, quod priùs dictũ
non fuerit, nihilq; ſub ſole nouum, nihilomi-
nus ſemper pectori meo illud inſedit, vt ad
ingenij exercitium, ac curioſi lectoris com-
placentiam aliquid ſcribere non deſinam, ſi
modò vires ſuppetant, atq; ideo cognoſce-
re, quæ Veteres, & Recẽtiores Prudentes fa
ctitarunt, inter cætera igitur eorũ loca per-
multa, id occurrit, quod, & percommodum
1 eſt, nùm † quando filius grauatus eſt, ne dũ
res aliquas, verùm etiam legitimam reſtitue-
re, fructus quoque fideicommiſſario reſtitui
debeant? Amantiſsimè lector, ſubtilis, ma-
ximæq; auctoritatis Rapha. Cuma. conſ. ſuo
52. poſt num. 3. verſ. ad ſecundum, & infe-
riùs, in hæc reſpondit verba, quæ libuit hùc
tranſplantare, quærit ipſe comenſis, an ſal-
tem fructus legitimæ æquiualentes reſtitui
debeant? & primo aſpectu, reſpondendum
videbatur, fructus minimè reſtituendos, eo
quòd non grauauit de ipſis, ſed de legitima
ipſa, de qua non potuit. attamen, & verius,
& æquius, ipſe cenſuit, fructus ſaltem reſti-
tuendos. conſtat etenim de ipſis patrẽ gra-
uare potuiſſe, ſi igitur grauamen nullius fuit
momenti ſaltem aſtringitur filius grauatus
reſtituere, quicquid vltra legitimam conſe-
quutus eſt cum fructibus, iuribus per eum ci
tatis. & cùm fuerit perſpicaciſsimi ingenij
vir, durum valdè, & inhumanũ eſſet ab opi-
2 nione ſua recedere. atqui pro iunioribus †
animaduertendum puto, ſententiam hanc
periculoſam fore, & non ita facile recipitur,
à quibuſdã recentioribus ex nonnullis cauſ-
ſis, atq; medijs potiſsimùm ea, & inconcuſ-
ſa ratio afferri ſolet, nempè omne grauamẽ,
omniſq; conditio à legitima ipſa reijcitur ex
Cæſaris reſponſo, in l. quoniam in prioribus,
C. de inoff. teſta. & per illum textũ Matth.
Afflic. deciſ. ſua Neap. 38. num. 4. ac Ty-
ber. Decia. conſ. 18. num. 20. lib. 2. & poſt
alios Io. Cepha. conſ. 404. num. 14. & con-
ſil. 429. num. 66. lib. 3. Socc. Iun. conſi. 7.
num. 21. lib. 4. & conſi. 87. nume. 1. lib. 3.
Curt. Iun. conſ. 73. poſt num. 4. Iaſ. conſil.
99. poſt nu. 1. lib. 4. & ab alijs paſsim cum
concordantibus ex Iacob. Menoch. conſil.
ſuo 206. num. 104. lib. 3. quod ad fauorem,
& gratiam filiorum cautum eſt, vt propriæ
illorũ facultates fideicõmiſſo minimè ſubia-
ceant, Papinianus in l. coheredi, §. cum filię
3 de vulga. & pupill. ſubſtitutio. at quod † eo-
rum fauore inductum eſt, haud debet poſſe
in illorum diminutionem, ac leſionem retor
queri, Theodoſius, & Valentinus Imperato-
res, in l. quod fauore, C. de legib. & per il-
lum textum, & cæteros contextus Socc. Iun.
conſ. 73. num. 5. lib. 3. idem conſ. 46. num.
4. lib. 2. & conſ. 51. num. 12. lib 4. Rapha.
Fulgo. conſ. 141. poſt num. 1. & inducta ad
augmen-

Digitized by Google

augmentum, diminutionem operari minimè debent, vt poſt multos ſcripſit Ioan. Cepha. conſ. ſuo 342. nume. 79. lib. 3. cum concomitantibus à Iacob. Menoch. conſ. 768. nu. 12. lib. 8. Altera ratio eſt qua impelluntur recentiores, quòd pater diſponere nequeat, vt filij gradus primi in trebellianicā ſibi fructus imputare debeant, ex Zenonis Imperatoris conſtitutione, in l. iubemus, C. ad trebellia. multò igitur minus in legitimam ipſam, quæ † debetur iure naturæ, ex ſubſtan-
4 tia, non enimuero ex fructibus Cęſaris pronunciato, in l. ſcimus poſt initium, in autent. nouiſsima, C. de inoff. teſta. Matth. Afflic. deciſ. 383. num. 2. Socc. Iun. conſ. 64. nu. 2. & num. 5. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 180. nu. 1. Io. Cepha, conſ. 42. num. 8. lib. 1. idem conſ. 189. num. 11. lib. 2. & poſt alios concomitantes egregiè conſ. ſuo 404. num. 15. lib. 3. Pet. Ancha, conſ. 128. num. 2. adeò, vt compelli nequeat filius pecuniam accipere pro legitima ſua Philip. Corn. ſcribit conſil. 26. num. 8. lib. 3. ſenſit legiſtarum anteſignatus Dux Bart. in l. ſuus quoq; ff. de hæredib. inſtituen. poſt num. 9. aduerſus quam quippè Rapha. Cuma opinionem apertè irruunt, atq; perſtrepunt, Alex. in l. in fideicommiſſariam, num. 6. & inferius ad trebellia. Socc. conſ. 82. nu. 31. lib. 4. Caro. Rui. conſ. 57. nume. 9. lib. 2. Franciſ. Ripen. ad legem in fideicommiſſariam vbi ſupra num.
5 41. quos † aſſequutus eſt Franciſ. Mant. tracta. ſuo locupleti de coniect. vltima. volunt. tit. 10. ſub num. 18. lib. 7. vbi ſubſiſtit Iureconſultorum illorum illuſtrium more, Vlpiani ad edictum in l. ſeruum, quoq; ff. de procurato. & Cælſi in l. ſi me, & Titium, ſi cert. petat. cum concordantibus. cui aggrego, Aymo. Sauilia. ſic pulchrè tenentē conſ. ſuo 586. & in ſpecie poſt num. 6. inquit, Rapha. Cuma. lumina caligare, ipſumq; hallucinari, vt ibidem per eum lib. 4. applicari poſſunt
6 ſuper iis adductis † quæ coaceruauēre inſigniſsimi viri Tyber. Decia. conſ. 86. nu. 64. lib. 3. Aymo. Sauilia. conſ. 974. nume. 10. lib. 5. Tyber. idem conſil. 39. nume. 2. lib. 5. & conſil. 55. num. 26. & conſil. 70. num. 7. lib. 4. Iacob. Menoch. conſil. 272. num. 30. conſil. 277. num. 62. lib. 3. idem conſ. 681. num. 10. lib. 7. & conſil. 411. num. 8. & conſil. 476. lib. 5. cum ſimilibus. ab eodem Iacob. conſil. ſuo 882. lib. 9. per totum. ac And. Gail. obſerua. 133. lib 2. practica. obſeru.

ARGVMENTVM.

In materia ſubſtitutionum, ſignanter ſuper illo puncto, vtrùm compendioſa ſubſtitutio, mātre in medio exiſtente, ſit omni tēpeſtate fideicommiſſaria, adeout à legitima non excludatur? ſcribit Pet. Surd. deciſ. 273.

SVMMÆ.

1 *Subſtitutio compendioſa intra pupillarē ætatem, exiſtente matre in medio, an iure directo valeat, an ne omni tempore ſit fideicommiſſaria? & nu. 7.*
2 *Sententia nonnullorum aduerſus matrem aſſerentium tranſcribitur.*
3 *Iudex procliuior eſſe debet in gratiā matris.*
4 *Sententiam humaniorem eligendam eſſe demonſtratur, ex Papiniani, ac Leonis, & Anthemij Cæſarum reſponſis.*
5 *Iudicem excuſari apud Deum, & homines, ſi eam elegerit ſententiam, quam ſecundum conſcientiam ſuam veram eſſe arbitratur.*
6 *Sententia illa erit aſſequenda, quam frequentiſſimus exercuit ordo, vel vetus conſuetudo comprobauit.*

RACEMATIO 57.

EXploratiſsimum, compertiſsimūq; habeo illud me plurimum determuiſſe, quòd non deſinant plerique auctoritatis minimè incognitæ iuris peritiſsimi in tanta librorum mole hanc, & denſiſsimam facti ſpeciem diſcutere, quā ferè ſuperuacaneam fore putaui, atque ideò illam tranſcribere citius eſſet iuris ciuilis ſtudioſos onerare, ac ad ſyluā vti aiunt, nemoroſam ligna deferre, ſed quamuis ſub clariſſimo Sole vanum ſit mortale lumen afferre, attamen pro iunioribus ſaltē eam ſubtexere, ne forſitā lingua torpeſcat, ſatis erit qua de re, cùm fuerit à totius Italiæ ſcribētibus, famoſiſq; viris longiùs, vberiùſq; diſcuſſa, ipſe pro viribus ingenioli mei, quàm primùm explicare conabor breuiter, & ſuccintè illorum pronunciata perſtringendo, ad quid obſecro fimbrias dilatare, ad quid verba inaniloqua, eumida, ac lapſitantia cupreſsis ſimilia, quæ folia plurima præſeferunt? vt cum Io. Baptiſta: Pio Bononienſi exordiar, in ſuis annotationibus in extremo, incipit habes re-
1 uerendiſsime in materia † nempè ſubſtitu-

tionum excerpunt nōnulli iuris interpretes, in matris gratiam ſubſtitutionem compendioſam intra pupillarem ætatem, ea in medio exiſtēte, iure directo minimè valere, nulliuſque momenti eſſe cenſeri, ſed omni tempore fideicommiſſariam iudicari, vt potè cō muni ſiue ambiguo verbo factam, cuiuſmodi fuêre vexillarius, iuriſque lucerna Bart. in l. Centurio de vulgar. & pupilla. ſubſtitutio. num. 28. ac in l. precibus nu. 16. C. de impube. idem conſ. 241. & non contemnendus quippè vir Signorol. conſ. 107. num. 24. Io. Anan. conſi. 79. ſubtilis Franciſ. Aret. conſ. 155. Ange. conſ. 13. num. 3. Curt. Iun. in l. precibus vbi ſupra poſt nume. 62. vbi cæteri quoq; recentiores in hanc procliuiores extitêre ſententiam, & ita etiam non ſemel iudicatum fuiſſe refert per illos dominos de Sacro Concilio Neap. Matth. Afflic. deciſ. ſua 367. atq; ab alijs paſsim, quos medius fidius laborioſum foret, quàm vtile tranſcribere. & prænotandus eſt Ceſar Vrſillus in additamentis, ad Matth. vbi ſupra num. 2. paulò inferius

2 atquì cæteri † prudentes alterā, & contrariam amplexi fuêre ſententiam compendioſam nempè eiuſmodi ſubſtitutionem matris fauore, haud obliquari, ſcripsêre Iaſ. in ſuperius deducta l. Centurio nume. 49. vbi Franciſ. Ripen. nu. 118. vbi Socc. Iun. 265. Alex. conſ. 12. num. 11. & nume. 16. idem conſ. 17. num. 11. lib. 3. Socc. Iun. conſ. 94. num. 28. & conſ. 134. nume. 37. lib. 1. Roland. Vallenſ. conſ. 69. lib. 1. atq; ideo opinionem hanc contra matrem, vt de iure veriorem, ita, & receptiorem eſſe pulchrè, & notè voluit Marcus Aquilinus in l. Centurio vbi ſupra num. 162. part. 4. fol. 156. ſed

3 nihilominus alij, & iuris periti anteriorem † opinionem, vt potè benigniorem ſummopere comendant, vt ij egregij legum vertices à Franciſ. Burſat. deducti conſ. 8. num. 39. lib. 1. adeout, in ipſis matris gratiam iudicem procliuiorem eſſe debere, quemadmodum ſcripſit Iacob. Menoch. conſ. ſuo 144. lib. 2. & paſsim ab eo pluribus, & quidē vrgentiſsimis rationibus, copioſiſsimiſq; omni penè lepore affluentibus medijs. quæ ſententia prouictoriç incremento, & exuberantia initur, ex quò apud doctiſsimum Papinianum in l. maiorem, ff. de pac. legimus,

4 iudicem eligere debere humaniorem † ſententiam. ſin autem Papinianus ait; vndique in vnam equalitatē concurrāt, humanior eſt ſententia à Prætore eligenda, hoc enim, ex Diui Marci reſcripto colligi poteſt. contextus eſt in l. non ſine, C. de bon. quæ libe. cū concordantibus, quo loci idem animaduerſū reliquêre Cęſares ij Anthemius, & Leo,

5 & quod interpratatio † in benigniorem partem ſit facienda voluit Iacob. Menoch. conſil. ſuo 424. nume. 24. lib. 5. Aymo. conſil. 888. num. 6. lib. 5. idem conſ. ſuo 396. nu. 13. lib. 3. & pro ea parte quæ æquior eſt Tyber. Decia. conſil. 67. poſt nume. 27. lib. 4. Socc. Iun. multa bona dicit conſ. 33. lib. 2. per totum. iudicem in caſu valdè ambiguo excuſari apud Deum, & homines, qui illam opinionem eligit, quam ſecundum ſuam bonam conſcientiam veram fore credit, & nu. 3. ſubiungit, mediam viam eligere debere, quando iura non magis præponderant, pro vna parte quàm pro alia. vlteriùs coadiuuantur præmiſſa, namq; in Regno, & in alijs ferè totius Italiæ tribunalibus ni fallar, paſsim obſeruari videmus opinionem hāc in matris gratiam, & ob id conſequens erit, ſentētiam

6 † eam aſſequendam fore, dubio procul, quam frequentiſsimus exercuit ordo, vetuſq; comprobauit conſuetudo Ludo. Roma. conſ. 61. & conſ. 72. nu. 4. Socc. Sen. conſ. 120. nu. 24. lib. 4. quo fit, vt cuiuslibet etiā loci conſuetudo ſpectanda erit cum deductis, atq; citatis à Franciſ. Mant. tract. de coniect. vltima. volunta. tit. 2. ſupra num 18. & inferius lib. 11. non me latet, ex recentioribus Micha. craſſ. hypotheſim hanc pertractaſſe in ſuo non floccipendendo tracta. de ſucceſſio. ab inteſta. §. ſubſtitutio quæſt. 30. num. 3. dicat. quicquid ipſe velit, Iacob. Menoc.

7 ſuiſq; aſſeclis libenter aſſentior † huic ſententiæ congruunt, quæ latè ſcripsêre Io. Cepha. conſ. 529. num. 116. num. 147. lib. 3. & Iacob. idem conſ. 551. num. 4. & per totum lib. 6. videndus eſt, idem conſ. 362. lib. 4. curioſiùs reſpondit Tyber. Decia. conſil. 53. lib. 4. idem conſil. 82. lib. 3. cum concomitantibus alijs.

ARGVMENTVM.

De legato facto vxori vtrùm ſecundæ, vel poſteriori relictum exiſtimetur? non inutile thema.

SVMMÆ.

1 *Virum, & vxorem vnum corpus, animam vnam cenſeri, iuxta illud, & erunt duo in carne vna.*

2 *Legatū vxori relictū, an primæ, an ne quoq; ſecūda, vel poſterioris reſpectu dilatetur?*

Alium

3 *Actum quemcunq; ad primam vicem cohartandum ex Pomponij Iureconſulti loco.*
4 *Alimentorum legatum alicuius vxori nùm poſteriori relictum iudicetur?*
5 *Sententiarum conciliatio enarratur perquàm breuiter, & nu. 6. vbi Franciſ. Mant. deducitur.*

RACEMATIO 58.

EX celebribus ferè iuris interpretū ſententijs, ea reperta fuit quam nu per quærebam, & ecce mihi obuiā eſt, nùmquid legatum vxori relictū, & primę relictum quoq; cenſeatur, & po
1 ſteriori? & † certè illud iure conſtitutiſsimū eſt, virum atq; vxorem corpus vnum, vnāq; animam exiſtimari, & quicquid vnus vult, alteram etiam idē velle putari iuxta illud Geneſ. pronuntiatū, & erunt duo in carne, vna de quo meminit Nicol. Moz. tracta. de contract. ſub tit. de matrimo. num. 9. fol. 173. adnotant Hyppo. Marſ. in l. 1. §. ad quæſtionem, num. 5. ff. de quæſtio. & conſi. ſuo 20. num. 15. Socc. conſ. 17. nu. 11. lib. 1. Thomas Grammat. deciſ. ſua 73. num. 19. vbi de concordi * ſententia refert. Roland. Vallenſ. conſ. 27. num. 19. lib. 3. quos aſſequitur ex recentioribus Ioſep. Maſcard. conclu. 1420. num. 3. lib. 3. de probatio. cæterum in hac facti ſpecie, duæ, & principes extitē-
2 re ſententiæ, quarum † potiſsima fuit, Bal. in l. vltima num. 7. C. de indic. viduita. tollen. cui aſſentiri viſi ſunt Iaſ. in l. diuortio, §. qđ in anno nu. 20. ſolut. mat. Philip. Dec. cap. quoniam Abbas nu. 16. de off. deleg. Hyſpanus ille Didac. Couar. cap. requiſiſti, num. 3. de teſta. dicebat namq; Bal. relictū dumtaxat primæ vxori deberi, non enimuerò ſecundæ, vt ibi per eum. quæ opinio fundari videtur, ex Vlpiani reſponſo ad Sabinum, in l. ſi quid earum de legat. 3. in extremis penè verbis, dum ait, quæ prioris vxoris cauſſa parata ſunt, ita poſteriori debentur, ſi eis adſignata ſunt, quia non eſt ita de poſteriore
3 vxore cogitatum cum pararentur. † datur itaq; intelligi, vt ſub vxoris enūciato, de prima, haud herclè de poſteriori cogitatū fuiſſe ex vulgatiſsimo Pomponij loco in l. boues, §. hoc ſermone de verbo. ſignifica. vbi actus quicunq; ad primam vicem cohartandus eſt, & per illum textum Hiero. Alba. conſil. 30. poſt num. 3. plura cumulat, & egregia Socc. Iun. conſ. 25. nu. 6. & inferiùs lib. 2. & Iaſ. conſil. 36. lib. 3. cum concordantibus, quos affert Tyber. Decia. conſi. ſuo 10. num. 23.
4 lib. 3. Altera, † & princeps opinio fuit, Alex. conſ. 171. nu. 4. lib. 2. cuius auctoritas maxima eſt precipuè apud Matth. Afflic. vt patet deciſ. ſua 100. vbi Cæſar Vrſillus qui aſſerit, eum fore lucernam, à cuius dictis recedere nefas eſt poſt Philip. Dec. conſ. 62. cū ſimilibus. conſuluit etenim Alex. legatum alimentorum alicuius vxori, non tantum primę verum etiam poſterioris reſpectu extendi debere, aſſeclæ ſunt Socc. conſi. 48. num. 5. lib. 3. Thomas Grammat. deciſ. 102. nu. 114. cum concomitantibus. ſed nihilominus
5 † duo conſtituenda ſunt capita pro conciliādis huiuſmodi aduerſantibus ſententijs, primum caput illud ſit, teſtator ſi habuit teſtamenti facti tempore vxorem, & tunc vendicet ſibi locum opinio Bal. & ſequacium anterior. alterum verò caput, vt ſi teſtator ipſe teſtamēti tempore minimè habuit vxorem, & tunc non tantùm primæ verum etiam, & ſecundæ legatum applicetur, & ſubſequēter ita intelligatur, & locum ſibi obtineat poſterior ſententia, quamuis Alexa. vbi ſupra loquatur in ſpecie. quam nempe diſtinctionē vberius refert Felin. cap. innouamus de treg. & pace, & poſt eum, abundè Paul. a Mont. pic. in l. Titia, §. Titia cū nuberet, de legat. 2. Didac. Couar. loco ſuperius citato, num.
6 3. † & ex recentioribus per quā doctiùs Franciſ. Mant. tracta. ſuo de coniec. vltima. volunta. tit. 15. lib. 8. ſupra nume. 3. ad quem curioſum remittimus lectorē. & præcognoſcendus eſt, Iacob. Menoch. conſ. 97. n. 80. lib. 1. & conſ. 240. nu. 19. lib. 3.

ARGVMENTVM.

De duobus hîc relatu eximijs dubitationibus ſermo habetur. & an quamuis ſententia lata poſt recuſationem ſit nulla, confirmari tamen poſsit per iudicem appellationis? Alex. conſuluit conſ. ſuo 67. lib. 6.

SVMMÆ.

1 *Promittens ſoluturum, quod Titium debere conſtituerit, ſi mortuo Titio illud conſtitit, non tenebitur prommiſſor, quod intelligitur ſi in tempus futurum concepta ſint verba. & num. 2.*
3 *Proceſſum ipſo iure nullum, inualidique momenti demonſtratur ſi iudex recuſatus. non obſtante recuſatione, procedat.*
4 *And. Alcia. de magis communi ſententia teſtatus eſt ſuper hac facti ſpecie.*

Digitized by Google

RACEMATIO 59.

OPortuni ſunt loci illi, ingenioſe lector, de quibus breuia verba ſum facturus, quamuis interſe ſint prorſus alieni, vnus † eſt, ſi quis pro ali-
1 quo pecuniæ ſummam ſe ſoluturum promiſſit, quam Titium putà debere conſtiterit, ſi nempè eam viuo eo vel ſuperſtite, minimè conſtitit, ſed mortuo; eleganter, doctèq; noſtri ſenſêre prommiſſorem illum haud teneri, ſic vnanimi conſenſu ſcribunt in l. à teſtatore de conditio, & demonſtratio. Bart. vbi Ange. vbi Paul. Caſtren. & reliqui, quibus accedit Gerardus ſingu. ſuo 27. quamuis Ludou. Roma. in aduerſam irruerit ſententiam,
2 quæ † ſententia * concors declaratur, vt illi locus ſit, ſi in futurũ tempus fideiuſſoris verba concepta fuerint, aliter ſi in tempus præſens, vel præteritum Paul. Pariſ. tradit conſ. ſuo 121. num. 5. lib. 4. pulchrè Cæſar Vrſillus in additamentis ad Matth. Anno. 146. nu. 2. quos omnes aſſequutus eſt Pyrrus Alfa. in l. 1. num. 20. & inferius C. de edend. fol. 175. quo loci refert maxima ad notationé id dignum fore. cui addo Io. Cepha. conſ. 8. num. 2. lib. 1. And. Alciat. conſ. 5. num. 10. lib. 8. Iacob. Menoch. conſi. 719. num. 4. lib. 8. vbi pulcherrimè idem conſi. 119. num. 9. lib. 2. Socc. Iun. conſ. 47. num. 19. lib. 3. cum concordantibus, & de promittente pro alio ſoluere, an habeat beneficium ordinis latè And. Gail. obſeru. 28. lib. 2. practica. obſerua. alter eſt huiuſmodi, nempè
3 pluſquàm † manifeſtum eſt, iudicem datum, vſq; ad litem conteſtatam recuſari permiſſi, ex conſtitutionibus Cæſareis tùm in l. apertiſsimi, tùm in l. vlt. C. de iudit. quemadmodum ſcribit Pyrrhus Alfa. ad rub. de off. eius cui manda. eſt iuriſd. num. 18. & aliquibus ſuſpitionibus, & quæ in periculoſum eſt, coram iudicibus ſuſpectis litigare Roland. Vallenſ. conſ. 19. lib. 3. Andr. Gail. obſeru. 34. lib. 1. practica. obſerua. at ſpeciatim quæro, ſi iudex recuſatus non refragante recuſatione procedat, an proceſſus, cunctaq; acta nullius putentur eſſe momenti? & nempè frequentiori prudẽtum conſenſu * traditum eſt huiuſmodi proceſſum iure ipſo nullum, irritumq; cenſeri ſic Pet. ancha. vbi alij cap. iudex, de off. delega. lib. 6. ſic Bart. & cæteri crebriùs in l. quia poterat, ff. ad trebellia.
4 ſic † tandem aſſequutus eſt egregius ille vir, & famigeratus iuris interpres, And. Alciat. conſ. ſuo 111. num. 33. lib. 5. quo in loco de magis communi teſtatur ſententia * * ſic etiã de communi inquit Octau. Glorit. qui alios citat in locupletiſsimo eius comme. cap. ſuper literis in gloſ. fin. num. 374. de reſcript. prænotandus eſt Iacob. Menoch. conſ. 865. num. 15. lib. 9. cum concordantibus. ab eodem conſil. ſuo 365. num. 6. num. 7. lib. 4. vbi pulcherrimè. Tyber. Decia. conſil. 26. num. 12. & inferiùs lib. 1. Alex. conſil. 89. lib. 1. idem conſ. 12. num. 6. lib. 6. vbi declarat. latè Philip. Dec. conſ. ſuo 175. commilitones citat Horat. Mandoſius in additamentis ad Ludou. Roma. conſi. 220. verbo moranti, & alibi.

ARGVMENTVM.

Hîc aliqua examinantur circa aquam, quæ ex ſummis ſigillatim dignoſcuntur. & nũ appellatione immobilium veniat aqua?

SVMMAE.

1 *Appellatione rei, vel immobilium vtrũ comprahendatur aqua? & nu. 4.*
2 *Aquam non moueri. neq; humeribus auferri, niſi mediantibus vrceolis, peluibus, & ſimilibus.*
3 *Imperatoris Antonini reſponſum in l. 2. C. de ſeruitu. & aqua animaduertitur.*
5 *Aquæ conceſſio ad certum perticarum numerum taxata, an, & qnando augeatur vltra taxatiuæ naturam, vel pretiј quantitatem? remiſſiuè.*
6 *Ripas deuaſtans, vel turbans aquam ne ad locum fluat ſolitum, an conueniẽdus vbi eſt aqua, an ve eo loci vbi eſt peruentura? remiſſiuè quoque.*

RACEMATIO 60.

NOn diſcors nobis obtulit ſe queſtio, in aquarum materia, quæ tametſi minimè relatu eximia, non ſpecioſa, attamen vſu neceſſaria, ac percõmoda eſt, ideoq; pleniùs aliquantò attingenda ex iureconſulti Pauli reſponſo, in l. legaui, ff. de liberatio. legat. cum vulgaribus.
1 † nũm rei, vel immobilium appellatione cõprahendatur aqua? nobiliſsime lector, ſubſtantialia dumtaxat enarrando, vt cum Roland. Vallenſ. exordiar conſi. ſuo 34. lib. 1. breuiſsimè reſpondeo, contineri ſub eiuſmodi pronuntiatis. & primò nam pluſquam manifeſtum eſt, rem valdè genericum nomen eſſe quemadmodum apertiſsimè docuit Vlpianus

pianus in l. 1. ſi cert. petat. vbi Philip. Dec. nu. 27. & inferius abundè declarat cum multis ſimilibus repetio. 2. igitur conſtitutio aliqua loquens de alienante rem immobilē multo citiùs ea compræhendi deberet. ſecundo
2 loco, ſuadetur † ab immobilibus illam, non alienam exiſtimari, eo quia moueri non valet, atq; humeribus tolli, niſi mediantibus vrceis, vel peluibus, & quibuſuis vaſorum generibus. ideoq; territorio cohærere dicuntur, vel rei immobili, vel alueo, & ſubſequenter inficiari non debet ſub immobilium vocabulo compræhendi, ex Imperatoris Iuſtiniani conſcriptis in autent. de non alien. reb. Eccleſia. vbi Accurſius, & alij in verbo colo
3 num, circa princip. cùm concordantibus. † tertiò demonſtratur iura illam, volentia, cōpræhendi ſub immobilium pronuntiato, ea potiſsimum ratione profectò ipſa vſu caperetur triennio veluti cætera omnia mouētia, & nihilominus longum requiritur tēpus decē annis inter præſentes, & viginti inter abſentes, memoriæ prodidit Imperator Antoninus in l. 2. C. de ſeruitu. & aqua vbi Accurſius ad verbum quæſiſti, dum ſubiungit, quia ſic eſt in immobilibus, Cęſar herclè Antoninus eo loci ſic dicebat, ſi aquam per poſſeſſionem Martialis eo ſciēte duxiſti, ſeruitutū exemplo rerum immobilium tempore quæſiſti. Eccè igitur quomodo, nos admonet An
4 toninus quartò, & poſtremò † accedat, And. Alciat. conſ. ſuo 39. lib. 8. num. 14. & inferius vbi in terminis explicat. & alibi conſil. 17. nu. 3. lib. 6. aſſerit aquam ad prædium irrigandum quandam prædij qualitatem eſſe cenſeri, illiuſq; valorem augentē, vt vtrobiq; per eū. quibus in locis me remicto. cui addo, eccellentiſsimum Tybe. Decia. conſ. 123. lib. 3. nu. 26. vbi inquit, mare, & aquas venire ſub territorij nomine. ſed vtrū aquā poſsidens terram ſub aquis latentem poſsidere cenſeatur? præcognoſcendus eſt Alex. conſ. 57. lib. 7. plura egregia, refert Ioſep. Maſcard. concluſ ſua 1189. num. 32. & nu. 34. lib. 3. de probatio. an deinde quæſitum
5 eſt, † aquæ conceſsio ad certum perticarum numerum taxata, amplietur vltrà taxatiuæ naturam, & quando? an ex prætij quantitate, vel contrahentium mente, atq; naturali equitate? vberrimè tradit clariſsimus iuris interpres, Iaſ. conſ. ſuo 84. lib. 3. per totum. & aqua conceſſa, vel data, alueus, an cenſeatur donatus? & de alueo ſicco, cui pertineat, an proximiori? prænotandus erit, And. Alciat. conſ. 24. & conſ. 26. num. 11. conſ. 69.
6 lib. 5. & an † deualtans ripas ne aqua currat ad locum deſtinatum conueniendus ſit, vbi eſt aqua, an ne vbi peruentura erat? Socc. Iun. tangit, & latè conſ. ſuo 126. n. 26. & paulò inferiùs lib. 3. cū ſimilibus. & nūquid molendina ſint immobilia, vel mobilia? declarat Ioſep. Cumia Conſiculus, ad c. ſi aliquē, Iacob. Siciliæ Regis, in præludijs num. 134. & de aqua in fiſtulam ingreſſa, tangit Petr. Surdus deciſ. 9. nu. 11.

ARGVMENTVM.

De ſeruitutem habente aquam ducendi in aliquo prædio, an extendatur, ſi id dilatatum fuerit, vel aliqua de cauſſa auctum, diſputatur.

SVMMÆ.

1 *Aquæ ſeruitutem habens pro prædio irrigando. nūm illud augere valeat, aut aquam, trahere ad prædia ampliora, & nu. 3. & nu. 4. vbi determinatur.*

2 *Pomponij locum, in l. ſi ſeruitus impoſita, de ſeruit. vrba. prædio expendi.*

3 *Diocletiani, ac Maximiani Cæſarum conſtitutio, in l. nō modus, C. de ſeruit. & aqua.*

6 *Aucto Monacorum numero, per extrinſeca capita, an reditus idem debeatur?*

7 *Laudum quo pronuntiatur habitantes, ac loci illius incolas lignare, & paſturare poſſe in prædio tali, nūm reſtringendum ad habitantes laudi tempore?*

8 *Obligatus alicui ad panem coquendū. eiuſq; familiæ pro certa penſione; aucta familia releuandum fore eum, eſt magis communis opinio.*

RACEMATIO 61.

NEminem iam eſſe arbitror, quem latere poſsit, quin Cęleſti facūdia prędıti maiores, & circumſpectiſſimi viri hanc ipſam pertractauerint facti ſpeciem, quæ nunc oculis ſubijci-
1 tur, nunquid † ſeruitutem habens aquæ, pro prædio irrigando, poſsit illud augmentare aquamuè trahere ad ampliora prædia quā priùs eſſent? primo, vt aiunt aſpectu, reſpondendum videbatur, quòd ſic. & potiſsimum ſuaderi exiſtimatur cap. quia circa de priuileg. quo in loco Cæleſtinus, Romanus Pontifex Tertius ſtatuit, priuilegium cōceſſum Eccleſiæ ſuper Epiſcopalibus decimis retinendis, extendi quoq; ad prædia, poſtmodum

modum adepta, ea ratione, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur, ex multis concomitantibus, & ſimilibus ab Alex. deductis conſil. ſuo 178. lib. 2. ac Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur, de verbo. obligatio.
2 ſecundo loco expenditur † Pomponij locus, in l. ſi ſeruitus impoſita, ff. de ſeruit. vrba. prædio. vbi conſtitutum eſt, vt ſi quis cauerit vicini luminibus minimè officere, cauiſſe intelligitur non tantum pro luminibus præſentibus, verùmetiam futuris, ex quo indefinita equipollet vniuerſali, quemadmodum itaq; ſeruitus illa adhuc procedit dato, quod feneſtrarum luminumq; numerus augeatur, nec in conſideratione habetur numerus, qui impoſitionis tempore erat, paripaſſu, & in
3 caſu iſto. tertiò adducitur, † nam vbicumq; rei augmentum, cui ſeruitus debetur, eſt intrinſecum ſeruitutem ei deberi conſtat, exēplum eſſe videtur, ex Theodoſij, ac Valent. Cæſarum reſponſis, in l. vlt. C. de alluuionib. vt ſi ager domini induſtria impinguatus pleniori egeat aqua, huiuſmodi incrementū dicitur intrinſecum, atq; ideò pro eo ſeruitutem deberi ad augmenti luminum inſtar. facit Alex. conſil. 178. lib. 2. vbi ſi familiam hoſpitari promiſeris, & exindè augeatur, adhuc illam hoſpitari teneris, neq; eam mutari, vel alterari, ex perſonarum augmento, vel diminutione.
4 His nihilominus, † & ſimilibus minimè refragantibus, contrariam amplector ſententiam, nempè aquam haud trahi debere ad ampliora prædia, per duo, & breuia præmonſtrando capita, quorum primū illud ſit, quotieſcunq; augmentum rei cui ſeruitus debetur eſt intrinſecum, & tunc fatendum erit ſeruitutem ei non denegari, cuius quippè anxiomatis exemplum eſſe poterit, vt ſi nobilis promiſſerit pōtem manutenere, qui poſtmodum alius eleuetur ob aquarum profunditatem, nobilis ille adhuc aſtringitur pontem manutenere, etiam cum maioribus expenſis, quandoquidem ampliatio ea maioris altitudinis intrinſeca putatur, cum pontis forma minimè mutetur. alterum caput, quòd ſi augmentū extrinſecū fuerit, vt putà, quia prædia longitudine ampliarentur, vel augerentur, mediantibus terris alijs adiunctis, & tunc quia ſumus in augmento extrinſeco, & non intrinſeco, concludendum eſt intrepidè ſeruitutem aquam ducendi prædijs, ijs am-
5 plioribus denegari debere. † ad quam ſententiam probandam afferri ſolet, & primo Diocletiani, & Maximiani Cæſarum conſtitutio, in l. non modus, C. de ſeruit. & aqua eo namq; loci ſtatuunt ipſi, non modum prędiorum, ſed ſeruitutem aquæ ducendæ terminum facere, vbi Accurſius in verbo modus explicat ſi multiplicata ſint prædia, vel aucta ei, cui ſeruitus debetur, non ob hoc creſcerit ſeruitus aquæ ducendæ, vt ibidem per eum. modus igitur ſeruitutis conſtitutæ, vel ab initio impoſitæ habetur in cōſideratione non herclè ſi prædia fuerint ampliata. ſecū-
6 do loco† corroboratur Innocentij Tertij Pōtificis Summi pronuntiato, in cap. quanto, de cenſib. quo loci reſpondit, Abbati, atque conuētui Belleuillę, eumdem redditum Monaſterio, etiam ſi Monachorum numerus augeatur, minimè deberi ea vrgenti ratione, quia ille Canonicorum numerus per capita auctus erat, & extrinſecus optimè conformē ſe reddere Iaſ. in l. vlt. num. 6. C. de verbo. ſignificatio. vbi ait, ſi piſtor promiſerit alicui panem coquere pro ſe, ac familia ſua, qđ ſi illa augeatur pro numero minimè tenetur quemadmodum ſi facultas conceſſa ſit ligna incidendi aliquo in nemore pro ſe, & familia intelligi debere de præſenti, nempè familia haud pro ea, quæ augebitur, & iam multa ſimilia, atq; his concomitantia congerit idem in l. quominus, ff. de fluminib. nume. 136.
7 num. 139. vſq; ad num. 144. tertiò adhuc † loco, coadiuuantur ſuperius adducta, auctoritate Philip. Corne. conſ. ſuo 293. ad extrema lib. 3. vbi reſpondit, laudum, quo pronuntiatur habitantes, atque loci alicuius incolas lignare, ac paſtorare poſſe in prędio tali, reſtringendum fore ad habitantes laudi tempore, quem refert Aymo. Sauilia. conſi. ſuo 252. ſupra nu. 4. quamuis in ea facti contingentia illum non approbet lib. 2. quartò, & poſtremò fulciri videtur reſponſis, eminētiſsimorum virorum And. Alciat. conſ. 22. num. 7. lib. 1. & Ioan. Cepha. conſil. 273. num. 12. lib. 2. plura de materia congerunt Aym. Sauilia. conſ. 294. lib. 2. Nicol. Boer. deciſ. ſua 213. Iacob. Mandel. conſil. 34. in extremo poſt Iaſ. in l. quominus vbi ſupra,
8 & tamen † magis communis opinio eſt * * vt obligatus ad panem coquendum alicui, illiuſq; familię pro certa penſione, ſi familia creuit, releuandus erit, ſic Philip. Dec. conſil. ſuo 335. nume. 2. cum ſimilibus, non offendunt itaq; in contrarium citata, quibus facillimè reſponderi poterit diſtinguendo de incremento extrinſeco, aut intrinſeco, vt vbertim, & congruenter per Io. Cepha. vbi ſupra per totum. ſcribebant pro magis communi ſententia ſuperius effluxa, Roland. Vallenſ. conſ. 1. num. 167. lib. 2. Hiero. Alba. conſ. 17. num.

Digitized by Google

27. num. 10. Aymo. Sauilia conſil.439. nu. 7. & inferius lib. 3. idem conſ. 626. num. 1. in ſimili tangit de ſeruit. itineris ad domũ, an ad aliam poſteà empta extendatur, vt ibi per eum lib. 4. aliqua ponit Iacob. Menoch. conſ. 652. num. 3. lib. 7. de ſeruit. aquæductus conceſſa, vt intelligatur ex ſolito.

ARGVMENTVM.

De aquarum, aquæ ductuum commoditatibus, & de aqua fundum ingreſſa, an retineri poſsit ne ad inferiora prædia fluat, & alia multa, & quòd ſpectetur conſuetudo in dirimendis illarum litibus Aymo. Sauilia. conſ. 775. nu. 5. lib. 5.

SVMMÆ.

1 *Aquarum curſum immutari non poſſe in vicinorum preiudicium, ex multis demonſtratur.*

2 *Diocletiani, ac Maximiani Cæſarum pronũtiata, in l. ſi manifeſtè, C. de ſeruit. & aqua enarrari.*

3 *Vlpiani, & Sceuole doctiſſimorum virorum Sanciones animaduertuntur.*

4 *Aquæ vtilitatem percipiens is, qui ſuperiora prædia tenet, pati debet, vt inferior per aquæ ductum ipſius commoditatem quoq; habeat.*

5 *Aqua poſtquam alicuius prædium eſt ingreſſa, an efficiatur propria, adeò ut de illa facere liceat domino prædij, quicquid voluerit?*

6 *Aquam naturaliter ſe habere, vt de ſuperiori fluat inferius ex, Vlpiani pronuntiato.*

7 *Sententiarum conciliatio inter ſe aduerſantium, refertur per duo breuiſsima capita, & nume. 8. vbi de Ioſep. Maſcard. laudibus ſummis.*

RACEMATIO 62.

APud ciuilis iuris interpretes, haud indoctè legi aſſolet, quod herclè nauci faciẽdum non eſt, numquid
1 † aquarum curſus immutari valeat in alterius, vel vicinorum detrimentum, ſtãte vſu, ac vetuſtate? vulgaris eſt quæſtio, attamen eam non floccipendo, & quidem inter cæteros contextus, alioſq; concomitãtes mihi applaudit, & 1. l. ſi quis diuturno, ff. ſi ſeruitus vendicet: quo loci, diſertiſsimus Vlpianus ſcribit, ſi quis diuturno vſu, & longa quaſi poſſeſsione ius aquæ ducẽdę nactus ſit, non ei neceſſe eſt docere de iure, quo aqua conſtituta eſt, veluti ex legato, vel alio modo, ſed vtilem habet actionem, vt oſtendat per annos forte tot vſum ſe non vi, non clam, non præcario poſſediſſe, ecce igitur in aquæductibus, & ſimilibus vetuſtatẽ conſiderari, conformis ſe reddit Bal. tit. de pace conſtantiæ in initio poſt nume. 14. vbi aſſerit, antiquas conſuetudines ſeruandas, & poſtmodũ ſubdit, in paſculis, pontibus, aquis, molendinis, & aquarum commoditatibus, vetuſtati
2 ſtandum eſſe. ſecundo loco, citantur † famoſiſsimi Cæſares Diocletianus, ac Maximianus in l. ſi manifeſte, C. de ſeruit. & aqua eo namq; loci ſtatuũt ipſi, vt ſi manifeſtè doceri poſsit, ius aquæ, ex veteri more, atque obſeruatione, per certa loca pro fluentis vtilitatem certis fundis irrigandi, cauſſa exhibere, procurator noſter, nequid contra veterẽ formam, atq; ſolẽnem morẽ innouetur prouidebit. actentò etiam quia in iſtis aquarum ductibus, non tantum aquæ principium inſpicimus, verum etiam loca, vnde decurrit, & alueos, meatuſq; quo tranſit vetuſtiſsimũq, illius curſum, atq; ideò ſecundum eorũ qualitatem de vſu aquæ iudicari, vt docuit Bal. cap. 1. §. ſi quis demanſo, nu. 9. de controuerſ. inueſtit. cum ſimilibus. tertiò adhuc lo
3 co, ſuffragantur † Vlpianus in l. 1. §. vlt. ac Sceuola in l. vlt. ff. de aqua pluuia arcen. dicebat Vlpianus, vt ſi agri lex nõ inueniatur, vetuſtatem, vicem legis obtinere: & exinde ſubiungit, ſanè enim, & in ſeruitutibus hoc idem ſequimur, vt vbi ſeruitus non inuenitur impoſita, qui diu, vſus eſt ſeruitute neque ui, neq; clam, neq; præcario: habuiſſe longa cõſuetudine: velut iure impoſitam ſeruitutem videatur. ecce igitur, quod cõſuetudo longa, quemadmodum iure impoſita ſeruitus eſſe cenſetur. at Sceuola reſpõdit, ſolere eos, qui iuridicundo prẹſunt, tueri aquę ductus, quibus auctoritatem vetuſtas daret, tametſi ius non probaretur. & vtrobique gloſſemmata eſponunt pro decem annis, & per illos contextus Iaſ. clarus doctor conſi. ſuo 84. lib. 3. verſ. 5. commune, & homines, cum concor-
4 dantibus. quartò, & poſtremo † adſtipulatur, Iaſ. idem conſ. 150. per totum lib. 2. & conſ. 32. poſt nu. 3. lib. 1. quo in loco aſſerit, eum qui ſuperiùs percipit aquæ ipſius vtilitatem, pati debere, vt exindè per aliquem aquæ ductum ſequens habeat commodum aquæ, ex quò naturalis cõmoditas nemini auferri debet, vt ibi lac us per eũ. aſſentitur Aym. Sauil. conſ. ſuo 124. nu. 8. lib. 1. facit ea, & trita conſtitu-

conſtitutio Imperatoris Gordiani in l. 1. C. ad leg. Aquil. vbi aqua in qua priuatus ius habet à curſu ſolito diuerti minimè poteſt. de materia genericè hũc ſpectare videtur, quæ ſcribũt Philip. Dec. cõſ. 244. Alex. cõſ. 203. lib. 6. & conſ. 69. lib. 5. & idem conſ. 108. lib. 2. & conſi. 201. circa finem lib. iſto eum ſi-
5 milibus, ſed enimuerò vnum † addendum erit, quod præceteris eſt inſigne, vtrum aqua poſtquam ſit alicuius fundum ingreſſa, eius propria effecta fuerit, atq; ideò de ea facere valeat, quicquid velit, & diuertere quo ei libuerit? & profectò non deſinunt ciuilis ſapientiæ prudentes tũm pro parte negatiua, tũ & pro parte affirmatiua anteſignatus legiſtarum Dux Bart. in l. quominus, quæſt. 12. ff. de fluminib. vbi Iaſ. nu. 88. Nicol. Boer. deciſ. ſua 352. num. 5. Alex. conſ. 108. nu. 2. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 373. Curt. Sen. conſ. 33. num. 2. & Paul. Pariſ. conſi. 112. lib. 1. in eam condeſcendere opinionem, vt putet, illum in cuius fundũ ingreſſa ſit aqua, poſſe illam continere ob ſuam vtilitatẽ, neq; ab ijs, qui inferiora prædia habent prohiberi valere, vt ibi per eos.
6 Atqui in alterã irruêre † ſententiam, Iaſ. idẽ ſuperiùs deductus n. 96. poſt Bar. & alios ac Laurent. Calcane. conſ. ſuo 56. num. 4 & num. 8. lib. 1. cum concomitantibus exiſtimant, namque minimè licere ſuperioribus aquam illam retinere, poſtquam fundum eſt ingreſſa, quominus fluat ad inferiora, cui opinioni adſtipulari cenſetur Iaſ. conſ. 32. poſt num. 3. lib. 1. quo in loco poſt Bal. ait, quòd iſte, qui ſuperiùs percepit vtilitatẽ aquæ pati debet, vt exindè per aliquem aquæ ductũ ſequens commodum aquæ ipſius habeat, ita enim naturaliter ſe habet aqua, vt fluat de ſuperiori ad inferiùs, ex Vlpiani pronuntiato, in l. 1. §. denique ff. de aqua pluuia arcen. & naturalis commoditas nemini auferri debet.
7 ſunt igitur † de diametro, vt aiunt, aduerſantes opiniones, pro quibus conciliandis enarranda veniunt, ſi placet, duo capita, quorũ potiſsimum illud ſit, vt ſi fingamus aquã fore publicam, & alteri quæſitũ non fuerit ius, & tunc locum ſibi obtinere dicatur ſentẽtia iſta poſterior. alterum verò caput ſit id, qđ ſi aqua fuerit priuata, & tunc locum ſibi vendicet anterior opinio receptiſsima, ac frequẽ-
** tiori calculo ** ſubnixa, ſic ſentire videtur Ioſep. Maſcard. concluſ. ſua 123. poſt num.
8 7. lib. 1. de probatio. † cum ſuis ampliationibus, & coanguſtationibus, qui cùm ſit more ſuo fecundiſsimus, ad eum breuiter me conijcio. quibus omnibus de materia aggrego Iacob. Menoch. conſ. 126. num. 125. cum 129. lib. 3. & conſ. 909. num. 14. & ferè per totum lib. 10. vbi plura venuſta coaceruauit. & prænotãdus venit teſaurus deciſ. ſua 245. ac Sigiſmund. Loffred. conſil. 13. Roland. Vallenſ. conſil. 53. num. 26. lib. 2. de aqua ſcaturiente.

ARGVMENTVM.

Dubitatio egregia quãuis paucißimis verbis ſuffulta, in materia pactorum, non alienandi, nùm dominij tranſlationi impedimento ſit, & quando?

SVMMÆ.

1 *Pactum de non alienando in contractu adiectum, an talis momenti, vt dominij tranſlatio implicetur? examinatur, & nu. 3. & nu. 4. vbi de capitibus.*
2 *Clauſula ex nunc, prout ex tunc, cuius efficacia, & circa reſolutiua contractuũ verba remißiuè.*
Dominij tranſlationem inuolui ex ſpecifica bonorum hypotheca, eſt magis communis opinio.
6 *Conuentionẽ prohibitoriã nõ diſtrahendi per infinitiuum conceptam, dominij tranſlationem implicare.*
7 *Pactum non alienandi in contractu prohibitorio, per illa verba ſi alienaueris, vel alienaſſe contingat, detrimentum minimè afferre, cui dominium iam tranſlatũ fuerat.*

RACEMATIO 63.

DEnſiſsimum thema eſt iſtud, quod proponitur, ideoq; vberiùs actingendum, quemadmodum non inſuauiter docuit, Paul. Iuriſprudẽs in l. legaui de liberatio. legat. cum vulgari-
1 bus† an pactum de non alienando in contractu adiectum, talis ſit valoris, & momenti, adeò ut dominij tranſlationem impediat? eſt aliquantulum perplexum, propterea non extra propoſitũ eſſe videtur ſcribẽtes aliquos, & commilitones conuocare. memoriæ igitur prodidêre tùm in l. filius familias, §. diui de legat. 1. tùm, & in l. ſi quis ita promiſſerit. §. ea lege, de verbo. obligat. vbi in ſpecie Iaſ. & Paul. Caſtrenſ. vbi quoq; alij, & veteres, & recentiſsimi prudentes Philip. Dec. conſi. 265. Paul. Pariſ. conſ. 32. num. 115. lib. 1.
2 Alex. conſ. 59. num. 5. lib. 5. † Roland. Vallenſ.

Digitized by Google

lenſ. conſ. 6. nume. 26. lib. 1. & circà verba reſolutiua Iaſ. conſ. ſuo 128. lib. 4. & de clauſula ex nunc, prout ex tunc, cuius efficaciæ Socc. Iun. conſ. 41. num. 6. lib. 3. And. Alciat. conſil. 7. lib. 6. pulchrè Matth. Afflic. cap. 1. de milit. vaſal. num. 139. lib. 2. feudo. cum concordantibus à Tyber. Decian. conſi. 91. nume. 4. lib. 3. à Iacob. Menoch. deductis, conſil. ſuo 443. num. 13. lib. 5. & conſ. 733. num. 5. lib. 8. Cæterùm nonnulla capita diſtinctim adnotanda veniunt pro declaratione caſus propoſiti, vt cum Iacob.
3 Mandel. concinam, conſ. ſuo 3. primũ † eſt, quòd quotieſcunq; in inſtrumento ipſo non comperitur appoſita aliqua ex cautelis, quibus mediantibus dominij translatio impediatur, tunc explorantiſsimum eſt, contrafacientem dominium id transferre, ſic ſubtiliter, & proſperè tenuit Socc. Sen. conſ. 115. num. 13. lib. 4. & aduertatur quæſo, quia reſpondit ipſe reſpectu cuiuſdam Eccleſiæ, & tamen admiſſa minimè fuit or, multo minus inter priuatos, noſque cæteros deplorandos homines, quia ſi de quo magis ergò hæc de quo minus Auten. multo magis, C. de Epiſc. & Cler. & per illum tex. And. Alciat. conſ. 112. nu. 28. lib. 9. Conſiculus And. Barbat. cap. ſignificaſti poſt nume. 22. de foro competenti cum ſim libus.

4 Secundum † caput, conuentionem prohibitoriam de non alienando in contractu dominij translationem minimè impedimento fore, abſolutè, & ſimpliciter factam abſque cautelis illis ſuperiùs citatis, quamuis iureiurando ſubnixa, ex congeſtis à Socc. Sen. conſil. ſuo 61. lib. 3. & ita neminem paciſci valere, ne ſuam alienet rem Io. Cepha. conſ. 326. ad finem lib. 3.

5 Tertium caput, pactum de non † alienando cum generali bonorum hypoteca, tametſi ſpecifica nõ ſit appoſita ad impediendam dominij illius translationem ſatis eſſe. non ſum ego qui loquor, ſed ſic fortunatim voluit Roland. Vallenſ. conſ. 62. num. 35. lib. 2. atquì meus Iaſ. conſ. 211. ante num. 2. lib. 2. aſſerit magis concordem ** ſentẽtiam eſſe, à qua in iudicando recedendum non eſt, vt ſpecifica requiratur hypoteca, ad hoc, vt dominij translatio impediri valeat, & præcognoſcendus eſt, Iacob. Menoc. conſ. 815. nu. 48. nu. 55. nu. 58. lib. 9. vbi de alienatione principis Biſiniani Lucidiſsimi.

6 Quartum caput illud † eſt, vt ſi prohibitoria conuentio de non alienando per infinitiuum concepta fuerit, ex quò dictum ſit, ſi te alienare contingat, & tunc quia infinitiuum ponit rem ipſam in fieri, & minimè in eſſe perfecto, conſequens eſt dominij translationem iure ipſo impediri, & præſertim, attentis reſolutiuis clauſulis, quemadmodum ſcribit Roland. Vallenſ. conſ. 62. nu. 18. lib. 2.

7 Poſtremum caput, † quòd ſi fortè in contractu prohibitorio adiectum fuerit à cõtrahentibus, vt putà ſi alienaueris, vel ſi alienaſſe contingat, eo quippè caſu huiuſmodi pronuntiata ponerent rem in eſſe perfecto, qua ex re, poſt alienationem, dominiumque in alios translatum fieri minimè valeret in illius detrimentum retranslatio, ſic inſigniter, & proſpere admonet Iaſ. conſ. 211. vbi ſupra poſt num. latè inferiùs 2. verſ. idem etiam, tenet Salicetus, Roland. Vallenſ. nuperrimè citatus cum concomitantibus. Cætera ſi non piget, vel quando plus otij forſam erit, ſupplere poterit Curioſus, aut quiſuis oculatior iuris interpres. & faciunt ſuperius adductis congeſta per Tyber. Decia. conſi. 31. num. 165. nu. 169. lib. 1. copioſiùſq; per Iacob. Menoch. conſ. 63. lib. 1. pulchrè Aymo. Sauilia. conſ. 761. lib. 5. nonnuulla docuit Aymo. idẽ conſ. ſuo 668. lib. 4. ſcribit Magon. Flore. deciſ. 47.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſo, an locus ſit quoties pater filium grauat de reſtituendo hæreditatem, ſi ſacris initiatus fuerit.

SVMMAE.

1 *Filius ſub conditione grauatus, vt ſi Præsbiter factus ſit hæreditatem reſtituere debeat, an pro impleta habeatur, ſi abſque filijs deceſſerit? quatuor enarrantur ſententiæ, & num. 2.*

3 *Io. Bolognetti ſentẽtia in l. gallus, §. & quid ſi tantum, de libe. & poſtum.*

4 *Ioannis Marci Aquilini Calabri in commentario præcitati ad huc, §. & quid ſi tantũ nu. 118 part. vlt. opinionem.*

5 *Si de quo magis, ergò de quo minus, validum eſt argumentum.*

6 *Sentẽtia verior trãſcribiẽ ad hypoteſim hãc.*

RACEMATIO 64.

ET re, & fama, ſub æthera notus fortunatus ille Mediolanenſis Philip. Dec. inquam, conſ. ſuo 30. num. 9. quem inſectatur Iacob. Mandel. conſ. 7. num. 28. poſt alios, & prudentiores

ſcribit here'ē ſubſtitutionem inuicem factā inter cōplures ſimpliciter fratres; clericos, monialeſq; comprehendere, quamuis concepta ſub conditione illa, ſi abſque liberis in fata conceſſerint; quæ minimè adaptatur clericis ipſis, & monialibus præcitatis, vt ibi per eos. de qua quidem facti ſpecie, ad ſaturitatem videndus erit Iacob. Menoch. conſ.
1 245. lib. 3. † Ceterùm quæſtionis eſt, & non inelegantis, teſtator filium ſuum grauauit ſub conditione, ſi efficiatur presbiter, vt poſt ſuum obitum alicui hæreditatem reſtituat, ſi filius ipſe quamuis ſacerdos factus minimè ſit, abſq; liberis mortē obierit: vtrùm ex hoc ipſo dicatur conditionem haberi pro impleta? humaniſsimè lector, Iaſ. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum de libe. & poſthum. num. 42. & paulò inferiùs vbi Carol. Rui. & alij moderni Franciſ. Ripenſ. in l. 1. num. 97. de vulga. & pupilla. ſubſtitu. hęſitationem hāc præcognouēre, quorum reſponſis, datur manifeſtè intelligi fideicommiſſo locum non fore, rationibus, de quibus per eos; quas nō tranſplanto, ne diutius immorer, & concinnatus eſt, Iacob. Menoch. conſ ſuo 243. nu.
2 34. lib. 3. † atqui altera, & ſecunda opinio fuit, Alex. conſ. 100. vbi in ſpecie lib. 4 de cuius eccellentia non diſputo, ex quò vberiùs iā patet ex Neap. deciſ. à Matth. Afflic. recollecta 100. vbi quoq; Cęſar Vrſillus ſummè extollit atq; Philip. Dec. conſ. 227. nu. 12. Aymo. Sauilia. conſ. 59. num. 5. lib. 1. Nicol. Boer. deciſ. 354. Tybe. Decia. præceptoris, Pyrrhi Alfa. mei præceptoris cōſ. ſuo 34. num. 26. l. b. 3. & ſenſerat Io. Cepha. conſ. 166. num. 49. lib. 2. cum concordantibus. autumant namq; iſti legum vertices, fideicommiſſo locum eſſe debere.

3 Altera; † & tertia ſentētia eſt Ioannis Bolognet. in comment. præcitati §. & quid ſi tātum, num. 130. quo in loco, duos, & principes videtur tranſcribere caſus, quorum primus eſt, quòd ſi pater nolebat filium effici debere ſacerdotē, & tunc conditionem eiuſmodi retrahendi animo filium à religione adiectum cenſeri. Secundus caſus eſt, vt ſi fortè pater volebat quòd filius ipſe initiatus eſſet, & tunc fatendum eſt, conditionem illam ad fideicommiſſarij gratiam, ac fauorē adiectam, ſed quid in ambiguo tenendum ſit non demonſtrauit Io. Bolognet.

4 Altera † & fortè quarta opinio fuit, Io. Marci Aquilini Calabri præcitato, §. & quid ſi tantum. num. 118. part. vlt. eo quippè loci exiſtimauit, animæ fauore ne à religione filius retrahatur conditionem ſuperiùs deductam reprobandam eſſe. non offendit inquit ipſe Calaber, quod reſpondebat Alex. conſ. ſuo 100. lib 4. filium in huiuſcemodi conditione, non ſpuita, ſed poſt obitum grauari, quandoquidem in conditione illa, ſi ſine liberis filius, ſimiliter non niſi poſt mortē grauatur, & nihilominus ne prohibitus ſit, & inter uiuos, & poſt mortē de facultatibus illis diſponere, & ita ne ob id valeat ſe à religione retrahere turpis conditio ea exiſtimatur, eam ob rem; reijcienda, venit. quæ nempè ratio ſubiungit ipſe, multo magis, & in conditione huiuſmodi, ſi ſacerdos efficeretur militare putatur, ex quò ne prohibitus ſit tùm inter viuos, tùm poſt mortem arbitrio ſuo diſponere, quod à religione ſe retrahere valeret, & edepol contra bonos mores eſt, quapropter confutandam eſſe conditionem talē
5 † & ſi de quo magis ergò hæc de quo minus Andr. Alcia. conſ. 112. num 28. lib. 9. conſiculus And. Barbat. cap. ſignificaſti poſt num 22 de for. competen cum concomitantibus alijs ex Cęſaris reſponſo in auctent. ſed & hoc præſenti, de Sanctiſſ. Epiſco. quæ ſententia coadiuuatur ex adnotatis à Roland. Vallenſ. conſ. 35. poſt num. 20. & num. 25. lib. 3. quibus in locis aſſerit, conditionē carnalis matrimonij impeditiuā ſaltem per indirectum reijci, ad effectum, vt purè conſequi poſsit omne id quod relictum eſt teſtatoris voluntate minimè refragante, vndè ſi reijcitur conditio, ob quamuis à carnali matrimonio retrahitur, à fortiori confutari debet quando à contemplatiua vita quis religionis retrahitur: pro hoc ſcribunt fortunatim Canoniſtæ ferè omnes cap. in præſentia, de probatio. cum concordantibus ab And. Alcia. conſ. 53. num. 3. lib. 9. deductis vbi perbellè explicat.

6 Quid igitur † In hac controuerſia reſpondendum? ipſe opinor recedendum non fore ab illa ſecunda ſententia tamquam veriori * magiſq; amica noſtris patribus, quemadmodum eam ſic nuncupauit Franciſ. Mant. ſuo fructuoſiſsimo tractatu de coniec. vltim. volunta. tit. 16. num. 9. lib. 15. vbi alios citat, nempè patrem filium grauantem ſub conditione, ſi ſacerdos efficiatur poſt obitum hæreditatem reſtituas alicui eam pro impleta haberi, ſi filius abſq; filijs in fata cōceſſerit, quamuis presbiter factus minimè ſit, & cum tot ſit ſubfulta grauioribus viris, facillimè quiſpiam in eam irruit, quibus addo in affectam Didac. Couar. cap. 19. num. 11. varia. reſolutio. lib. 1. vbi ait conditionem iſtam minimè adſcribi, vt à religione quis auertatur,

ſed

Digitized by Google

ſed in familiæ fauorem, ne bona illa extra familiam alienentur, vt ibi per eum Alex. allegantem conſ. 100. vbi ſupra ſi tibi otium erit, videre poteris ſcribit Iaſ. conſ. 66. verſ. quarto alibi mirabiliter cōſuluit, lib. 3. Tyb. Decia. conſ. 1. num. 91. lib. 1.

ARGVMENTVM.

De domo combuſta operariorum culpa, an teneātur ipſi, vel conductores, & quo pacto, dubitatio non proſternenda à iunioribus.

SVMMÆ.

1 *Conductor palatij, an teneatur locatori damnum reſarcire, ſi fuerit exuſtum, ex quo mulier quę adaptabat cannabum idq; poſuerat in furnum vbi accidentaliter euenit ignis? & num. 2.*

3 *Dominum teneri, tunc ex famulorum delictis ſi perpetrauerint ea in illo miniſterio deputati, vel cùm illorum opera vteretur.*

4 *Conductorem domus minimè aſtringi, ſi fuerit exuſta ab aliqua muliere, quæ non erat electa, neque ad aliquod munus deputata*

5 *Pro hac facti ſpecie citatur Io. Cępha. conſilium ad quod, & alia occurrit auctor, et quomodo.*

RACEMATIO 65.

SVperātiſsimi Dei mundi huius opificis inuocato ſubſidio, quem herclè Dauid minimè latuit ſummo è cęlo ſicut pluuiam in vellus deſcendiſſe, noſtris in his regionibus, vt in pſalmo 71. quo me remitto. aggredior eam facti ſpeciem, quæ aſsiduè in ſermonem incidit quo-
1 tidianum † fac obſecro Sempronium aliquā, & ſublimem conduxiſse domum, vel palatiū ingens, atq; vt à patribus familias non facienim, perſæpe fieri aſsolet, multa in domo ipſa exercitia, pluresq; operationes ad vitam hanc noſtram non incommodè gubernandā & inter cętera, mulierem eo in loco ad ſe vocaſse peritam in aptādo, vel operando cannaba, vel lina, vt indoctum ait vulgus, quæ nempè mulier in ea arte minimè conſueuerat delinquere, quemadmodum videmus frequentiſsimè domi vniuſcuinſque mulieres ipſas tùm lepidulas, tùm etiam ſeniores non nullas ipſarum agitare nonnullas ſeſcitare, aliquas lanam facere, nonnullas interim cantilare, & dum Sempronius ipſe conductor vteretur mulieris illius opera, vel exercitatione, tamquam perita, & perſpicax in operando, vel adaptando cannabum id, ſuperius citata mulier, vt vberiùs, ac dexteriùs valeret illud operari eximere, vel detrahere, id quippè poſuit in quodam furno non vt incendium perpetraret, ſed ad bonū, melioremq; finem, & eccè fortè fortuna accidentaliter, vel ex vi uentorum ignem ingreſſum, & ob id conductam domum exuſtā
2 fuiſſe † dubitationis eſt, nùm reficere teneatur detrimentum omne, quod locator Virgineus putà ob incendiū paſſus fuerit? hic quęſtionis neruus, palā ferè nobiliſsime lector, ab ingenti iuris interpretum caterua tāgi videtur, atqui nos paucis rem ipſam agamus, & abſoluamus, & pauliſper ex eis enarrare contenti erimus. & nempè ſcribunt Alphènus, in l. ſi vendita, ff. de periculo, & commo. rei vendit. & Domini de Sacro Conſilio Neapolit. ex recollectis à Matth. Afflic. deciſ. ſua Neap. 57. vbi abundè multa pulchra ponit Cęſar Vrſillus in additamento ad eos, cū multis ſimilibus. Thomas Grammat. deciſ. 3. per totum. Roland. Vallenſ. conſ. 95. lib. 2. Hyſpanus is Didac. Couar. epito. par. 2. cap. 6. num. 14. 5. 8. lib. 4. decretal. Tyber. Decia. conſ. 29. num. 15. lib. 1. & conſ. 14. num. 33. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 358. nu. 38. lib. 4. vbi de materia non nulla ſimilia Io. Cępha. cōſ. ſuo 362. lib. 3. & recēter Ioſeph. Maſcar. conclu. 892. lib. 2. de probatio. quibus quidē locis, infinitos citant ſcribentes, cęterùm
3 hac † in re, duos, & principes tranſcribendos eſſe caſus exiſtimaui, quorū potiſsimus eſt is, quòd ſi fortè conductor, vel dominus mulierem hāc deputauit ad aliquod munus, aut miniſterium quodpiam, & tunc dicendū erit, eum aſtringi, ſi delinqueret eo in miniſterio, in quo dominus illius opera vteretur, ex traditis à Bar. in l. ne quid, ff. de incend. rui. & naufrag. Roland. Vallenſ. vbi ſuprà num. 11. & inferiùs inſimul cum congeſtis à Maſcard. loco ſuperius deducto num. 7. cum concordantibus.

4 Secundus † caſus eſt, vt ſi mulier electa non fuerit, aut deputata ad officium aliquod putà coquinariæ arti, vel huic haud diſsimiliter, vel ſi familiaris, cui fuerit ſtabulorum cura minimè commiſſa, quemadmodum hoc in caſu, vbi ipſa fuerat tantummodo vocata aptandi gratia cannabum, & ſic vt operaria, & tunc facillimè concludendum eſt, neq; ipſam, neq; etiam Sempronium, locatori antedicto ad aliquid teneri, argumēt. eorum quę ſcribit Ioſeph. Maſcard. conclu. ſuperiùs ci-

Digitized by Google

tata num. 10. & num. 11. & in claris terminis
5 eleganter reſpondit † Io. Cępha. vbi ſupra num. 19. vſque ad finem vbi pulchrè, ad quē ſemper occurro, ſenium inſtar, quibus propter ętatem hebeſcentibus ocularia affigunt ſpecilla, quæ viſui opitulantur, profectò cum quid inſpectare auent, inſertant ea quaſi forfici naſum, & cum ſatis inſpectarunt intheca recondunt, quod nempè conſilium non comperi periculo forſitan à Maſcardo citatum, vt quiſpiam, ingenioſus haud difficulter intueri valebit. at locupletiùs, ſerioſiuſq; habes per Iacob. Menoch. conſ. 53. per totum lib. 1. atque per Hieron. Magon. deciſ. 111. lib. 1. & ſpeciatim And. Gail. obſeru. 21. lib. 2. pract. obſeru. idem obſerua. 22. vbi an vicinus de incēdio teneatur vicino Ioac. Mynſ. obſeru. 88. centu. 6. ſingu. obſeru.

ARGVMENTVM.

Crebra hûc inſeritur quæſtio de remiſsione facta ab offenſo in penitentiali foro quando proſit quò ad forum contentioſum per aliquas, & non vulgares diſtinctiones. pulchrum ſcripſit caſum Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 721. lib. 4.

SVMMÆ.

1 *Verba Eugenij Papę cap. ſi Sacerdos, de off. ordina. breuiter enarrari, atq; tranſcribi.*
2 *Remiſſa iniuria coràm ſacerdote ab offenſo, vel vulnerato vtrùm in foro iudiciali amplius agatur? examinatur. & num. 3. & nume. 4.*
5 *Remiſſionem in pęnitentiali foro ſatis non eſſe, quin agi valeat in foro iudiciali, niſi ſubſequuta ſit iniuriæ ſatisfactio, & nu, 6. vbi de communiori, & num. 7. vbi de conſona adhuc ſententia.*
8 *Gelaſii pronuntiata, cap. illic, 23. quæſt. 4. ponderari tribus in locis.*
9 *Remiſſionem plenè factam ad contentioſum foro quoque protelari.*
10 *Scripturis duabus exiſtētibus pleniorem tāquam potiorem in conſideratione haberi, ac funiculum dupplicem fortiùs ligare.*

RACEMATIO 66.

PLuſquàm manifeſtum eſt, ſacerdotem in actu confeſsionis vices puri Dei mundi huius opificis gerere ex Papa Eugenio cap. ſi Sacerdos, de
1 off. ordina. dum † dicebat, ſi ſacerdos ſciat pro certo aliquem eſſe reum alicuius criminis: vel confeſſus fuerit, & emendare noluerit: niſi iudiciario ordine quis probare poſſit: non debet eum arguere nominatim, ſed indeterminatè: ſicut dixit Chriſtus: vnus veſtrū me traditurus eſt, & quę ſequūtur in textu; atq; ideò ex hoc amplior eſſe cenſetur ipſo Romano Pontifice, minimeq; aſtringi valere ab eo, vt explicet peccata, quæ habuit in actu confeſsionis, quemadmodū pinguiori cornu reſpondet, Auguſt. Bero. quæſt. 12. cum concordantibus. at non inſuauis eſt quæ
2 ſtio, nùm † remiſsio iniuriæ coram ſacerdote facta tamquam publica perſona, quæ abſenti adipiſci poterit talis cenſenda ſit valoris, vt ſatis ſit etiam quò ad contentioſum iudicium? & nempè eminentiſsimus Bal. cap. iniuria punitur, num. 7. de pac. iuramen. forman. lib. 3. fęudo. quatuor ſanxit principes caſus, quorum primus eſt, vt ſi remiſsio iniuriæ in foro pęnitentiali plena fuerit, & tunc conſtitutiſsimum eſt, agi non poſſe in foro iudiciali, ex quò per ſacerdotem, vtpotè publicam perſonam abſenti acquiri valuit, & iam dij ſacerdotes eſſe putantur, ex coaceruatis à Roland. Vallēſ. conſ. ſuo 12. num. 15.
3 lib. 4. Secundus † caſus, quòd ſi fortè ab offenſo conſtiterit ſolùm remiſſum fuiſſe rancorem, & tunc explorati iuris eſt, agi rectè poſſe iniuriarum actione in foro contētioſo. Tertius caſus eſt, vt ſi dubitari contingat, & tunc quoque idem cenſendum eſt, quandoquidem minimè præſumitur ille talis iniuriarum æſtimationem donare, ſed animi maliuolentiam dimictere, & ſic teneri maliuolētiam remictere, ſed non actione. hæc Bal. vbi
4 paulò poſt † diſtinguit, & ſit poſtremus caſus, quòd quādo tractatur de remiſsione iſta, debet in conſideratione haberi perſonarum qualitas, putà quia qui remiſsionem facit coràm presbitero, & ſua confitetur peccata, eſt perfectus, & probus homo, eo quippè caſu præſumitur huiuſcemodi offenſum ſeruare velle Euangelium Dominiq; Redemptoris noſtri orationem, & dimitte nobis debita, & quę ſequuntur. eo loci vberiùs ſcribit Matth. Afflic. nu. 108. latè inferiùs quamplures nōnullorum canoniſtarum ſententias adnectendo. ſcribit Ioſeph. Maſcard. conclu. 1262. num. 14. de proba. lib. 3. & remittens iniuriam, minimè cenſetur dāna, & intereſſe remiſiſſe. And. Gail. cap. 14. num. 7. de Arect. imper. Ioac. Mynſ. obſerua. 10. cent. 4. ſingu. obſerua.
5 Sed vt paucis † rem ipſam abſoluamus, enixi fuēre noſtri probatiſsimi viri, vt proniores

niores ſint, ad tenendum remiſsionem, quæ in foro pœnitentiali fit coram ſacerdote, ſatis non eſſe ad remittēdam iniuriarum actionē inforo contentioſo, ne ſubſequuta fuerit iniuriæ ſatisfactio ipſi offenſo, vel vulnerato, quamuis remittentis reſpectu, dimiſſus, atq; reiectus eſſe exiſtimatur omnis rancor, ac tumor ex iniuria procedens, & inter cętera, conuocatur anteſignatus legiſtarum Dux, Bar. in l. non ſolum, §. 1. ff. de iniur. quo loci ait, offenſum minimè videri iniuriam remittere in foro pœnitentiali, neque remiſſam cēſeri ob confeſsionē niſi ille qui iniuriam fecit remiſsionem petat iniuriæ ab offenſo, offenſus namq; minimè aſtringitur remittere etiam in foro pœnitentiali, & Bar. aſſequutus fuit Matth. Afflic. cap. iniuria punitur, poſt num. 111. loco ſuperius deducto, cum concomitantibus.

6 Secundo † loco citatur, Ange. Aret. §. hęc actio inſtitu. tit. de actionib. nu. 4. vbi Ange. quærit, an iniuria confeſsione tollatur adeò, vt ad intereſſe agi non valeat? & reſpondet minimè ex quo rancor dūtaxat remiſſus eſt non herclè intereſſe quia id quis minimè cogitur remittere, niſi petenti, vt ibi per eum, vbi de communi, & de concordiori, & frequentiori ** Io. Igne. in l. 1. §. diuus, ff. ad ſillania. poſt num. 29. fol. mihi 165.

7 Ad idem, & tertiò † ſuffragantur, Alex. in l. ſi tibi decem, §. quædam num. 1. vbi Iaſ. nu. 2. ff. de pact. Hyſpanus is Didac. Couar. cap. 10. ſub num. 6. varia. reſolutio. lib. 2. & poſt eos, & cęteros cōcomitantes Iul. Clar. §. vlt. crimina. pract. quæſt. 58. verſ ſed in propoſito quęro, quid ſi facta ſit remiſsio, vbi non cēſetur ſublatum accuſandi ius ob remiſsionē iniuriæ factam, vel offenſam in foro conſcientiæ. eſtque ſententia conſona communibus vocibus, ſuffragijſq; ſuffulta.

8 Ad idem quartò, & vltimò † fulcitur ſententia hæc auctoritate Gelaſij cap. illic 23. quæſt. 4. ponderando dum Gelaſius inquit, vtriſq; præſentibus conſtiterit, & ſatisfeciſſe Stephanum, & ſic peccatum iniuriæ illatæ dimiſſum dici nequit, neque præcluſam vltionis viam, ni primum apparuerit iniuriam in iuriantis conſpectu eſſe, & vlterius ſatisfactionem proceſsiſse, ex quo dicebat ſatisfeciſse Stephanum, & demum requiri, vt ſupplicatio detur, ex illis pronuntiatis Gelaſij, dum ait, & ſupplicatione ſuſcepta, ſit per illum tex. & alios contextus, copioſè ſcripſit Io. Igne. vbi ſupra nu. 33. & pulchrè inferius ex recentioribus docuit Tybe. Decia. tracta. crimina. cap. 15. num. 12. lib. 2. tom. 1.

9 † Sed aduertendum eſt, communem opinionem, quam præcitauimus locum ſibi obtinere in caſu ambiguo, vt patet ex ſuperius congeſtis, & voluit Iaſ. in l. ſi tibi, §. 1. poſt num. 3. ff. de pact. vbi diſtinguit circa materiam hanc. verum enimuerò iniuriarum remiſsio quamuis ſacerdoti facta ſimpliciter non operetur in contentioſo foro, attamen ſi eſt facta plena remiſsio eiuſmodi, tunc ad forum quoque contentioſum extenditur. Sic Iaſ. in l. poſthumo, num. 38. C. de bono. poſſeſ. cōt. tabu. & poſt alios Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 45. num. 28. lib. 4. cum alijs concordantibus & prænotandus venit, Ioſep. Maſcard. cōclu. 902. num. 30. num. 31. de probatio. lib. 2.

10 quod verum fore † arbitror argument. eorū, quæ tradit Pomponius in l. ſi ita ſcriptū fuerit, ff. de hæredib. inſtituen. vbi ſcriptura quę plenior eſt, potior habetur, & per illum tex tum Iaſ. in l. qui vſumfructum ſub num. 1. de verbo. obligatio eo trahatur, Tybe. Decia. conſ. 129. num. 1. lib. 3. alias quoque legitur geminationem valdè moliri quemadmodū apud Celſum in l. baliſta, ad trebellia. ac funiculum duplicē artius ligare autent. itaque C. commu. de ſucceſsionib. Alexan. Tertius Romanus Pontifex cap. 1. de tregu. & pac. Tiber. Decia. conſ. 46. ſub nume. 60. lib. 2. & conſil. 86. num. 5. libro illo Aym. conſil. ſuo 824. num. 6. lib. 5. & verba non debent eſſe fruſtra Andr. Alciat. conſ. 173. lib. 9. Tiber. Decia. conſil. 113. nume. 12. lib. 3. cum alijs ſimilibus. ab Aymo. congeſtis conſ. ſuo 721. poſt num. 10. lib. 4. conſ. 714. num. 19. lib. iſto.

ARGVMENTVM.

De materia trebellianicæ, an filijs primi gradus adimi valeat, nec ne & vtrum lex generica caſum ſpeciatum priuilegiatum cōplectatur?

SVMMÆ.

1 *Trebellianica in filijs primi gradus, an prohiberi poſſit, duo principes enarrantur caſus, & num. 2.*

3 *Crebrior, receptior, & verior, hiſque concors ſentētia eſt, in filijs primi gradus trebellianicam adimi haud poſſe.*

4 *Lex genericè loquens caſum ſpecificè priuilegiatum minimè complectitur.*

5 *Priuilegium alicui ſpecificè inductum à generica conſtitutione non tolli.*

6 *Tyberium Decianū pro huiuſmodi facti ſpecie pluries ſe, & iudicaſſe, & conſuluiſſe.*

RACE-

Digitized by Google

RACEMATIO 67.

PErcetus diſputatio fuit, omni iudi-
cio meo, & venuſtate, omniq; lepo
re, fermè affluens, quam huic meo
albo ſubtexuiſſe non recuſo, quam-
uis tritiſsima, & bis mille apud noſtros ex-
cuſſa, & qualiſcunq; ſit iſthęc arbitror curio-
ſum lectorem minimè arridere, ſed hilari frō
te, æquo animo illam accepturum. illudque
monitum te fore velim; quod apud Catullū
legitur quem aſſequitur, Angel. Politias ſua
cent. 1. cap. incipit non recuſo quin ſub cen
ſuram, paulò inferius in alienis nempè errā-
tis lincei ſimus, in noſtris lippi, ac cæci, &
non videamus. vt ibi per eum. vtrūm in fi-
1 lijs † primi gradus trebellianica prohiberi
poſsit? & ex quò ſapientis eſt ordinatè pro-
cedere ſecundū philoſophū ſecūdo metaph.
vt exordiar, cum Hiero. Alba. conſi. ſuo 19.
duos principes eneruandos eſſe caſus exiſti-
maui, quorum potiſsimus ſit is, vt ſi fortè fi-
lius inſtitutus fuerit ex certis; vel particula-
ribus rebus, atq; ideò poſtmodum rogatus
fuerit poſt mortem reſtituere; & tunc caſus
extrà difficultatem erit filium ipſum trebel-
lianicam nullo pacto deducere poſſe, ſic do-
ctè ſcribit Franciſ. Mant. tract. 1. ſuo de con-
iec. vltima. volunt. tit. 11. lib. 7. poſt num.
6. vbi inquit, hanc notabilem cautionem fo-
re ad filium impediēdum ne binas detrahat
quartas.
2 Secundus caſus ſit, quòd † ſi filius vniuer-
ſalis hæres inſtitutus fuerit etiam ex parte hę
reditatis, rogatuſq; poſt obitum eam reſti-
tuere, eo quippè caſu, non modò legitimam
verumetiam trebellianicam retinere vale-
bit, ex trita, & perſæpe Imperatoris Zeno-
nis citata conſtitutione, l. iubemus, C. ad
trebellia. vbi Salicetus Ludo. Roma. Paulus
Caſtrenſ. & alij quibus accedant, Socc. Iun.
inquiens, conſ. ſuo 131. num. 59. & num. 65.
lib. 1. ſententiam hanc concordem eſſe * ac
per totum obſeruari orbem tamquam Euan-
gelium Philip. Dec. conſ. 55. nu. 8. Iaſ. in l.
Marcellus nume. 55. ff. ad trebellia. Ange.
conſ. 124. circa finē Conſiculus meus And.
Barbat. cap. Raynuntius poſt num. 56. de te-
ſta. Philip. idem conſ. 81. ex conſi. 218. Lu-
do. Roma. conſ. 206. vbi Horatius Mando-
ſius in verbo, non poſsit, infinita propè cu-
3 mulans, & tamen ab huiuſcemodi opinione †
vt potè receptiori, & cōmuniori * * non diſ-
ſentit ob eius æquitatem, filiorumq; fauorē,
& gratiam paſsim, vt ibi per eum, & non im-
meritò etenim crebrior, magiſq; communis
ſententia eſt, queadmodum inſectatur Curt.
Iun. conſ. 160. num. 10. Socc. Iun. conſ. 50.
num. 18. lib. 4. & conſ. 170. num. 24. lib. 2.
egregiè Iaſ. conſ. 146. nu. 6. & inferius lib.
4. & frequentiſsimam * eſſe teſtatur Franciſ.
Mant. vbi ſup. poſt nu. 6. & paulo poſt atq;
de magis communi * * & veriori ſentētia te-
ſtatus eſt Hiero. Alba. conſ. ſuo 1. num. 14.
vbi poſt num. 15. ſubdit opinionem iſtam in
contingentia facti apud Collegium Bergo-
menſe præualuiſſe, ac pro ea iudicatum fore,
4 pro cuius ſententiæ incremēto, † & exuberā
tia opitulari videt pronūtiatū illud Saliceti
in l. vlt. C. de iur. dot. qđ celebrat Iaſ. in l. 1.
n. 9. ſolut. mat. ſtatutū generatim loquēs nū-
quam dotis caſum ob illius fauorem compl ē-
cti, atq; cuncti noſtri vnanimi conſenſu feſsi
fuêre, quòd vbicunq; caſus aliquis ſpecificè
eſt priuilegiatus lex in ea materia genericè
loquens illum minimè comprehendit, & cō-
ſonat Iacob. Menoch. conſ. 182. num. 1. lib.
2. idem conſi. 261. num. 38. lib. 3. belliſsi-
mè reſpondit Iaſ. conſ. 157. num. 3. & infe-
rius lib. 2. & aliqua Tyber. Decia. conſ. 79.
lib. 5. cum concomitantibus alijs. tum ar-
guitur ſic, in terminis diminutionis trebellia
nicæ ſpeciatim filij priuilegiati comperiun-
tur lex Cæſaris Zenonis pronuntiato, vbi ſu-
prà igitur autent. illa ſed cum teſtator, C. ad
leg. falcid. quæ materia in ea promulgata
fuit generatim filios ipſos ſpeciatim priuile-
5 giatos cōplectere haud valuit, † & facit Va-
lentini, ac Theodoſij Cæſarum ſancio, in l.
de curionibus vbi Accurſius, Bar. & reliqui,
C. de ſilen. lib. 12. quo in loco depromitur
priuilegium alicui ſpecificè indultū à cōſti-
tutione generica minimè tolli, & coadiuuare
cenſetur Andr. Barbat. loco ſuperiùs citato
refert, & ſequitur per quàm doctè, & erudi-
tè ſententiam hanc Hieron. Alba. vbi ſuprà
poſt num. 15. fulcitur opinio hæc, ex coacer
uatis, Doctorumq; turbis copioſiùs citatis. &
Rolan. Vallenſ. conſ. ſuo 5. poſt nu. 14. vbi,
& probabiliorē, & veriorē, & æquiorē * * fre-
quentiq; calamo receptam complectendam
fore hanc, quam firmauimus ſententiam, ar-
bitratur: idem egregiè tradebat, conſ. 9. lib.
4. pręcognoſcendus eſt, Cęſar Vrſillus in ad-
ditamentis ad Matth. Afflic. Neapo. deciſ.
369. num. 10. quamuis contrariæ fuerit opi-
nionis And. Alciat. conſ. 97. num. 4. lib. 9.
ſcribit Io. Cepha. conſ. 415. num. 1. lib. 3.
6 † pulcherrimè Tyber. Decia. conſ. 28. num.
38. lib. 1. vbi pluries meminit ſe ita iudicaſ-
ſo, & conſuluiſſe Tybe. idem conſ. 52. num.
22. lib. 5. quibus in locis, explicat, comper-
tiuſq;

iuiuſq; declarat, & idem conſ. 127. num. 27. lib. 3. Iacob. Mandel. conſi. 7. num. 6. Iaſ. conſ. 99. lib. 4. tametſi calcitrauerit, Iacob. Menoch. conſ. 272. lib. 3. & recenter conſ. 765. & conſ. 737. num. 18. lib. 8. cum concordantibus. & cum res ipſa ſatis controuerſa ſit, non immeritò plauſum do.

ARGVMENTVM.

De pluralitate, nũ, & quibus in locis in ſuas ſingularitates reſoluatur, ſpeciatim vltimarum voluntatum reſpectu.

SVMMÆ.

1 *Pluralitatem in dubio minimè præſumi, eamque quibus vicibus in ſuas ſingularitates reſolui? & num. 2. & per totum ferè.*

3 *Pluralitatem in ſuas ſingularitates haud reſolui, ſi ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta teſtantis voluntate ſubſtitutum excludat, & num. 4.*

5 *Iuſtiniani Sancio, l. penult. C. de impube. & alijs ſubſtitutionib. quibus in terminis loquatur?*

6 *Iacob. Menoch. duo expenduntur reſponſa 751. & 798. lib. 8. pro hac hypotheſi.*

7 *Pluralitas minimè præſumitur, quando ſumus in odioſis, & alia multa ibidem remiſſiuè.*

8 *Teſtatorem inſtituentem filium, & ex eo nepotè vniuerſalei hæredes vtrũ ſucceſſiuo admittantur ordine, nec ne?*

RACEMATIO 68.

EX notiſsimis iuris regulis proditum eſt pluralitatem minimè præſumi, quemadmodum poſt plures, & numeroſiores concomitãtes tranſplãtauit Ioſep. Maſcar. concl. ſua 1174. lib. 3. de probatio. quos quidem citare ciuis foret in ſyluam nemoroſam deferre ligna, vt cũ Tyber. Decia. concinam conſ. 51. lib. 5. in qua-
1 dam pulchra facti ſpecie. hoc ipſum † in dubio pluralitatem Non exiſtimari voluit Tyber. idem conſ. 74. nume. 15. lib. iſto, cum concordantibus. ſed Videamus quæſo, an, & quando pluralitas reſoluatur in ſingularitates, quod maximi eſt effectus in omni ferè materia, de qua ratiocinantur Franciſ. Mant. tract. de coniect. vltima. volunta. tit. 5. nu. 16. lib. 11. Aymo. Sauilia. conſ. 328. num. 29. num. 30. lib. 3. And. Alciat. conſ. 140. lib. 9. vbi reſpectu ſubſtitutionum Io. Ceph. conſ. 253. num. 42. conſ. 158. nu. 48. conſ. 166. num. 22. lib. 2. conſ. 391. nu. 24. lib. 3. Iacob. Menoch. conſ. 266. num. 78. lib. 3. idem conſ. 545. num. 18. lib. 6. & conſi. 822. num. 5. & paulo poſt lib. 9. eo trahatur, Bar. in l. ſi legatũ, n. 3. ff. de annua. legat. quo loci aſſerit, ſoluere promittentem in terminis, quos Titius explicabit, haud poſſe Titiũ declarare, quòd in vno ſoluam termino ob huiuſcemodi vocem pluraliter enunciatam. facit in ſimili Socc. reſponſum, 121. poſt nu.
2 2. verſ. confirmo, lib. 3. Bart. idem † in l. vltima, ff. ad trebellia. ſcripſit, teſtatorẽ duos maſculos filios vniuerſales hæredes inſtituentem, filiam verò in quadam ſumma, ſubdentem ex indè, vt ſi aliquis illorum infata ceſſerit, eorum portionem ad ſuperuiuentes tranſuolare, atq; ideò fortè contingat, alterum ex maſculis mortem obijſſe, quòd ſi dubitetur numquid maſculis dumtaxat, vel quoq; femina recipiatur ad ſubſtitutionem Bar. determinat, ex quò teſtator vſus fuit pronunciato numeri pluralis, hoc eſt, ſuperuiuentes, quòd æqua lance filia admittenda veniat, vt ibi per eum, quem ſequitur Tyber. Decia. conſ. ſuo 63. nume. 14. & inferiùs lib. 4. vbi alia multa præclara ad rem hanc ſpectantia ſubtiliter declarauit, Marcus Aquilinus, in l. Gallus, §. & quid ſi tantũ, de libe. & poſthu. part. 2. num. 30. num. 108. num. 153. num.
3 160. at † illud in ſubſtitutionũ prato, & campo vniuerſo ſerendum eſt, & quamuis dici ſoleat parcè ſeminans parcè metet ex And. Alciat. conſ. 119. num. 4. lib. 8. attamen ſat contentus pro nunc ero hęc paucula referre, nẽpẽ pluralitatẽ in ſuas nõ reſolui ſingularitates, quando ſupereſt perſona, quæ ex præſumpta defuncti volũtate ſubſtitutum excludit. illamq; fore quando eſt ex liberis, atq; deſcendentibus teſtatoris ipſius, ac ex vocatis in teſtamento illiuſuè ſororem, vt examinant Philip. Dec. in l. penult. num. 6. C. de impube. & alijs ſubſtitutionib. Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita poſt num. 5. ff. ad trebellia. Ludo. Roma conſ. 131. Philip. Corne. conſ. 298. num. 6. num. 8. lib. 4. Ludo. Gozad. conſ. 67. num. 11. ex quorum verborum complexu, datur manifeſtè intelligi in ſubſtitutionibus, & pupillaribus, & fideicommiſſarijs, ſubſtitutum duobus decedentibus vni morienti minimè ſuccedere, quan-
4 do is, † qui ſuperuixit, eſt perſona, quæ ex præſumpta teſtatoris ipſius voluntate, ſubſtitutum peſſundat. inter cætera, quæ afferri poſſent exempla potiſsimum ea nobis iam-

dudum

dudum præ ſe ferunt, herclè prudentiſsimi Papiniani in l. pater filiam, §. vlt. ff. ad leg. falcid. atque Iuſtiniani Cæſaris, in l. penult. C. de impube. & alijs ſubſtitutionibus, & per illum tex. Franciſ. Mant. vbi ſupra num. 18. vbi de concordi ſcribentium ore * & nu. 19. quo loci explicat, quæ ſint perſonæ, quæ ex præſumpta teſtatoris voluntate ſubſtitutum excludere valeāt, eo namq; loci Iuſtinianus ſic expræſsè cauit, ſi ex duobus fratribus impuberibus facta fuerit ſubſtitutio, ſi ambo in pupillari ætate deceſſerint, primo decedenti in ætate pupillari, alter ſecundus ſuccedet ſuperſtes ſubſtituto reiecto. ex quò ſecundus is præſumptam defuncti voluntatem habet, vt ſubſtitutum excludat.

5 † ſed aduerte diligenter quæſo, etenim in ea Cæſaris conſtitutione minimè probari videtur, ſentētia hæc, nempè illam in diuerſis terminis procedere, illo namq; in loco coniūctus frater ſuperſtes ſubſtitutum excludit, ne dum ob verborum valorem, ſi vterq; deceſſerit impubes collectiuè, verumetiam ob præſſumptam teſtantis voluntatem, quæ ex eo elicitur, ac depromitur, quòd filijs illis hæredibus inſtitutis in ætate pupillari decedentibus ius legitimarum hæreditatum inter eos integrum cuſtodiatur tamquam neceſſariò competens, cogitauit herclè pater primo filio in fata cedēte fratrem ſuum in illius portionem ſuccedere, ideoq; non ex ſola defuncti mente, verūetiam ex verborum vi, ſubſtitutum excludi cenſetur, & ita declarat Marcus Aquilinus loco prælibato, num. 155. fol. mihi 32. cum concordantibus.

6 † ad idem, & ſecundò citatur, Iacob. Menoch. conſ. ſuo 751. num. 14. lib. 8. vbi poſt doctorum molē præcidit pluralitatem minimè reſolui in ſuas ſingularitates, quando ſupereſt perſona, quæ ex præſūpta teſtatoris volūtate ſubſtitutum excludit ad fauorem, & gratiam Dominæ Prudentiæ aduerſus Thadæum, ad idem, & tertio loco ſuffragantur, iuris interpretes ij à Marco Aquilino citati vbi ſupra, num. 154. nume. 164. & vtrobique de receptiori * * ſententia quāuis ipſe de altera, & veriori teſtetur contraria opinione, vt ibidem per eum, ad quē candidum, reijcimus lectorem. quartò, & vltimò adducitur Iacob. idem lib. proximè citato conſi. 798. num. 10. num. 11. quibus in locis, eleganter conſuluit ad fauorem Dominæ Dianæ contra ſubſtitutum Antonium, cui addo, Aymon. Sauilia. conſil. 878. poſt num. 2. lib. 5.

7 Atqui ſuperpondij † loco inferius conſcripta adducenda fore opinatus ſum, nempè pluralitatem in odioſis numquam præſumi Tybe. Decia. conſ. 26. num. 35. lib. 2. multa quotidiana, & pulchra ſcribit Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 985. num. 125. lib. 6. de pluralitate an, & vbi in ſingula reſoluatur idem conſ. 904. num. 3. lib. 5. Nicol. Boer. deciſ. 131. ad finem, & ex ſuperiùs citatis inferri poſſe videtur, profectò concordi traditū * eſt ſcribentium ore, teſtatorem coniunctim filium, atq; nepotem ex illo natum inſtituentem, huiuſmodi inſtitutionem intelligēdam eſſe ordine ſucceſſorio, vt primò gradu filius ſit inſtitutus, ſecundo autem gradu, ſi filius in fata cædat, ſuperſtite adhuc teſtante, vel alia quauis ratione hæres minimè ſit, quòd nepos cenſeatur inſtitutus, vt poſt Accurſiū interprætantur maiores noſtri, in l. gallus, §. quidam rectè de libe. & poſthum. cum concordantibus, quos affert Franciſ. Mant. ſuo celebri tracta. de coniec. vltim. volunta. tit.

8 8. lib. 4. † quæ nempè ſententia concors, nōnullas recipit coangoſtationes, inter quas ea non aliena eſſe putatur, vt putà locum ſibi minimè obtinere, quotieſcunq; teſtator vſus fuerit dictionibus illis vnà, & ſimul, quemadmodum filium vnà cum nepote hęredem inſtituo, vt per Tyber. Decia. conſ. 1. nu. 10. lib. 5. vel dixerit filium, nepotemque ex eo meos vniuerſales hęredes inſtituo, tūc namque ne dum filium, verumetiam nepotem admittēdum, ex quò pluralis numerus duorum ſaltem requirit numerū, nec vno dumtaxat contentus eſt ex Paulo, in l. Iulius Phębus, ff. ad trebellia. & per illū tex. cęteroſq; contextus Franciſ. Mant. vbi ſupra, num. 15. quo loci inquit, ità egregiè reſpondiſſe pręceptorem ſuum Socc. Iun. conſ. 171. lib. 2. quam nihilominus opinionem ipſe arbitratur paulo inferius ſanè periculoſam. multa Iacob. Menoc. conſ. 322. nu. 62. & inferius lib. 4. cum ſimilibus.

ARGVMENTVM.

Quando dicantur ędificia ad vicinorum ęmulationem conſtructa, vel vt cernerentur moniales, alięq; mulieres egregiæ formę, nonnulli ſcindūtur caſus, quorum intuitu aceruatim aliqua colliguntur euenientia ratione continuati ſermonis.

SVMMÆ.

1 *AEdificia extollere, quando alicui permittatur, duo caſus, & principes enarrantur ob quos*

ob quos datur reſolutio plena, & nu. 2.

3 *Sententia crebrior per Horatium Mandoſiū allata in additamentis ad Roma. circa hypotheſim hanc.*

4 *Edificare quem in dubio præſumi, non vt alteri obſit, ſed vt ſibi proficiat.*

5 *Area mea ſi ventum non habeat, niſi ab vna parte, ſi ab ea ædificetur, ædificantem talem prohiberi poſſe.*

6 *Vicinos quibus ex cauſſis oſtendi, & detegi ad æmulationem ædificare multa tranſcribuntur.*

7 *Virgines vehementiùs amare, quā reliquas, cum ſint in ardentiſſimo amore nouitiæ.*

8 *Arbitrio Iudicis relinquendum, an vicini aſſeantur ad æmulationē ſublimia conſtruere palatia, ex Iacob. Menoch. auctoritate per Maſcard. relati.*

RACEMATIO 69.

INcomprehenſibilis, ſuperantiſsimiq; Immortalis Dei mundi huius opificis gratia ſuffragante, quem Dauid non latuit, ſummo è cęlo his in noſtris regionibus ſicut pluuiam in vellus
1 deſcendiſſe, vt patet, in pſal. 71. † manus iniĳcio ad eas, & denſiſsimas iuris quæſtiones circa quas pauliſper immorandum fore cenſui, veſparum inſtar, quæ aculeo dimiſſo, ſtatim auolant. quarum potiſsima eſt, numquid generatim loquendo alicui fas ſit ædificia extollere? ambiguitatem hanc paucisſimis delere volentes, vt cum Cęſare concinā, in l. antiquitas ad finem, C. de vſufruc. eam diuido in tres; & principes caſus, cùm diuiſio vberiorem culturam reddat ex paulo in l. Caius Seius, §. Titius de lega. 2. & per illum tex. & cæteros concomitantes Ioſeph. Maſcard. lib. 1. ne probatio. num. 10. in initio, primus caſus ille ſit, vt ſi fortè Sempronius palatium cōſtruxerit ità ſublime, in tantum, vt ſecreta monialium, vel fratrum, aut vxorum, vicinorumuè filias, lepidulaſq; mulieres introſpicere poteſſat, & nihilominus ad ſuam vtilitatem hoc ipſum factum fuerit, & tunc ei permittendum eſt ædificium huiuſmodi extollere.

2 Secundus caſus, quòd † ſi Sempronius memet id fecerit, aliquo improbo ſpiritu ductus, vel ad æmulationem alterius, vel vt religioſos, ſeu vxorem, filiamuè vicinorum inſpiciat, & tunc cōcedendum minimè erit. profectò, quamuis traditum ſit, quempiam poſſe ſuas ædes altiùs tollerere, ac vicinorum lumina obſcurare, quemadmodum ad literā inquiunt Cæſares ij, Diocletianus, & Maximianus, in l. altiùs C. de ſeruit. & aqua cum vulgaribus. attamen hoc ſibi locum obtinet, quando quis ędificat, vt ſibi proficiat, ſecùs, ſi nullam conſequeretur ille talis vtilitatem. ad quos nempè caſus comprobandos, ſupereſt citare teſtes, quorum auctoritatibus, & argumentis percommodè firmentur. memorię prodidêre, & veteres, & moderni ſcribentes in l. altiùs, vbi ſupra, Alex. conſil. 174. nume. 4. lib. 2. Nicol. Boer. deciſ. ſua 320. poſt num. 9. Paul. Caſtrenſ. in l. cum eo, ff. de ſeruit. vrba. prędio. Iaſ. in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. nu. 8. Curt. Iun. conſ. 80. ante nume. 3. Philip. Dec. conſil. 373. poſt num. 3. & idem in l. nullus videtur, de regu. iur. Ludo. Roma. conſ. 52. ad finem, vbi Ho
3 ratius † Mandoſius in additamentis ad eum more ſuo quamplures iuris interpretes propè cumulans, & in ſpecie poſt Nicol. Boer. de magis communi teſtatus eſt ſententia, vt ibi per eum, ad quem ingenioſus patentē habet aditum. Iaſ. conſ. 32. num. 3. & conſ. 98. verſ. 4. principaliter adduco, lib. 2. Iaſ. idem in l. quominus, nume. 23. ff. de fluminib. in ſimili ſcribit, Aymo. Sauilia. conſ. 4. nu. 3. lib. 1. de clauſura, Cęſar Vrſillus anno. ſua 225. ad dominos de Sacro Conſilio Neapo. vt ex recollectis ab Afflic. & voluit famoſus ille doctor Iacob. de Nigr. in l. ſi inſulam de verbo. obligatio. num. 63. Io. Cepha. conſ. ſuo 130. lib. 1. vbi, & doctè, & copioſè examinat cum materia ſua, quibus concerno, Iacob. Menoch. conſ. 102. num. 28. lib. 1. conſ. 666. lib. 7. & conſ. 798. lib. 8.

4 Poſtremus † caſus eſt, quòd in dubio, vbi quis in ſuo ędificat minimè exiſtimatur nocendi animo, Cęſar Vrſillus, vbi ſupra poſt alios num. 4. Philip. Dec. loco ſuperiùs adducto poſt num. 3. Carol. Ruy. conſ. 74. nu. 46. lib. 1. & Horat. Mandoſ. pręallegato Ludo. Roman. conſ. in verbo animo nocendi, in extremo, quo in loco aſſerit, in ambiguò vnumquęq; id, quod ędificat, vt ſibi proſit, non, vt alteri obſit, facere pręſumi, vt ibi per eum. & nihilominus iudicantium pectoribus id relinquendum fore, poſt cęteros voluit Cęſar Vrſillus vbi ſupra ſub num. 5. & ſenſit Io. Cepha. pręallegato conſ. 130. poſt nu. 15.

5 Nec à re † noſtra alienum eſſe cenſetur id attingere, ut ſi aręa mea ad meſſes trutinandas uentum non habeat. niſi ab una parte, ſi ab illa ędificetur, ędificātem prohibere poſſum, ex Cęſaris reſponſo, in l. vlt. §. cum autē, C. de ſeruit. & aqua, vbi pulcher eſt tex. per quem ſic ſcribunt Iaſ. in l. ex hoc iure de

iuſt. & iur. nu. 14. & Nicol. Boer. deciſ. ubi
ſupra nume. 14. cum concordantibus à Ma-
ſonio citatis, Flo. deciſ. 6. vbi ædificare nõ
licet in vicinorum detrimentum ad occupan
dum ventum ſolem, & aerem.
6 Illud † applicandum eſt, vicinũ, ad æmu-
lationem ædificaſſe detegi, ſi ipſe nullã ſen-
tiret vtilitatem, vicinoq; detrimentum affer
ret vel vt vicinorum mulieres egregia forma
cerneret, aut forſitan, ſi vicini fuiſſent rixoſi,
& æmuli, vel ſi ſolitus eſt ædificans in vicini
contemptum facere opus id, ſeu ſi fortè ali-
quis habere comperiatur fundum, parietem-
vè iux. domum, vel parietem Monialiũ, Vir-
ginumq;, enimuerò præſumendum eſt, eum
talem ad inhoneſtatem, ac æmulationem ędi
ficare velle. huc ſpectat, Ioſeph. Maſcard.
traditio, conclu. 97. num. 13. lib. 1. de pro-
batio. quòd oppidum nouum in re propria
ædificans, vtilitate nulla impellente, nocen-
di animo facere præſumitur: atq; ideò, vt reli
gioſas illas Moniales, vel Virgines integerri
mas videret neſcio, quo diabolico ſpiritu du
ctus, ob ingentes amorum flammas. non im
meritò igitur prohibẽdus erit iſte talis, quan
7 doquidem legimus† apud Vgolinum parmẽ
ſem, ex Philogenia comædia, quòd virgines
vehementiùs amant quàm reliquæ, ex quò
ſunt in ardẽtiſsimo amore nouitiæ, & mol-
les, vt ſicut facilè imaginem mollibus ceris
imprimere potes, ita eas in amore tuo, qui-
bus volueris inſtitutis tibi licebit effingere.
ſubiungebat ipſe Vgolinus, vt ſermonem ſuũ
clauderet, ſemper amorem cõtuliſſe in puel-
las teneras ætate, ſinceræ mẽtis, incorruptę
fidei, ſuauis ingenij, vt ibi per eum. ſed vt
diſcimus, iudicis arbitrio relinquẽdum erit,
quando quis dicatur ad æmulationem con-
ſtruere. ſic admonet Iacob. Menoch. locu-
pleti ſuo tracta. de arbit. Iud. caſ. 156. nu.
8. cent. 2 lib. 2. quem aſſequitur copioſiùs,
8 & affluentiùs † Ioſep. Maſcard. concluſ. ſua
620. num. 10. lib. 2. de probatio vbi per to-
tum multa alia, & pulcherrima tangit more
ſuo ingẽtem iuris interpretum cateruã enar-
rans, ad quem iam patentes ingenioſus qui-
libet habebit aditus. ſcribit Aymo. Sauilia.
conſ. 876. num. 7. lib. 5. vberrimè ad mate-
riæ ſpendorem, And. Gail. obſerua. 69. lib.
2. practica. obſerua.

ARGVMENTVM.

De pluribus tutoribus, vel adminiſtratori-
bus, qui tenebantur ſinguli inſolidum vtrũ
ad rationem ipſam tutellarẽ reddendam,
vel computa vnà cum reliquorum reſtitu-
tione condemnatis, eorum quiſq; ob ſen-
tentiam latam, inſolidum teneatur, an ne
citius pro virili?

SVMMÆ.

1 *Tutores plures, qui tenebantur inſolidum ra-
tionem reddere pupillo, ſi per ſententiam
condemnentur ſimpliciter, receptum eſt,
vnumquemq; aſtringi pro ſua virili, &
num. 5. & num. 7. vbi citatur Io. Mar-
cus Aquilinus.*

2 *Obligationem mixtam fore, quando datio, et
factum principaliter à quo debentur.*

3 *Reliqua ſoluendi meræ dationis diuiduę eſſe,
non incommodè demonſtrari.*

4 *Condemnatos abſolutè, & ſimpliciter ſingu-
los inſolidum teneri, ſi ſententia ex ſui na-
tura indiuiduam rem contineat.*

6 *Obligati plures inſolidum ſi ſimpliciter con-
demnati fuerint, cum clauſula omni melio-
ri modo, quòd vigore clauſulæ ipſius, inſo-
lidum aſtringi putantur.*

8 *Tutores permittentes contutorem improbè
adminiſtrare, vel decoquere in culpam
incidere.*

9 *Tutor alteri tutelam remittens à pupillo con-
uenitur ac ſi ipſa remiſſa non fuiſſet.*

RACEMATIO 70.

COmperi periculo amantiſsime le-
ctor, egregium id grauiſsimorum
ſcriptorum quorundam effatũ, nos
cæteros, ac deplorandos mortales
apum naturam imitari debere, qui herclè va-
gantur præſertim tempore veris, floreſque
carpunt, & poſtmodum quicquid actulere
diſponunt, atq; per fauos diuidunt, variumque
ſuccum in vnum ſaporẽ mixturam, qua-
dam, & ſpiritus ſui proprietate mutant. iure
igitur ſubnectendum fore putaui, inferiùs ci-
1 tatam facti ſpeciem, † namq; teſtatiſsimum
eſt, apud eos, & ornatiſsimos profectò Cari-
num, Numerianumq; Cæſares, in l. 2. C. de
diuiden. tute. dum eo loci ſcribunt, vt ſi di-
uiſio adminiſtrationis inter tutores, ſiue cu-
ratores in eodem loco, ſeu prouincia conſti-
tutos nec dum fuerit, licentiam habeat ado-
leſcens, & vnum eorum eligere, & totum de-
bitum exigere, ceſsione ab eo aduerſus cæte-
ros tutores, ſeu curatores actionum ei com-
petentium facienda. in diuiſionem autem
adminiſtratione deducta, ſiue à præſide, ſiue
teſtatoris

Digitized by Google

teſtatoris voluntate, vnumquemque pro ſua
adminiſtratione conuenire poteſt, & quæ ſe-
quuntur in textu, de cuius materiæ ſplendo-
re multa obiter Aym. Sauiha. conſ. ſuo 433.
lib. 3. cum ſimilibus, examinemus obſecro,
an plures tutores condemnati ad computa
reddenda tutelę ipſius per illos adminiſtratę,
& ob id fac pupillum proſequi velle alterum
dumtaxat ex anteſignatis tutoribus, nùm re-
ctè admittatur, adeo ut inſolidum aſtringan-
tur, an ne quiſpiam pro ſua virili, vel portio-
ne compellendus ſit? pro reſolutione igitur
2 quæſtionis animaduertendum eſt † vt ordi-
natè procedamus, obſcuritatē euitandi cauſ-
ſa, vel confuſam traditionem, ex cumulatis
à Maſcard. lib. 1. de probatio. in initio nu.
101. cum concordantibus: iuris interpretes
noſtros in numerum obligationū adſcripſiſſe
mixtam obligationem, quæ nempè eſt, quā-
do datio, & factū æquè principaliter ſub de-
nominatione vna, obligatione, nihilominus
vna, tamquam vnum & idem, & idcircò ad
vtrumq; principaliter agi poſſe. quam obli-
gationem inquiunt, bina, & connexa habere
capita, quorum potiſsimum illud eſt, vt in ra
tionibus reddendis, calculandis, inſtrumen
ta, rationes, ipſarumq; volumina exhibēdis,
atq; reddendis conſiſtere dicatur, & ſimilia
his: ex Vlpiani pronuntiato in l. ſi purè, ff. de
fideicomm. libertatib. ad finem. at pulchrè
declarat Pyrrhus Alfa. ad rub. C. de edend.
circa princip. inter edere, & exibere diſcri-
mina, & quo pacto conueniant, vt ibi per
3 eum † Alterum caput eſt, & continet ſoluen
di reliqua. quod eſt meræ diuiduæ, dationis,
queadmodum ſcripsêre Calliſtratus, & Pom
ponius, in l. cum ſeruus, ſi qui ſub conditio-
ne de conditio. & demonſtratio. ex quorum
pronuntiatis, datur intelligi, ratiocinium fa-
cti, & reliquorum ſolutionem dandi eſſe cū
contextibus, & medijs, de quibus prænotan-
dus erit Marcus Aquilinus in l. 2. poſt prin-
cip. nume. 102. & paulò inferius de verbo.
obligatio. vbi & copiosè, & doctè multa pul
chra tangit, ad quem facilis eſt aditus, & ve-
ſtibulum. multa de tutoribus ipſis ad quę te-
neantur habes per Petr. Surd. deciſ. 184.
Ex ijs itaque ſic iactis, & conſtitutis, reuer
4 tor eò, ex quo diſceſsi, atq; duos † & princi-
pes facio caſus, primus eſt, vt ſi ſententia ip-
ſa ex ſui natura rem contineret indiuiduam,
& tunc perſpicuum erit, condemnatos ſim-
pliciter, vel abſolutè ſingulos inſolidum te-
neri: exemplum pro iuuenibus afferri poteſt,
ſi fingamus duos, plures ue hæredes per ſen-
tentiam condemnatos fuiſſe opus aliquod fa
cere, ſeu prædialem conſtituere ſeruitutem,
ex conſcriptis, à iuris prudentibus in l. ſtipu
lationes nō diuiduntur, de verbo. obligatio.
facit textus l. fideicommiſſa, §. ſi in opere,
de legat. tertiò vbi Iuriſconſultus Vlpianus
commemorauerat, ſi in opere ciuitatis faci-
endo aliquid relictum ſit, vnumquemq; hæ-
redem inſolidum teneri, Diuus Marcus, &
Lucius verus proculæ reſcripſerunt. ſubiun-
gebat exinde Vlpianus, ergò, & in ſtatua, &
in ſeruitute, cæteriſque quæ diuiſionem non
admittunt idem Diuus Marcus reſcripſit.
5 Secundus caſus † ex huiuſmodi, profectò,
ſi permulti fuerit tutores, vel adminiſtrato-
res, qua ſinguli inſolidum tutelæ rationem
reddere aſtringantur, & fortè fortuna ob ſen
tentiā ipſam compulſi ſint pupillis, aut ado-
leſcentibus ad rationes tutellarum redden-
das; & tunc fatendum eſt, ſuperiùs adductos
tutores minimè teneri, niſi quempiam pro
ſua parte virili. ratio hæc eſſe videtur, nam
legimus apud Alex. Gordianumq; Cæſares,
in l. 1. l. 2. C. ſi plures vn. ſent. condemna.
condemnatos rē, & ſimpliciter intelligi pro
virilibus, tametſi obligatio, & libellus inſo-
lidum concludant. & ita eleganter deciſum
fuit in Burdegalenſi ſenatu, locupleti ad hoc
teſte, Nicol. Boer. deciſ. ſua 59. per totum,
quo me coniſcio, eo accedant, cūmulata per
Ioan. Ronchegal. in l. ex duobus reis ſtipu-
landi, num. 22. ff. de duob. reis. & l. 3. §. vbi
duo, num. 33. & latè inferiùs, tit. iſto domi-
6 ni de Sacro concilio † Neapolit. per Matth.
Afflic. deciſ. 215. ubi ſatis amplè Cæſar Vr-
ſillus in additamento ad eos, qui poſt cæte-
ros, num. 2. coanguſtat, vt quamuis per ſen-
tentiam obligati plures inſolidum, ſi condē-
nentur abſolutè, & ſimpliciter, unuſquiſque
pro uirili ſua teneatur, ſi tamen incerta fue-
rit clauſula illa, omni meliori modo, quòd
condemnati inſolidum eſſe cenſentur, ut ibi-
dem per eum. facit reſponſio Tyber. Decia.
conſi. ſuo 37. num. 9. lib. 3. datur itaque cla-
rè intelligi Nicol. Boer. deciſionem à uero
alienam non eſſe, quam per pulchrè, & non
7 inſubtiliter ſubſtinet † atque defendit Mar-
cus Aquilinus Calaber, in l. 2. §. & harum,
num. 75. part. 2. de verbo. obligatio. à quo-
rundam elegantiſsimorum uirorum morſi-
bus, & eo quoque loci num. 76. dat intelle-
ctum ad illum titulum, C. ſi plures una ſent.
loqui de quantitate non autem de ſpecie in-
diuidua pro in diuiſo. præcognoſcendus eſt
Aymon. Sauilian. conſil. ſuo 946. nume. 1.
libro quinto.
8 Sed † ea in mentem ueniunt, quàmuis ex-

Digitized by Google

tra ſubiectum, tutores permictentes contutorem malè adminiſtrare, ac decoquere in culpa eſſe, & tutor, qui non adminiſtrauit, & facta quoque tutelæ ipſius diuiſione inter contutores, eum teneri de adminiſtratis, ſi tutorem adminiſtrantem ſuſpectum minimè accuſauerat dolo, vel culpa, tametſi diuiſio facta fuiſſet à teſtatore ex cõſcriptis, à Tyb. Decia. conſ. 85. per totum lib. 5. Alterum verò quod applicandum eſt, nempè tutelam al-
5 teri † remicti valere; nihilominus pupillorũ iuribus remiſsionem non derogare, quominus cum remictẽte actionem habeant ob improbam alterius adminiſtrationẽ, atq; ideò tutorem, qui alteri tutelam remiſit perinde à pupillis conueniri, ac ſi tutela remiſſa non fuiſſet ex adnotatis ab Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 371. lib. 3.

ARGVMENTVM.

Dubitatio inſignis, nùm deſtinatum pro re ipſa habendum, vt ſic pecunia ad emptionẽ prædiorum deſtinata, inter immobilia cõmemoretur? quod maximi iudicatur momenti.

SVMMÆ.

1 *Pecuniæ ad emptionem prædiorum deſtinatæ, an adſcribi dicantur in numerum ſtabilium rerum? diſputatur.*

2 *Baronem, Marchionemq;, Comitem, nuncupari filium perſæpe viuente adhùc patre, à legis latoribus.*

3 *Minores, an valeant nummos ad emptionem ſtabilium paratos, abſque Iudicis decreto alienare?*

4 *Determinatur pecuniam ad emptionem prædiorum deſtinatam, inter immobilia non connumerari.*

5 *Legato mobilium, vtrùm cedant ordeum, triticum, & ſimilia ad hùc non recollecta remiſſiuè.*

6 *Pro hac hypotheſi, tranſcribitur verior, frequentiorq; iuris interpretum opinio.*

7 *Pecunia an mobilium legato cedat? vel ſub nomine vſufructus.*

RACEMATIO 71.

GRatiſsimus mihi eſſe videtur ſermo ille, quem iuriſtæ pertractant, animoſq; aliquorum herclè mulcuit, & ob id diuina clementia, ſuperiſque
1 volentibus, trãſplantare conabimur. an † pecuniæ ad immobilium rerum emptionem deſtinatæ: adſcribi debeant in numerum ſtabilium? ampliſsime lector, ad multa deſeruire valebit quæſtio hæc, & præcipuè ſi ſtatutũ de rebus ipſis immobilibus ratiocinatur, an hę ad emptionem prædiorum includãtur? & pro parte affirmatiua ſuaderi videbatur, & primo ex illo iuris interpretũ effato, quòd deſtinatum habeatur pro ipſo facto Celſus in l. ſi chorus, §. 1. de legat. 3. vbi expreſsè traditum eſt, pecuniam ad mutuum deſtinatam ſub mobilium rerum legato minimè contineri, his verbis Celſus ait, quæ ibi mobilia mea erunt, do, lego, nummos ibi repoſitos, vt mutui darentur, non eſſe legatos, Proculus ait ad eos, quos præſidij cauſſa repoſitos haberet, & quæ ſequuntur in textu, & prænotandus erit Alex. conſ. ſuo 97. per totum lib. 3. in ſimili dici poſsit, idem operari potentiã in habitu, quod operetur potentia ipſa in actu Hippo. Marſ. conſ. ſuo 123. num. 13. pulchrè Socc. conſ. 70. lib. 4. obiter adnota queſo Ioan. igne de potentia, & actu multa preclara in l. 1. §. iuxta hoc tamen, ff. ad ſillania. nu. 25. & longè inferiùs accedat Io. Cepha. conſ. 92. num. 4. & 5. lib. 1. cum concordantibus. à Tybe. Decia. conſ. ſuo 44. num. 63. lib. 4. Aymo. Sauilia. conſ. 879. num. 5. lib. 5. Roland. Vallenſ. conſ. 11. num. 19. num. 23. lib. 2.

2 Secundo principaliter loco facit, quia † multoties legiſlatores nuncupant hæredem, ſucceſſoremq; filium, qui ſola deſtinatione talis in vita patris reputatur, quemadmodũ teſtati fuère Iaſ. & alij l. in ſuis de libe. & poſthu. quã ob rem ſuperſtite ad hùc patre, quis Baro. Marchio. Comeſq; denominatur, vt ibidem per eos. his conſequens eſt, quod tradit Matth. Afflit. ad Rub. quæ ſiut rega. num. 20. de filio Regis, atq; perſæpe nobis ipſis dici competere, quod realiter minimè competit, ſed competiturum erit, ſi non nullis ſuperuixerimus. & aliquid nobis deberi quod nihilominus tantummodo eſt in potentia, ex Imperatoris Zenonis conſtitutione l. in quibus iuncto Accurſij gloſemmate, in verbo debebatur C. de ſecund. nupt. & aliàs legimus deſtinatum poſt mortem attribui alicui ſpei in vita competenti, prout omnia hæc ſcribit Io. Cepha. conſ. ſuo 312. num. 48. & num. 52. lib. 3. poſt complures, & opinatiſsimos ſcribentes, quos ſilentio pertranſeo, cũ liber ſit impreſſus, vbi in fonte à quopiam perſpici poterunt, & de filio Regis Iacob. Menoch. conſ. 677. num. 5. nu. 12. lib. 7.

3 Tertio loco ſuffragari videtur, quia † nos vide-

videmus quòd quãuis minores alienare nequeant pecunias abſq; decreto. attamen eas pro emptione prædiorum depoſitatas minimè poſſunt, niſi decreto coadiuuante ad cęterarum rerum ſtabilium inſtar, Vlpianus ad edictum l. 36. quid ergò, ff. de contra tute. & vtil. actio. & per illum tex. Ludo. Roma. cõſ. 188. poſt num. 5. quem notabilem fore ait, vt ſcribebat Socc. conſ. ſuo 249. col. 16. verſ. circa quartã lib. 2. multa de materia Petrus Surdus deciſ. 77 quòd ſi teſtator decreuit pecunias mercium diſtrahendarum in emptionem prædiorum reponendas, quod nempè heres ipſe haud poterit huiuſcemodi diſpoſitioni aduerſari, atque ideò nummos illos immobiles eſſe putari, eo trahatur per tranſennam à nobis, vbi res deſtinata eſt de vno loco ad alium effectus ſuperuenięs priùſquam res locum deſtinatum attingat idq; factum exiſtimari in loco vbi deſtinabatur, & minimè in loco, vbi effectus imprimitur, ad hoc citantur Alex. conſ. 129. num. 8. lib. 7. & Philip. Decia. conſ. 577. nu. 8. cũ ſimilibus.

4 Re nihilominus † perpenſa in alteram, & aduerſam condeſcendendum eſt opinionem quippè pecuniam ipſam ad prædiorum emptionem deſtinatam minimè haberi, pro re immobili, ad quam demonſtrãdam reliquũ eſt, citare teſtes, quorum argumentis, & auctoritatibus percommodè fortificari poſsit. Cęterùm ex plurimis Iurecõſultorum locis, ij aptiores, cumulatioreſq; eſſe cẽſentur cõſi cilus nempè Andr. Barba. cap. 1. de feud. lib. 3. decretal. quo in loco poſt numerum 5. veriorem * partẽ hãc exiſtimauit quo me remiſto. & poſt cęteros Iaſ. l. inter cętera, §. ſed ſi parauerit, nu. 21. & ſub num. 22. de legat. pr. vbi de communibus Doctorum * ſuffragijs Tybe. conſ. 33 num. 10. num. 12. lib. 1. videto ſi placet, pulchrum Andr. Alcia. reſponſum 182. per totum lib. 9. dum quærit, de ordeo, blado, & tritico, ad hũc minimè recollectis, verùm contineri dicantur in legato mobilium rerum, & ſic, an deſtinatio habenda ſit pro re ipſa? diſputabilis eſt hęſi-
5 tatio † ad partes, circa quã præcognoſcendus erit Franc. Mant. in ſuo locupleti tracta. de coniec. vltima. volunta. tit. 3. lib. 9. nu. 6. & longè inferiùs, vbi, & doctè, & copioſè conciliat, quam non tranſcribo, cùm codex ſit iam typis excuſſus, illũc te miſſum facimus, & cogita ſi trahi poſſet regula illa Philip. Decia. allata conſ. ſuo 609. num. 11. & conſ. 542. num 13. plus fore rem eſse in actu, quam in potentia, cum ſimilibus, & omnium meliùs ferè hanc opinionem tenuit Nicol. Boer. deciſ. ſua 209. quę aſſequutus eſt Michael Craſſus tracta. de ſucceſsio. ab inteſta. §. legatum, quæſt. 19. num. 8. & longè inferius, in clarioribus terminis ſententiam hãc ſubſtituit And. Gail. obſerua. 11. lib. 2. practica. obſeru. Horat. Mandoſ. in additamentis ad Ludou. Roma. vbi ſupra in verbo no-
6 tabilis, de magis communis aſſerens † iuris interpretum * * mente, & in fonte ingenioſus videbit, præcognoſcendus eſt, Socc. Iun. conſ. 120. lib. 1. per totum, verioremq; magiſq; receptam aſſeuerat palàm copioſus Roland. Vallenſ. de lucro dot. quæſt. ſua 91. nu. 12. poſt cæteros concomitantes, vt ibidem per eum, qui, & iam ſcripſit Cæſar Vrſillus, in additamentis ad Neapol. Matth. deciſio. 399. nu. 4. & omnio prænotandus venit teſſau. deciſ. ſua 160. nec mouent, & offendunt in contrarium deducta, quibus eleganter, & bellè reſpondere niſus eſt, Vallen. loco ſuperiùs citato vſq; ad finem. de materia admonent Iacob. Menoch. conſ. 114. num. 32. lib. 2. Tyber. Decia. conſi. 59. num. 13. lib. 1.
7 vbi paulò inferius declarat. at † illud dubiũ non eſt, pecuniam cædere mobilium vocabulo ad tradita per Aymo. Sauilia. conſ. 934. lib. 5. ſcribit Curt. Iun. conſil. 183. copioſè Iacob. Menoch. conſil. ſuo 407. lib. 5. cum concordantibus ab altera citatis conſil. ſuo 92. lib. 6. diſtinguebat Iaſ. conſ. 65. poſt nu. 4. lib. 1. an veniat ſub vſufructu legato omnium bonorum? tangit Roland. conſ. 74. nu. 30. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Binæ hũc iacent hæſitationes quam breuis, nõ ſunt iam dies plures effluxi eradicauimus, & ſuis in locis collocauimus.

SVMMÆ.

1 *Teſtes deponentes ſe audiuiſſe aliquem Sacerdoti confitentem: illorum dicta minimè probare demonſtratur.*

2 *Sacerdotem ſcire confeſsionem a peccatore non vt hominem, ſed vt Deum mundi huius opificem.*

3 *Sacerdos data facultate, & expreſſa venia a confitente poterit confeſsionem patefacere, atque illius dictum probare ex communi opinione.*

4 *Clericus qui diſtulit a principio litis allegare priuilegium clericatus, an a Iudice laico mulctandus ratione contumaciæ? & nu. 6.*

5 *Iudicem*

Digitized by Google

5 *Iudicem ſecularem in expenſis aduerſus clericum nullam habere facultatem, vel poteſtatem.*

RACEMATIO 72.

ET ſi tantū non ſit in me roboris animi, tantumq; virtutis, vt quæ nunc pauciſsimis ennnciaturus ſum, attamen ſtudioſus lector, nō truci aſpectu imò fronte hilari ſalutabit ea. quorum
1 primum id occurrit, an † ſi teſtes aliqui deponant ſe audiuiſſe Sempronium Sacerdoti confitentem illorum dicta probent nec ne? vel confeſsio huiuſmodi confitenti ipſi præiudicium afferat? veritati inhærendo, quæ verborum adminicula minimè deſiderat, vt cū Seuero & Antonino Imperatorib⁹ exordiar, l. 1. C. ſi mino. ſe ab hæredita. abſtinue. & per illum textum Iaſ. conſ. ſuo 44. lib. 3. cū concordantibus, reſpondendum erit, quòd non: quę concluſio ſuaderi videtur, & primò Bald. documento l. archigerontes, C. de Epiſco. aud. cui aſſeclæ ſunt, Felin. cap. teſtimonium, nume. 35. de teſtib. Iaſ. in l. 1. §. huius ſtudij num. 6. ff. de iuſt. & iur. Felin. idem cap. deniq; de exceptio. nu. 3. ex quorum pronuntiatis, datur clarè intelligi confeſsionem corām Sacerdote in pęnitentia factam, minimè probare in iuditio, ex quò coram Deo facta exiſtimatur. † & meritò quia
2 cùm Sacerdos ipſe in actu confeſsionis veri Dei vices gerat, vt per Auguſt. Berō. famil. quæſt. 12. & ſciat ſibi confeſſa quemadmodum Deus huius mundi Redemptor, & non vt perſona humana, quòd illius nempè pronuntiatum probationē facere nequit, adeout quamuis teſtes, qui eam intellexerint confeſsionem, corām Sacerdote deponerent in iudicio illorum depoſitio minimè fidem faceret, & ſubſequenter confeſsionem in pęnitentia factam in aliquò confitenti, nec detrimētum illum inferre, & quid de laico, an adſtringi valeat ſub ſigillo confeſsionis Card. Zabarel. conſ. 35. ad idem, & ſecundò adducitur And. Alciat. conſ. 2. nume. 15. lib. 1. quo in loco poſt Tindarum tracta. de teſtib. aſſerit ſi duo teſtes audiuiſſent aliquem confitentem Sacerdoti, quod eorū dicta nō probant, nec talis confeſsio præiudicat hæc ille, vbi alios quoq; citat illum videto, ſi nō
3 piget. † poſtremò ad ita tenendum moueor contextibus, auctoritatibus, ac doctrinis à Maſcard. citatis concluſ. ſua 377. lib. 1. de probatio. nume. 3. vbi coangulat nihilominus nu 9. & inferius minimè locum ibi obtinere data venia ſibi expreſſa à penitēte, profectò tūc, ſi Sacerdos eſſet fide dignus, fides adhiberetur, atque probaret Sacerdotis dictum, ex allegatis à Lapo 94. Franciſ. viu. de vnanimi teſtatur conſenſu * in ſuis communibus opinionibus verbo confeſsio 142. & opinione 143. lib. 1. vbi plura cumulat quos ipſemet Maſcard. enarrat, & de Sacramentali confeſsione, quod à Sacerdote detegi nullo modo poſsit ſcribit Iacob. Menoc. cōſil. ſuo 431. nu. 56. lib. 5.

4 Alterum quod † occurrebat huiuſcemodi erat, nū clericus, qui ſilentio inuoluit ſe clericum, ab exordio controuerſiæ, condemnandus veniat corām Iudice laico? ſemota omni verborum pompa, quæ vana eſt, breuiſsimè fatendum erit, clericum, qui diſtulit priuilegium allegare iudiciſq; incompetētiam à Iudice laico minimè condemnari ratione contumaciæ, vel expenſarum rectè poſſe rationibus paulo inferiùs deducendis, quarum potiſsima fuit excerpta à Conſiculo Panormit. Abb. cap. ſi diligenti de for. competēt. vbi firmat ſecularē Iudicem nullo pacto aduerſus clericum Iudicem eſſe poſſe nec principaliter, nec incidēter, quam ob rem ratione contumaciæ clericus ipſe minimè valebit à laico Iudice mulctari, vt ibi per eum locupletiora docuit Hyppol. Marſ. §. diligenter, num. 203. ad ſaturitatem ſcribit Octau. Glorit. cap. ſuper literis in 5. not. num. 117. de reſcript.

5 Altera & ſpirans ratio hæc eſſe videtur, Iudex etenim ſecularis in huiuſmodi expenſis nullam habet facultatem, vel poteſtatem, ex quò nec quoq; in his, quæ incidenter veniunt aduerſus clericorum perſonas Boniſacius Octauus admonet, cap. ſi Iudex laicus, de ſenten. ex com. lib. 6. vbi probari cenſetur, vt tametſi Iudex aliâs, qui non habet poteſtatem in principali cauſſa, poſsit nihilominus de illo incidenti cognoſcere, nunquid ipſe iudex ſit ex reſponſis ab Innocentio Tertio Romano Pontifice cap. ſuper literis, de reſcrip. hoc tamen in Iudice laico haud ſibi locum obtinet aduerſus clericos ipſos quandoquidem tali caſu pertractatur de condemnatione perſonæ clerici, & conſequenter de Eccleſiaſticare, vel ſpirituali: poſtremò ac-
6 cedat, † Philip. Dec. conſil. ſuo 241. vbi in terminis, & fuſiùs vndè concludendum eſt clericos qui diſtulerint priuilegium clericatus, iudiciſq; incompetētiam allegare, quòd hercle mulctari nequeant in expēſis ipſis ratione contumaciæ à ſecularibus iudicibus, pulchrè Ioac. Mynſ. obſeru. 7. cent. 6. ſing. obſeru.

Digitized by Google

obſeru. ſpeciatim num. 6. & per totum, vbi tres enarrat caſus. ſed illud in mentem venit, numquid ſaltem condemnandi corã Eccleſiaſtico iudice, vel competenti? præcognoſcendus eſt Philip. Dec. vbi ſupra poſt num. 3. vbi curioſum miſſum facimus lectorem; qui cum plus otij nactus fuerit illũ adire valebit, ſuperius citatis coniicio Thomã Grammat. deciſ. 29. num. 4. Roland. Vallenſ. conſ. 12. num. 38. num. 41. & inferius lib. 1. in ſimili Iacob. Menoch. conſil. 268. nu. 11. lib. 3. & non immeritò, quia poni minimè debet falx. in alienam meſſem ex Tyber. Decia. conſi. ſuo 80. num. 23. lib. 3. & clericus non opponens declinatoriam incurrit excommunicationem. Pet. Surd. deciſ. ſua 26. num. 5. & debet à Iudice Eccleſiaſtico mulctari clericus, qui citatus à laico forũ non declinat, Gramm. in dicta deciſ. 29. nu. 6. & deciſ. 61. num. 8. cum concordantibus traditis nouiſsimè ab Octauio Gloritio prælibatò capite ſuper literis, in gloſſa in verbo niſi forſan, nume. 366. vbi ſubdit pena arbitraria eſſe puniendum poſt Menoch. quem ipſe allegat tracta. de arb. iud. caſ. 430. nu. 3. & an, & quando clerici ipſi corãm iudicibus laicis conueniri valeãt demõſtrat And. Gail. obſeru. 37. lib. 1. pract. obſeru.

ARGVMENTVM.

Vtile per inutile, an corruat funditùs, & quãdo? explicatur hoc in loco cum ſuis coangustationibus quãmuis paucisſimis ſuffulta floribus. non nulla ſucci plena docuit, Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 720. lib. 4.

SVMMÆ.

1 *Tutores duo vnus verus, alter falſus, ſi auctoritatem accomodauerint, ſubſtinebitur actus non obſtante falſo, idem de duobus notarijs rogatis, & num. 2.*

3 *Vtile per inutile vitiari quoties peccatur in forma totius actus, & ea ſublata ceſſare formatum, & num. 16. vbi de alia coangustatione.*

4 *Vtile ob inutile corrui ratione neceſſariæ dependentiæ, contractuſq; principalis, ſi non valet, neque etiam pacta, ac cæteras clauſulas in eis adiectas, & num. 6. vbi de alia exceptione.*

5 *Vitiato principali, et cauſſante acceſſorium, atque cauſſatum proſterni.*

7 *Teſtis cuius fides ob iuramentum indiuidua eſſe putatur, ſi falſus in vno capite, an in cæteris falſus cenſendus ſit? enarrantur quatuor caſus ex quibus dilucidatur ſanè quæſtio hæc, & nu. 8. & nu. 9. & nu. 10.*

11 *Statutum arctans ad electionem faciendam tempore aliquo, atque ideò vlteriùs procedens annullãdo, vel ſimpliciter prohibẽs, an ſaltem ſubſtineatur actus in tempore promiſſo? & num. 13.*

12 *Locationem rerum Eccleſiæ, aduerſus Pauli ſecundi conſtitutionem, vltra trienniũ in totum improbari atque reſcindi.*

14 *Offitialis, qui ſemel fuit an iterum ad idem munus recipiatur, & quid ſtantibus ſtatutis, vt finito biennio, vel quadriennio, quis idem amplius admicti non valeat: an eo effluxo adminiſtret? remiſſiuè.*

15 *Subſtantialia dicuntur ea, ſine quibus actus ſubſiſtere non valet.*

RACEMATIO 73.

STatueram iampridem illud iuris eſ ſatum aggredi, quod de vtili eſt re, an per inutile abſorbatur, & cum tempus expoſtulet, oportuniorq́ue ſit locus, non immeritò aliqua explicare niſus ſum, codices ipſorum iuris interpretum
1 inſectando † regulam itaque eſſe conſtat, vtile per inutile minimè vitiari in eo tantũmodo caſu, quo actus vtiliter ſemel in eſſe deducitur, profectò tunc minimè vitiatur ob quẽnis actum extrinſecum illi in inutiliter aduenientem. & inter cætera ſcribentium exempla is non alienus eſſe cenſetur, pro iunioribus, vt ſi duo tutores alter verus, alter falſus auctoritatem accomodauerit. ex quo vnius auctoritas ſatis ſit, ex Iuliani reſponſo l. conſilio, §. vlt. ff. de curato. furioſo. & per illum textũ adnotãdus erit cõſiodulus And. Barba. ad rub. de emptio. & venditio. num. 10. de locat. in decretalib. dum explanat, reſpectu abſtracti, & concreti cum ſimilibus. Ideoq; validi erit roboris, & momenti, quod geſtũ fuerit, & ſubſequenter minimè vitiari id ob
2 inutilem alteriùs auctoritatem † ex traditis per Philip. Decia cap. cum ſuper abatia, nu. 9. de off. delega. Iaſ. in l. 1. §. ſed ſi mihi nu. 11. de verbo. obligatio. quibus in locis aſſerunt, aceruatim loquẽdo, quòd ſi poteſtas vnicuique inſolidum competat non vitiatur actus propter inhabilis mixturã, facit quoq; vt ſi duo ſint notarij, quorum vnus priuatus fuit tabellionatus offitio, & rogati ſint ad inſtrumentum conficiendum, quod ex illo notario, qui priuatus eſt inſtrumentum minimè vitia-

viciatur, eſt Vlpiani locus ad rem hanc, in l. 1.ff.quod fal. tuto.geſt.ponderando eo in loco dum Vlpianus ait, quid enim ſi duo tutores, & quæ narrantur in textu cum concomitantibus à Io. Cephaxonſ.ſuo 319. num. 52. lib. 3. deductis. eo trahatur, Roland. Valléſ. conſ.98.num.7.lib.4.facit in ſimili Alex.ſententia conſ.113.num.20. & inferiùs lib.6.ac Tybe.Decia. reſponſio,conſ. 66. n. 5. lib.5.

3 Coanguſtatur primo loco † regula iſta, vt locum ſibi minimè obtineat quoties peccatum fuit in ipſa forma totius actus, quia tunc totum viciatur, vtile per inutile ſiue in indiuiduis, ſiue in diuiduis; forma etenim eſt illa quæ dat eſſe rei, eamque conſeruat in eſſe at abſque forma res corruit Vlpianus tùm in l. Iulianus,§.quantum.ff.ad exiben. tùm, & in l. cum hi.§.ſi prætor,ff.de tranſac. Io. Cepha. conſ.219.num.4. lib.2. Roland. Valléſ. conſ.72. num.66.lib.3.& ſublata forma ceſſat formatum Aymo. Sauilia. conſ.ſuo 230. num.3. lib. 1. Cepha. idem conſ. 422. num. 7. lib. 3. Rolanduſq; idem conſ.30.num.16. lib.4. Andr. Barba.ad rub. decretal. de cōſtitutionib. num.64. Socc. Iun. conſ.37.n.9. lib.2. cum alijs à Tybe. Decia. citatis, conſ. ſuo 64. num.28. & paulò poſt lib.5.

4 Secundo loco † excipitur ratione neceſſariæ dependentiæ, vtile tunc ob inutile viciatur ex adnotatis à Bar. in l.grecè, §.illud nu. 4.ff.de fideiub. acceſſorium nempè ſui natura abſq; principali ſuo ſubſiſtere non valebit ad tradita per Philipp. Dec. Hiero. Cagno. & alios in l.cū principalis de Regu. iur. Iaſ. in l.ſi ita ſtipulatus,§.Chriſogonus, num.48. de verbo. obligatio. vbi ſi non valet contractus principalis, neque pacta, neq; alia acceſſoria ſubſiſtunt.imò omnes clauſulæ in eo adiectæ, atque acceſſoriæ corruunt. Roland. Vallenſ. conſ.58. n.75.lib.3.Iacob.Mandel. conſ. 8. num. 19. & acceſſoria ſemper à ſuo principali regulantur Socc. Iun. conſ. 57.nu. 23. lib.2. & præcognoſcendus venit, Hiero. Alba. conſ. 19. num. 12. vbi declarat. accedat Io. Cepha. conſ. 168.nu.67.lib.2.& conſ. 382. num. 3. lib. quod tertio latè Iaſo. conſ. 133. nu.20. lib.4. Aymo. Sauilia.conſ.299.

5 lib 2. & principale † trahit ad ſe acceſſoriū ex congeſtis, & coaceruatis per Maſcard. conclu. ſua 14.num.3.& nu.13.de probatio, lib. 1.vbi explicat. & alibi legitimus, principali viciato, & cauſſante cauſsatum, atque acceſsorium proſterni Socc. Iun. meminit conſ.44. poſt num.7. lib. 1. cum ſimilibus.facit quia, ſi vxeratus monaſterium intrauerit atq; ideo ſciens ingreſsum nullius fore valoris obtulerit ſe, ſuaſq; facultates, & vxor illius repetijerit ipſummet à monaſterio, quod hercle viciato ingreſsu, viciari dicatur, & bonorum præcitatorum dedicatione, ſic Andr. Alcia. in l.1.§. ſed ſi mihi de verbo. obligat. Philip. Decia. autent. ingreſsi.poſt num.24. C.de ſacroſan. Eccleſ.quicquid alij concinati fuerint, Iacob. Menoch.conſ.396.num.7. lib.4. conſ. 378. num. 76. vbi ſupra in ſimili conducit, Iacob. eiuſdem reſponſio, conſ.ſuo 733. num. 12. num.30.lib.8. & expreſsè cauit, Tyber. Decia. conſ.40. num.85.lib.4.

6 Tertio loco † coāguſtatur, locum ſibi nō vendicare vbi vtile ab inutili ſegregari minimè valeat, dolo culpauè actum facientis, edepol tunc totum viciari fertur, ex adnotatis à micantiſsimo Vlpiano in l.1.§.item quæritur & paulò inferiùs vbi Bar.ff.de aqu. quotid. & eſtiu. de ampliori numero pecorum appulſorum, vt ibi per eum.

Quartò fallit, quotieſcunq; daretur indiuiduum ex rei natura ex conſcriptis à Bar. in l. grecè§.illud poſt num.4.ff.de fideiuſ. atq; à cæteris modernioribus in l.2.§. & harū de verbo. obligatio. ſed videndus eſt Octauius Gloritius in eius commen. cap. ſuper literis in pr.not. num.29. de reſcrip. alij, & in materia diuidua regulam limitat non procedere in doloſa ſubreptione, vt ibi per eum. Sed ex quarta fallentia infertur, ad quotidianam & pulchram facti ſpeciem nempè, fac teſtem cuius fides ob iuramentum indiuidua reputatur falſum eſse in vno dumtaxat, an in aliquo ei credatur iucūdiſsime lector, † pro te-

7 nui mea facultate, aſsiduiſq; occupationibus obrutus quatuor, & principes caſus eneruandos fore arbitratus ſum. quorū primus is eſt, ſi teſtis falſum depoſuerit circa principale factum, ſeu qualitates ſubſtantiales, & tunc exploratiſsimum eſt, illius depoſitionē in totum proſterni, ſiue capitula ſint ſeparata, ſiue connexa, vtroq; enim caſu eius teſtimonium, vtpotè vnicum, & ſuper vnico iureiurando fundatū nihili pendendū venit, quēadmodum ſcripſere noſtri in l. ſi ex falſis C. de tranſac. vbi in ſpecie Alex.num. 13. Philip. Decia. reſpondit, conſ. 105. ſub num. 5. & poſt eum, & cęteros cōcomitātes, Iul. clar.§. vlt.crimina. pract. quæſt. 53. poſt princip. verſ. ſed quæro, & inferiùs, vbi de conſono ſcribentium ore teſtatus eſt. quem aſsequitur, Marcus Aquilinus in l.1.§.ſed ſi mihi nu. 74. de verbo. obligatio.& ſic in indiuiduis ſiue natura, ſiue lege vtile per inutile corruit. quibus aggregentur, Socc. Iun. conſ.91.nu. 16. lib.4. Andr. Alcia. conſ.137.nu.4.lib.5.

Socc.

Digitized by Google

Socc. idem nepos, conſ. 147. num. 29. lib. 2. pulchrè & copioſè Iacob. Menoch. conſ. ſuo 701. num. 36. lib. 8. idem conſ. 537. num. 5. lib. 6. Tybe. Decia. conſ. 52. num. 51. & cõſ. 14. num. 53. lib. 4. & conſ. 92. num. 60. lib. 2.
8 Pet. Surd. dec. 16 & 326. ad finem. † Secundus caſus eſt, ſi teſtis non falsò, ſed errore ductus falſum diceret, vel obliuione lapſus fuerit in vno articulo, & tunc derogatur fidei in eo, & connexis ad eum, non enimuerò quò ad reliqua. Ange. conſ. 194. num. 2. & poſt multos optimè enucleauit Iacob. Menoch. tract. de arbit. iud. caſ. 308. cent. 4. lib. 2. vbi quoque ait, paulo inferiùs errorem in dubio minimè præſumi, & quòd cautum cõperitur ab ijs Leone, & Anthemio Imperatoribus, in l. ſi ex falſis, C. de tranſac. vt falsũ instrumentum in vno capite, ſubſiſtere dicatur in alijs intelligi debeat falſitate illa hoc eſt, non doloſa, & minimè concernente fidem, atque formam. Sed diuiduam, ſeparabilemq; materiam quamuis And. Alcia. in l. 1. §. ſed ſi mihi de verbo. obligatio. & cęteri concomitantes rectè putent hoc in pectore iudicantium reſidere, attenta qualitate perſonæ, temporum, atq; rerum. Sicut poſt alios tradit Iacob. Menoch. loco ſuperiùs deducto, quo me conijcio eumque refert, & ſequitur Marcus Aquilinus vbi ſupra nu. 76. Tertius
9 † caſus, vt ſi fortè teſtis falſum proferret circa qualitates, & accidentalia, & tunc nõ falſi pęna plectendus venit, ſed tantummodo extra ordinem iudicantium arbitrio, vt in ſententiam hanc condeſcẽdere Iaſ. in l. 2. poſt num. 16. C. de bono. poſſeſſio. ſecund. tabula Philip. Decia. cap. licet cauſſam, n. 22. de probatio. Thomas Grãmat. deciſ. ſua 43. num. 4. Socc. Iun. conſ. 31. num. 28. lib. 2. & ſenſerat Hippo. Marſ. in l. 1. §. præterea n. 25. de ſica. cum concordantibus.

10 Quartus ferè, & poſtremus † caſus eſt, teſtis falſus circa qualitates, & circumſtantias, quæ in aliquo pertinerent ad cauſſam principalem, tametſi pęna falſi locum ſibi minimè vendicaret, nihilominus teſti ipſi in aliquo non creditur Franciſ. Arer. conſi. 71. Curt. Iun. conſ. 122. nu. 8. Iacob. Menoch. tract. vbi ſupra caſ. 307. cent. 4. explicando, ut ibi per eum. ſcribit famigeratus ille vir Soc. Iun. conſi. 41. nu. 13. & inferius lib. 2. cum ſimilibus. quibus omnibus addo, multa coaceruantem Ioſep. Maſcard. concl. ſua. 742. 743. lib. 2. de probatio. per totum, ac Iacob. Menoch. tracta. de præſumpt. præſum. 22. lib. 5.

11 Quinto coanguſtatur † quotieſcunque lex totum annullet ex uno, uel partis defectu, circa quam coanguſtationem duo capita adnotanda ueniunt, primum eſt, & ſit pro iunioribus exempli loco, ſtatuto cautũ reperitur, conſiliariorum electionem fieri minimè poſſe, niſi ad annum, quod ſi contra factum fuerit nullius reputetur eſſe momẽti, euenit poſt modum electionem eiuſmodi ad Triennium fieri, ſi quæratur, an in totũ irrita ſit, an pro parte, & tunc in concuſsè fatendum eſt, etiã pro parte ſuſtineri non poſſe, & ſic minimè ualere uſq; ad annum. ita Alex in l. hac conſultiſsima num. 4. C. qui teſtamenta facere poſsit Iaſ. in l. ius publicum in extremo, ff. de pact. Philip. Dec. conſ. 229. num. 1. Hyſpanus is Didac. Couar. cap. 16. poſt num.
12 5. varia. reſolutio. lib. 2. † ubi ait, locationẽ rerum Eccleſiæ ultra triennium improbari, atq; ideò reſcindi, quo ad tres annos, & ſic in totum ex noua Pauli Secundi conſtitutione, quæ incipit ambitioſę inter extrauag. cõmunes de reb. Eccl. non alienand. pari quoque melodia electionem factã ad annos tres minimè ualere, etiam ad annum dumtaxat, ſtante ſtatuto, quòd conſiliariorũ electio fiat ad annum, & non vltra, & ſi contra fiat nulla reputetur, & ſenſerat Ludou. Roman. conſ. 66. num. 2. ubi Horat. Mandoſ. in additamentis ad eum qui alios comilitones citauit faciunt conſcripta à Iaſ. conſ. 132. lib. 4. Philip. Dec. conſil. 455. & conſil. 466. Iacob. Menoc. conſ. ſuo 718. lib. 8. ubi ſpeciatim de locatione rerum Eccleſiaſticarũ.

13 Secundum eſt † ſi ſtatutum retento eodẽ themate ad annulationem minimè proceſſerit, ſed ſimpliciter prohibitiuum fuiſſet, & tunc id ipſum cenſendum eſt, ut in totũ corruat actus, ex eo quia lex prohibitiua ſimpliciter ſemper habere uidetur derogatoriam clauſulam, atq; actus annulatiuam ex traditis à Iaſ. in l. non dubium, nume. 17. C. de legib. ſic recentiores iudicant in l. 1. §. ſed ſi mihi de verbo. obligatio. & in ſpecie Marcus Aquilinus nu. 58. & inferiùs vbi eleganter, & doctè ſubſtinet. at videndi ſunt Iaſ. in l. patre furioſo poſt princip. ff. de his qui sũt ſui vel alie. iur. Iacob. Mandel. conſ. 21. nu. 13. atq; Philip. Dec. conſ. 17. Roland. Vallenſ. conſ. ſuis 30. & 33. num. 11. lib. 3. vbi quando ſtatutum habet clauſulam annullatiuam inducit formam, & voluit Ioan. Cepha. conſ. 438. lib. 3. poſt princip. Iaſ. conſ. 166. poſt nu. 3. lib. 2. Tyb. Decia. conſil. 5. n. 33.
14 lib. 5. Philip. Dec. cõſ. 10. ſed † obiter quæro, vtrũ, qui offitium aliquod ſemel impleuit ad idẽ admitti valeat, & quomodo? præſertim

Digitized by Google

ſtantibus ordinationibus factis à domino Comite noſtro Mohac, vt ordinarij iudices creentur dumtaxat de biennio, in biennium, & an poſsit idem iuriſdictionem exercere finito biennio, vſq; in aduentum ſucceſſoris, adeundus eſt, Aymo Sauilia. conſ. ſuo 259. per totum ferè lib. 2. vbi multa pulchra, & quotidiana commemorat, idem conſ. 459. lib. 3.

15 Sexto loco † fallit, vbicunq; ſubſtantia detrahitur, vel aliquid inſeparabile profectò tunc omne id uitiari fertur: quemadmodum aiebat Vlpianus ad Sabinum, in l. per ſeruũ, §. deniq; ff. de uſu, & habitatio. & non immeritò cùm ſubſtantialia dicatur illa, ſine quibus actus conſiſtere nõ poteſt argument. eorũ, quæ tradit Alber. Bru. tract. ſuo de form. & ſollemnita. circa præludia in initio, & latè inferius uerſ. ſuper eſt priuſquam ad deſtinatam cum ſimilibus, quos affert Iaſ. in l. qui uſumfructum nume. 7. de uerbo. obligatio. explicando tamen per Marcum Aquilinum ubi ſupra num. 63. nu. 67. quo me remitto. ad materię ſplẽdorem ſcribit And. Gail. elegantem caſum obſeruati 4. per totum lib. 2. practica. obſeru. idem obſeru. 5. nu. 9.

16 Septimo ad hũc † loco coanguſtatur, quocies de contrahẽtiũ uoluntate limitata appareat et in ſeparabilibus, ac diuiduis, quia tũc utile p inutile uiciatur, & corruit, & ex compluribus iuris interpretũ exemplis, ſiue dogmatibus, ea non à longe ab eſſe uidentur, cuiuſmodi fuère Martiani in l. ſi quis allam, ff. de ſolutio. quo in loco eleganter docuit rẽ inſolutum datam pro parte euictã, ſeu duobus ex prædijs alterum euictum, integram remanere obligationem, ex quo creditor ea minimè accepiſſet, niſi pro ſollido illius fierent, uoluit Alex. conſ. 76. lib. 5. Philip. Dec. conſ. 421. Aymo. Sauilia. conſ. 435. nume. 10. conſ. 345. num. 8. lib. 3. accedat Pomponius, in l. ſi plura, ff. de edilic. edic. ubi de pluribus mancipijs uno pretio diſtractis, & cum alijs conteſtibus & concomitãtibus, quos latè deducit opulentus And. Tiraquel. tracta. ſuo de retract. tit. 1. §. 23. gloſ. 1. nu. 1. quos recenter aſſequutus eſt Marcus Aquilinus, loco ſuperius adducto, num. 80. & nu. 83. ubi declarat, multaq; alia ſimilia congerit ingenioſus, curioſuſque lector cum adire ualebit eum, iã pateant ueſtibula: cętera quoque ſupplere ad hypotheſim hanc ſpectantia unà cum ſcribentibus non dedignabitur, & ſpeciatim cum Marco Aquilino proximis in locis, & num. 112 quo regula initium capit, & nume. 43. & exuberantior infra.

ARGVMENTVM.

De ſtatutorum mente paratam exſecutionẽ tribuentium inſtrumentis enarratur, quo nam pacto intelligantur. conferunt ea quę ſcribit Tyber. Decia. conſil. 108. nume. 42. lib. 2.

SVMMAE.

1 *Inſtrumentum confectum in ea ciuitate, in qua nullum comperitur ſtatutum, ob quod permittatur inſtrumentis parata exſecutio, an exequi valeat eo loci, vbi tale vigeat ſtatutum? & num. 2.*

3 *Statuto exſecutionem tribuente, inſtrumentis intelligi debere dummodo ea ſint liquida, & clara, & quod dicatur liquidum, & clarum?*

4 *Nominatum exiſtimari, cuius nomen proprium expreſſum fuerit.*

5 *Citandus nũm debitor ſit aduerſus quem inſtrumenta exequi debeant?*

6 *Tertium pro ſuo intereſſe comparentem exſecutionem impedire.*

RACEMATIO 74.

Ciuilis ſapientię amatores, & egregij quidem uiri, ut diligentius, ac facilius inſtruamur, id plenè dilucideq; monſtrari conati ſunt, quod, & per commodum eſt, ſtatutorum reſpectu exſecutionem ſtribuentium, compertiſsima nempè loca Alphonſi Regis cap. quicunque, & cap. ad tollendam, & utrobiq; Conſiculus Ioſeph. Cumia more ſuo 6. & alibi 15. inter cætera admonent petentem inſtrumenti exſecutionem extra Siciliæ Regnum minimè admictendum fore explicãdo tamen, ut per Cumiam ubi ſupra cap. 15. nu. 36. cum con

1 cordantibus † pro quorum ornatu, & pinguedine nonnullas enarrare concluſiones ad ea ſpectantes eſſe decreui, quarum prima eſt, inſtrumentum confectum in eo loco, in quo ſtatutum compilatum non fuit, ob quod permictatur inſtrumentis parata exſecutio, & tunc conſtitutum eſt, id exſequi ualere in ea Ciuitate in qua huiuſcemodi uiget ſtatutum ſic ſcribunt Ludo. Rom. conſ. 243. Paul. Pariſ. conſ. 45. nu. 13. lib. 1. Iaſ. in l. cunctos populos prima lectu. nu. 20. C. de ſum. Trinita. & fid. Cathol. quæ concluſio locum ſibi obtinet quando ſtatutum tribuens eiuſmodi, exſecutionem Iudicij ordinem tãtummodo reſpiciat

Digitized by Google

reſpiciat, videndus eſt, Roland. Vallenſ. cõſ. ſuo 48. nu. 6. & inferius lib. 3.

2 Secunda † concluſio retento eodẽ themate, ſi ſtatutum exſecutionem, atq; condẽnationem reſpiciat, vt cum diſpoſuerit nullam opponi poſſe peremptoriam exceptionem, & tunc eo ventum eſt, vt inſtrumentum illud exſequi minimè valeat Ciuitate in illa, vbi compertum eſt ſtatutũ paratam exſecutionẽ concedentem inſtrumentis, ad hoc citantur Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 48. num. 7. lib. 3. Iaſ. loco prælibato lectu. 2. nu. 59. cum alijs concomitantibus, quos affert Iacob. Menoc. conſ. 746. num. 2. & inferiùs, lib. 8. quo loci conſuluit, inſtrumentum Hyſpanijs confectum in Ciuitate Genoę exſequi minimè debere declarando, vt ibi per eum.

3 Tertia † concluſio eſt, ſtatuto exſecutionem tribuente inſtrumentis intelligi debere dummodo ea ſint liquida, & clara, quemadmodum immemor non fuit Philip. Dec. cõſ. 682. nume. 9. quamobrem ſi inſtrumentum requireret mẽſuram alicuius fortè prædij ad hoc, vt dicatur perfectus contractus, qd exſequi non valebit priuſquam ſit facta menſura ipſa ex Alex. conſ. 188. num. 5. lib. 2. & conſ. 33. num. 7. lib. 6. & facit eiuſdem Philip. reſponſio, conſ. ſuo 618. nu. 5. cum ſimilibus. argumento eorum, quæ pulchrè tradũt Tyber. Decia. conſ. 81. nu. 34. & conſ. 23. num. 13. nu. 14. paulo poſt lib. 5. dum diſcutit, an & quando venditio iudicetur perfecta non facta menſuratione, & an dominium, & poſſeſsio transferatur ante menſurationem Aym. Saulia. conſ. 819. nu. 9. lib. 5. vbi de inſtrumento, quod exſecutionem paratam, ex ſtatuto habet, vt ſi liquidum nõ ſit ad exſecutionem perduci nõ antea debeat, quàm liquidatio illius appareat, de qua prænotanda ſunt, quæ ſcripſi racema. 35. diciturq; inſtrumentum liquidum, & clarum, quando ex illo patet quid, quale, & quantum creditoribus debeatur. ex coaceruatis à Didac. Couar. cap. 11. lib. 2. varia. reſolutio. ſcribit Ioſep. Cumia cap. quicunq; vbi ſupra, num. 98. nu. 100. & nu. 103. & concinnatus eſt, Iacob. Menoch. loco prælibato num. 4. nu. 7. cum concordantibus, Pet. Surd. deciſ. 27.

4 Quarta † concluſio, ſtatutum exſecutionẽ tribuens paratam creditoribus nominatis in inſtrumentis, quòd nominatus exiſtimetur, cuius nomen proprium fuerit expreſſum, vt conſuluit Iacob. idem conſi. 200. num. 10. lib. 2. argumento eorum quæ docuêre Tyb. Decia. conſ. 91. num. 16. & inferius lib. 5. ac Aymo. Saulia. conſi. 929. num. 7. conſi. 964. num. 22. lib. 5. Iacob. Menoch. conſil. 746. lib. 8. num. 9. vbi facti contingentiam, de qua ibidem ſubiungit, Chriſtopharũ Centurionum nominatum dici haud poſſe, ne dũ expreſſo ipſius nomine, verum etiam appellatiuo hoc eſt, ſub creditorum nomine ad quem te conijcio. locupletiùs idem conſil. 575. lib. 6.

5 Quinta † concluſio eſt ſtatuto exſecutionem tribuente, ſi quæratur nùm debitor citandus aduerſus quem inſtrumẽtum exſequi debeat? & tunc eo ventum fuit, quod debitor citari debeat eo in loco vbi cõpertus eſt, qua ex re, ſi in alia ciuitate foret quàm in loco, vbi aduerſus illum exſecutio poſtulatur, iudicem loci debere, in quo petita fuit exſecutio literas dare iudici illius loci, vbi debitor ipſe inuenitur, vt eum citari faceret. & an citatio requiratur in exſecutione fienda, ex cap. quicunq; ſuperiùs. allegato, videndus eſt, eo in loco Ioſep. Cumia nu. 116. & paulò inferius vbi cenſuit hodie minimè exigi citationem de neceſsitate in exſecutione facienda ad hoc, vt valeat exſecutio, vt ibi per eũ, cui concluſioni opitulatur Iacob. Menoch. vbi ſupra num. 17.

6 Poſtrema † concluſio ſtatutũ paratã exe cutionẽ tribuens inſtrumentis, quod tertius tamquam pro ſuo intereſſe comparens executionem ipſam impedire valebit, quemadmodũ in ſententijs, ex congeſtis per Cumiã vbi ſupra cap. 38. nu. 26. herclè admiſſum eſt tertiũ pro ſuo intereſſe in iudicio comparere poſſe, reluctante, & inuito principali, atq; ad illius defenſionem omnia, vel ignorata, vel omiſſa allegare a ſuo principali, vt poſt multos docuit Iacob. Menoch. loco prælibato, nu. 11. & inferius, vbi pulchrè, Io. Ceph. cõſ. 133. nu. 116. nu. 125. lib. 1. & ſcribunt Roland. Vallenſ. conſ. 5. poſt nu. 13. lib. 2. Aym. Saul. conſ. 592. nu. 128. lib. 4. ſuper quã ręprægnoſcenda erũt quę ſcripſi racematio. 31. cum concordantibus, & de tertio quo pacto audiri valeat pro ſuo intereſſe ad ſaturitatem And. Gail. obſeru. 70. practic. obſeru. lib. 1. idem obſeru. 72. nu. 4.

ARGVMENTVM.

Quę dicantur vilia opera, vel obſcęna, & mechanica ars, ad hoc, vt quis nobilis non cẽſeatur? Adeo, vt ad dignitatem admitti nequeat, & quid de exercente mercaturã pannorum? Iacob. Menoch. conſil. 648. lib. 7. vbi pulchrè.

Digitized by Google

SVMMÆ.

1 *Nobilitas cum aduenticia ſit minimè præſumitur ex cumulatis, à Maſcardi conclu. 1090. lib. 2.*

2 *Viles artes, vel reproba officia quæ? quod & alicuius eſt momenti pro ſtatutis, & num. 6. vbi affertur, Io. Cepha. vir excellens.*

3 *Valentini, ac Martiani Cæſarum enunciata, in l. humilem, C. de inceſt. nupt.*

4 *Ars mechanica eſt vendere oleum, ſal, cepas, & his haud diſſimilia.*

5 *Theodoſii, & Valentini Imperatorum reſponſa in l. ſi cohortalis, C. de cohorta.*

RACEMATIO 75.

AD amantiſsime lector, ſummo nobis documento eſſe videri, quod & quàm clarè colligitur ex Iurecõſultorum codicibus, nobilitatem mi-
1 nimè † præſumi, ea potiſsimum ratione, ex quò aduenticia ſit, ex congeſtis à Bal. in l. nõ ignorat, C. qui accuſa. non poſſ. & cap. 1. §. ſi ruſticus, vbi Matth. Afflic. num. 6. de pac. tenen. Socc. conſ. 246. lib. 2. Anto. Natta cõſ. 637. lib. 3. Roland. Vallenſ. conſ. 67. num. 27. lib. 3. cum concordantibus à recentiore Maſcard. conclu. ſua 1090. lib. 2. de probatio. in initio, cumq; ſuis dilatationibus, ſuiſq; coniugationibus, & quo modo conſideretur nobilitas ſcribit Aymo. cõſ. 757. lib. 5. & cõſ. 189. lib. 3. & num amittatur exercendo mercimonia, notariatum, vel aromatariam ſcribit Aymo. idẽ conſ. 163. lib. 1. Iacob. Mãdel. conſ. 43. per totum. atqui mei fuit propoſi-
2 ti, & inſtituti ſpeciatim † diſceptare, quæ dicantur viles artes, officiumue reprobum, ſtãte conſtitutione aliqua, vt nullus qui exercuerit, ſeu illius pater, vilem artem, ſordiduq; munus, recipi valeat ad dignitatem, vel officia anteſignatiora. & præſtringendo omnia breuiter præſertim multiloquio ſemoto, quod prudentiſsimos ſtomachari aſſolet, vt etiam Franciſ. Aret. exordiar, conſ. ſuo 11. admonet nos in primis, ſpecula. tit. de cler. coniug. verſ. illo incipiente, ſed quam dices honeſtã vel inhoneſtam negotiationem, quo quidem loco ſtatuit ipſe, tabernas tenere, fenus exercere, carnificẽ eſſe, pelles, coriaué parare, vilia fore officia, atq; valdè obſcenæ memoriæ prodidére Imperatores Valentinus, ac Martianus, in l. humile, C de inceſt. nupt.
3 † humiles, adiectaſq; perſonas eas tantummodo mulieres eſſe cenſemus, inquiunt ipſi, tabernariam tabernarij, vel lenonis, aut arenarij filiam, aut eam, quæ mercimonijs publice præfuit, & inter cæteros concomitantes textus, is Conſtantini Cæſaris, concinnari videtur in l. 1. C. de natural. liber. vbi idẽ cenſuit, viles igitur artes ſunt tabernæ, vel mercimonia, quæ nihilominus ars reproba interpretationẽ recipere debet, ex locorum conſuetudine, ac communi vſu loquendi, ex adnotatis à Socc. conſi. ſuo 246. lib. 2. cum ſimilibus. ſecundũ quem oportet nẽpè exercitium illud diurnum eſſe, atq; manuale. mercedem recipiens de die in diem.
4 Secundo loco, ego † reperio, ea mercimonia adiecta, atq; vilia denominari, quæ conſiſtunt in arte mechanica, vt vendere ſal, oleum, cepas, & ſimilia; quemadmodum facilè colligere licebit, ex Cęſarum pronunciato, in ſimul cum Accurſij gloſſemate in l. ne quis ex vltimis, C. de dignita. lib. 12. quibus accedit, Aymo. Sauilia. conſ. 163. nume. 2. lib. 1. Iacob. Mandel. conſ. 43. in initio. facit Romani Pontificis conſtitutio clem. prima de vit. & honeſta. Cler. vbi gloſſa in verbo macellariorum, ſuffragari exiſtimatur Caius Iureconſultus in l. nauta, ff. naut. caup. ſtabu. eo namq; loci ſentire videtur Caius, caupones, nautas, fullones, ſtabulariosq; ac ſarcinatores, & ſimiles adiectos eſſe; multa præclara ſcribit Iacob. Menoch. conſi. 666. num. 10. lib. 7.
5 Tertio loco † citantur Theodoſius, Valẽtinuſq; Cæſares, in l. ſi cohortalis apparitor, C. de cohorta. princip. lib. 12. vbi circa finẽ reſpondent, cunctos, qui diuerſarum rerum negotiationibus, detinentur, trapezitas, vel gemmarum, argentiq; veſtiumuè vẽditores, apothecarios etiam cæteroſq; inſtitores aliarum mercium, quibuſcunq; ergaſterijs adhærentes, iubemus à prouincialibus officijs remoueri, vt omnis honor, atq; militia à contagione huiuſmodi ſegregetur. ecce igitur quomodo nos inſtruunt ipſi, coadiuuare vidẽtur Iuſtinianus Imperator in l. 1. C. negotiator. ne milit. lib. 12. vbi gloſſa in initio, ac Anaſtaſius quoque Cæſar in l. vltima, C. de iuriſd. om. iud. vbi Accurſius in verbo negotiationum, dum interpetratur pellipellarios piſtores. datur itaque intelligi viles reputari tales tenentes huiuſmodi apothecas.
6 Quarto, & vltimo adhereat excellẽs † Io. Cepha. conſi. ſuo 237. lib. 2. per totum vbi plura cumulat hũc ſpectant egregia pronunciata, Iacob. Menoch. conſ. 225. nume. 31. nu. 55. nu. 68. lib. 3. & concinnius idem, conſ. 584. num. 13. & inferius lib. 6. Tybe. Decia. conſ. 7. num. 45. & conſ. 66. nu. 43. lib. 3.

Digitized by Google

lib. 3. Aymo. Sauilia. conſ. 489. nume. 5. & conſ. 549. num. 1. lib. 3. & vtrum ob exercitium mercaturæ derogetur nobilitati latè Ioãc Mynſ. obſerua. 54. centu. 6. ſingula. obſeruat.

ARGVMENTVM.

In materia conductionum hoc in loco recitã tur duæ, & non leues difficultates, quas minimè pigeat introſpicere.

SVMMÆ.

1 *Conductor, qui ob ſuperiorum iuſſus, vel aliquo timore iuſto ductus conductam domũ reliquit, an teneatur ad penſionem? examinatur, & nu. 2. & nu. 6.*

3 *Conductorem per ſuperiorem prohibitum, cui locator reluctare nequit liberari a penſione ipſa.*

4 *Locatorem, & conductorem ad imparia minimè iudicari, quod eſt alicuius momenti.*

5 *Propoſitum quod operatur in ſuo propoſito idem operatur oppoſitum in ſuo oppoſito.*

7 *Colonum prædia obnoxia habentem, an expellat emptor? & quid ſi paratus fuerit intereſſe ſoluere, an audiatur emptor? & num. 8.*

RACEMATIO 76.

Nec ex contractus, qui conſenſu contrahuntur pro confeſſo, & indubitato à noſtris habitum eſt, alienã non exiſtimari locationem, atque conductionem, quemadmodum enim ſolo conſenſu contrahitur venditio, ita & ſolo cõſenſu locatio, conductioq; ipſa l. 1. 4. 2. ff. locat. cum concordantibus, vbi Paulus, & Ca
1 ius cordatiſsimi viri id nobis demonſtrant. † at duæ excitantur, & non incelebres difficultates, quarum altera eſt huiuſmodi, num cõductor, qui ob præceptum ſuperiorum, vel aliqua ex cauſſa iuſta, vel timore, conductam domum dereliquerit ad penſionem teneatur? iucundiſsime lector, reiectis quibuſdam, quæ potius ad pompam, quam ad eſſe rei faciunt; vt exordiar, cum Bart. in l. ædita, C. de edend. & cum Iaſ. conſ. 8. lib. 1. cum ſimilibus. in eam facile itum eſt opinionem, vt conductor ipſe minimè teneatur. ad quã
2 † nempè demonſtrandam, citatur egregius Alphenus, in l. habitatores, §. vlt. ff. locat. vbi Rapha. Fulgo. quo loci docuit, conductorem, ſi iuſto timore affectus eſt, & ſubſequenter iuxta fuit recedendi cauſſa, cum non ſpõte ſed coactè de domo migrauit, pro tẽpore, ad penſionẽ minimè teneri, & conuenire videtur, Bar. legiſtarum Dux in l. 1. §. ſi penſio, ff. de migrando in extremo.

3 Secũdo principaliter loco † aſſertur, Paul. Caſtrenſ. in l. ſi fundus quem, ff. locat. in initio vbi ſcripſit, quod quando conductor per ſuperiorem prohibetur, cui locatur reluctare non valet, liberatur à penſione ipſa. cõducũt Ludo. Roma. conſil. 432. & Carol. Rui. conſ. 65. lib. 1. vbi quoq; num. 5. cenſuit, conductorem agere poſſe, vt liberetur à penſione per eũ promiſſa, ſcribit Alberic. ſuperius citato, §. ſi penſio, de migran. vbi aliqua pulchrã, ac ſatis eſſe illum habuiſſe iuſtam credendi cauſſam, quod periculum ſub eſſet ex Paul. Caſtren. ad leg. habitatores, §. vltimo, ff. locat. vbi optimè declarat. adeas ſi placet, Pet. Surd. deciſ. 326. vbi multa habes ſimilia.

4 Tertio loco † ſuadetur opinio hæc tali mõdo, quo vſus fuit Nicol. Boer. deciſ. ſua 249. num. 9. inquit enim Nicol. quod ſi dominus inuito, ac reluctante inquilino intremittat in domum conductam meretrices aliquas, certè inquilinus ex eã, ad aliã migrare valebit; quemadmodum ſi locatori ipſi ſuperueniat neceſsitas ampliorem cõducendi domum ob vxorem, quod infra locationis tempus poſſit conductorem illum expellere, vt ſtatuit Imperator Antoninus, in l. ædem, C. locat. vbi Bal. Salicetus, & alij. obiter adnotato, circa legem illam And. Alciat. conſ. ſuo 35. lib. 8. Philip. Dec. conſi. 667. num. 8. cum concordantibus. ideoq; ne imparia iudicentur dicendum eſt, conductorem iure merito ob timorem, vel ſimilem cauſſam è domo migrare, atq; pro futuro tempore renunciare,
1 ſoluendo tamen pẽſionem pro temporis ratha iam elapſi
5 attento quod † contrariorum eadẽ eſt diſciplina, vt perſcribentes ad rub. de acquiren. poſſeſsio. quibus aggregatur Octa. Glor. in eius comm. cap. ſuper literis nu. 137. de reſcript. facit anxioma id, quod operari propoſitũ in ſuo propoſito, idem operari oppoſitum in ſuo opoſito. pro hoc allegare ſoleo, Papiniani reſponſum in l. cũ pater, §. dulciſsimis de legat. 2. quo in loco, dũ reddit rationem facti ſpecie de qua, vt ibidem per eum, nempè communionem excitare diſcordias, dicit manifeſtè intelligi diuiſionem tamquam communioni oppoſitam operari pacem. accedant, Socc. Iun. conſi. 16. nume. 6. lib. 3. Iacob. Menoch. conſil.

272. nu. 10. lib. 3. Tyber. Decia. conſ. 60. nu. 34. lib. 2. Ioſep. Maſcard. concluſ. 815. num. 8. lib. 2. de prbatio. & quod locator, conductor, non iudicetur ad imparia, voluit Roland. Vallenſ. conſ. 69. nu. 27. lib. 4.

6 Poſtremo † fulcitur ſententia hæc, auctoritate Socc. Iun. conſ. 97. & conſ. 121. lib. 3. ad fauorem, gratiamq; Pamphili medicinæ doctoris, quæ loca, ſi placet videantur, quia valde ſubtiliter, & doctè ſubſtinet per multa media, quæ ſilentio inuoluo, cum liber ſit impreſſus. ſanè cōſtat, conductori locatoris culpa alibi impedito, penſionem remitti debere, ex coaceruatis à Iacob. Menoc. conſ. ſuo 531. lib. 6. ſed an liceat conductoribus ipſis à conductis domibus migrare, ex eo quod tetris imaginibus, nocturniſq; illuſionibus, moleſtentur? remiſsiuè per Didac. Couar. cap. 6. variar. reſolutio. lib. 4. vbi, & doctè, & copioſè concinit. & an conductori impeditu perfrui conductare reintegrari debeat locata res temporum pro generatione Tyber. Decia. reſpondit, conſ. ſuo 107. lib. 2.

7 Altera † difficultas erat, numquid ſi prædium diſtrahatur, colonus habens bona ſibi hypothecata expelli queat? quippè inficiari haud poterit, emptorem minimè teneri ſtare colono, quemadmodum memoriæ prodidit Imperator Alexander in l. emptorem, C. locat. vbi Bart. & alij famigerati ſcribentes Io. Cepha. conſ. 181. nume. 16. lib. 2. cum deductis à Pet. duen. regul. ſua 240. attamē ſi colonus ipſe pro locationis obſeruatione prædia haberet obligata, eo nempè caſu, poterit pignoris loco rē detinere ad hoc, vt ei obſeruetur, quod promiſſum fuit Io. Amic. conſ. 113. Franciſ. Becc. conſil. 80. & poſt cæteros recentiores Nicol. Moz. tracta. de contrac. ſub tit. de locat. & conduc. col. vlt.

8 num. 16. ſed fac † obſecro, emptorem ſoluere velle intereſſe colono nūm expellatur? & quidem concludēdum fore cenſent iuris interpretes, & præſertim Paul. Caſtrenſ. in l. ſi filio familias, §. ſi vir. nu. 4. ſolut. matrim. emptorem ipſum recipi atque ideò potiora obtinere iura. cum quibus conuenit, Rolan. Vallenſ. conſ. 6. num. 10. lib. 1. quæ nihilominus concluſio coangustatur, locum minimè ſibi obtinere ſi in locationis inſtrumento appoſitum eſſet iuramentum. tunc profectò tenetur præciſè ad factum emptor ſuperius adductus, ſic ſcribit Roland. Vallenſ. vbi ſupra num. 29. & poſt eum ex modernioribus Nicol. Moz. prælibato loco poſt nu. 16. quo loci, de communi teſtatus eſt ſentētia alios citando.

ARGVMENTVM.

An minori ſuffragandū in appellationis materia de læſione nō conſtito, & de inſtantia perempta curatorum defectu, contra quem habendus ſit regreſſus, & nūm quadrienpio effluxo, minoribus ſuccurratur? & quod tempus ſubtrahendum? Aymon. conſi 967. nu. 31. lib. 5. idem conſ. 722. lib. 4. vbi alia venuſta.

SVMMÆ.

1 *Minorem, qui non appellauit, aut proſequutus non eſt appellationem, an reſtituendū, non conſtito de læſione? & num. 2. vbi de communi ſententia.*

3 *Inſtantia curatoris defectu, ſi pereat, an reſtituendus veniat prius minor, an ne agat aduerſus eum?*

4 *Minor ad hoc, vt reſtitutionem mereatur, eum probare oportet ſe læſum, & minorē, atq; ſui facilitate, aduerſariiq; dolo?*

5 *Reſtitutionem in integrum ex capit. minoris ætatis vbi quadriennium effluxum eſt nō admitti.*

6 *Præſcriptionē triginta, vel quatraginta annorum, abſorbere beneſitium reſtitutionis in integrum.*

7 *Reſtitutio in integrum, an, & quando detur, ex cap. ignorantiæ? remiſsiuè.*

RACEMATIO 77.

His, qui iudicialibus controuerſijs instruendis, atque diffiniendis operā dare conantur, id frequentiſsimè obuiū eſt, vt cum Hyſpano Didac. Couar. exordiar, cap. 19. practica. quæſtio.

1 cum alijs ſimilibus. nūm quid † minor aſſerens ſe læſum fore, eo quia non appellauit, aut minimè proſequutus fuit appellationē, atque ideò ad effectum appellādi reſtitutionem poſtulet, aſſertio illa habeatur pro legitima probatione? lector optimè, dum iuris interpretum commentaria euoluimus, & ex noſtra tenui facultate examinauimus, tandē comperimus, accuratim loquendo, à noſtris multis in locis, controuerſiam hanc ſcribi, ac in varias opiniones irruere cuiuſmodi fuēre, & Legiſtarum Dux Bar. in l. vlt. vbi alij num. 10. C. in quibus cauſ. reſt. in integ. non eſt neceſſa. vbi Paul. Caſtren. nu. 5. Bar. idē in l. nam & poſtea, §. ſi minor num. 6. vbi idē Caſtren. num. 7. vbi Iaſ. & reliqui, vbi quoq; Alex.

Digitized by Google

Alex.ſub num.9. Idem conſ. ſuo 80. num.4. lib.7. & conſ.55.poſt num.18. lib. 5. Panor. Abb.conſ.77.lib.2. Philip.Decia.conſ.436. num.5. idem conſ.ſuo 341. num.15. Aymo. Sauilia. conſ.179.nu.8.lib.1. Io. Cepha.conſ. 241. num. 107.lib.2.Socc.Sen.conſ.194.lib. 2. Nicol.Boer. Deciſ.63.nu.4. Anto. Capic.
2 deciſ.109.multi † cōcomitantes afferri poſſent quos non transplanto, ne papyrum denigrem, ex quò ipſum me monet. Ideoque hūc pro inſertis habeātur at porrò huic examini anteſignatur non nullorum opinio conſono admiſſa * ore,communibuſq; ſuffragijs, nempè minorem læſum minimè dici, eo ipſo, quòd non appellauit; ſed oportere ipsū probare tale quid, ob quod in appellationis cauſſa vincere deberet, & ſic reſtitutionem haud dari aduerſus, appellationem omiſſam, vel deſertam niſi priùs de læſione conſtito. Ita ſapienter docuit, Roland.Vallenſ. conſ.ſuo 53. num.42. & num. 44. & poſt nu. 45.lib. 2. vbi alios citat, ex quo dicit ipſe, non ſequitur deſerta eſt appellatio,igitur eſt læſus, vt ibi per eum cum concordantibus. Cui addo,Nicol.Boer. deciſ.79. num.6.quo loci demonſtrat, veriorem, crebrioremque fuiſſe ſententiam hāc * * in præſentia citatā. nihilominus Ioac.Mynſ. obſer.17. ſingu.obſer. cēt.4. teſtatur minores in camerali iudicio reſtitutos, fore ſemota oī examinatione.

3 At † non inuenuſta occurrit quæſtio,& minimè ſpernēda,fac perire inſtantiam tutorū, vel curatorum culpa,an pupillus,minorué recurſum habeāt aduerſus illos,an ne priùs reſtitutionem mæreantur? memoriæ prodidit Imperator Iuſtinianus, in l.properandum.§. vlt.C.de iudit.& tangunt gloſſatores, conſt. minorum iura, ad verbum procuratorū, vbi Matth. Afflic. num.19. ex recentioribus Roland. Vallenſ. conſ.ſuo 40.num.14. lib.3.cū concordantibus, quo in loco iudicat, quamuis ſi inſtātia pereat tutoris defectu,primùm haberi recurſum aduerſus eum, & ſi non eſt ſoluendo, reſtitui contra præcitatæ inſtantiæ lapſum, ex Cæſaris reſponſo.§.vlt.vbi ſupra,attamen amplectēda eſt opinio ea,vt citiùs reſtitui debeat etiam, ſi læſus fuerit illius facto, abſque eo,quòd priùs agat aduerſus tutorē, vel curatorē, hæc ille poſt Bal. & alios quo te remitto,& ad id Cæſareum pronuntiatum reſdondet, ſpeciale eſſe illo in caſu. accedant Iacob. Menoch. conſ.894 paulò poſt num.21.lib.9.Roland.idem conſ.72. num 46. num.47. lib.3.atqui ſuperpondij lo
4 co † illud prætei fluere non ſinam, in materia ipſa reſtitutionis in integrum,quāuis extra ſubiectum, nempè ad hoc, vt ea locum ſibi vendicet, requiri illum talem minorem ex notiſsimis iurium regulis, atque læſum ſui quoque facilitate,& aduerſarij dolo, adeò vt ſi minor is in libello ſuo dicat ſe minorem, & læſum, non tamen concludit, niſi addat ſe læſum facilitate ſui,aduerſarijq; dolo Philip. Decia. in l. nihil conſenſui,§.1. de Reg. iur. & poſt eum Nicol. Bello. conſ. ſuo 18. num.19.& paulò inferiùs vbi multos concomitātes enarrat Roland.conſ.10. lib. 4.Ioa. Mynſ.obſerua. 16. ſingu.obſer. centu. 4. de quo quidem themate,vberiùs alibi, Deo Duce examinabimus. voluit Io. Cæphal. conſ.
5 348. num.18. lib.3.† admonendi tamen ſumus,reſtitutionē peti minimè valere ex capite minoris ætatis. vbi quadriennium eſt effluxum, beneſitium profectò id, eo elapſo, poſt ætatem minorem expirare, teſtatiſsimū eſſe videtur, atq; ideò reſtitutionis petendæ quadriennium eſt tempus poſt eam: quemadmodū de omnibus his pulchrè ſcribit Io. Cepha. conſ.314. num.11. num.33.& num. 35. lib.3. pulchrè per Tybe. Decia.conſ.ſuo 411 num.134. & inferius lib.2. videndus eſt Pet.Surdus deciſ. 136.& an detur reſtitutio aduerſus præſcriptionem, & quando idem deciſ. 4. vbi multa habes faciunt allata per Nicol.Bello.loco nuperrimè citato n.16. cū ſimilibus.Idē Cæpha.conſ.3. nu.130. lib. 1. fructuoſiùs, & cōpertiùs docuit And. Alcia. conſ. 1.num.32. & paulò poſt lib. 3. quibus omnibus adduco, Honorij, & Archadij Cæſarum pronuntiata,l.ſicut,C.de præſcrip. 30. vel 40. anno.& per illum tex. elegantiſsimè Io. Igne. l.3.§.eleganter,ff.ad ſenat.Conſul. Sellania. poſt nu.215. quo loci intrepidè aſ-
6 ſerit,† præſcriptionem 30. annorum abſorbere beneſitium reſtitutionis in integrum.& num. 218.de quadriennij computatione, & poſt num.223.vbi perpendit Cæſarum ſuperiùs allegatorum verba legis ſicut, cum cōcordantibus, vt ibi per eum, ad quem te reijcio, vt ad vberem aquarum fontem. faciunt congeſta,per Iaſ. conſ.55.lib.1.Iacob. Menoch. conſ.932. num. 25. & inferiùs lib. 10. conſ.887. num. 66. lib.9. conſ. 757. ſub num.19.& conſ.714. nu.16. lib.8. & an probanda ætas, & vtrum reſtituenda veniant, quæ acceparat minor? Idem conſ. 644. cōſ. 693.num.9.num.16.lib.7 idem ſcribit, cōſ. 635. num. 7. lib. iſto conſ. 279. num. 52. & paulò inferiùs lib. 3. Aymo. Sauilia.cōſ.329. num.9.lib. 3. & de quadriennio idem conſ. 100. num.291.num. 292.lib.1.Tybe.Decia. conſ.81.num.13. num.17. lib.5. idem conſ. 54.num.

Digitized by Google

54. num. 22. num. 32. lib. 4. & conſ. 108. nu.
7 26. lib. 3. & † quando detur ex capite ignorantiæ, vel non? declarat Tybe. idem conſ. 46. num. 147. & conſ. 13. num. 83. & latè inferiùs idem conſ. 2. num. 137. num. 138. lib. 2. & conſ. 18. num. 41. & abundè infra lib. 1: quibus in locis, ſatis, ſuperque, doctèq; cauit. Aymo. Sauilia. conſ. 685. num. 18. cōſ. 650. num. 5. num. 9. & conſ. 722. nu. 1. nu. 4. lib. 4. idem conſ. 966. num. 31. & conſ. 930. ad finem lib. 5. & de reſtitutione faciēda volens à contractu diſcedere, generatim loquēdo, ad tradita adeas, eiuſdem Aymo. conſ. 854. conſ. 747. num. 6. conſ. 957. nu. 25. lib. 5. & de quadriennio continuō Socc. Iun. cōſ. 19. lib. 3. cum ſimilibus. & de præſcriptione 30. vel 40. annorum decius conſ. 558. nu. 10. & inferiùs, & vtrùm ſtatutaria currat contra minorem? Decius idem, conſ. 556. num. 7. vſque ad finem, & nùm minor aduerſus cōtractum iuratum reſtitutionem in integrum petere valeat, Andr. Gail. obſer. 41. lib. 2. pract. obſer. ait, quòd excludatur poſt nu. 4.

ARGVMENTVM.

Egregia dubitatio vtrùm donatio à patre facta filio familias, ad effectum, vt ſacerdotij ordinem aſſequi valeat in portionem legitimæ imputetur?

SVMMÆ.

1 *Legitimæ renūtiari debet ſpeciatim, alioquin detrimento filius non afficitur.*

2 *Donatio facta filiò familias, ad ſacros ordines conſequendos, an in legitimam imputari debeat?*

3 *Sententia contraria illuſtrior viſa fuit, vt imputetur.*

4 *Didaci Couarruuiæ Hyſpani opinio tenetur, Ioannis Fabri reijcitur, & confutatur.*

RACEMATIO 78.

Compertiſsimum eſt, filium, qui ſpeciatim legitimę non renunciat, nullum ſibi pręiudicium afferre vber-
1 tim † nos admonet Imperator Iuſtinianus, in l. ſi quando §. & generaliter, C. de inoff. teſta. ponderando eo loci, dum dicitur, niſi hoc ſpecialiter ſiue in apoca, ſiue in tranſactione ſcripſerit, vel pactus fuerit, & ſensêre Alexan. conſ. 8. lib. 3. Curt. Iun. conſi. 47. nu. 1. & per illum textum Hieron. Alba. conſ. 37. nu. ad huc primo, quem ineuitabilem nuncupat, latèq; defendit, & nu. 5. vt ibidem multis alijs per eum cūgeſtis præcidentem in generali bonorum paternorum renuntiatione iuramēto ſubnixa, minimè includi legitimam, cui exagero, Iacob. Menoch. conſ. ſuo 611. num. 37. lib. 7. Aymo. Sauilia. conſ. 832. num. 5. lib. 5. eamq; ſine grauamine illo deberi, Ioſeph. Maſcard. conclu. 1236. num. 73. lib. 3. de probatio. Tybe. Decia. conſ. 86. num. 64. lib. 3. videndus eſt Roland. Vallenſis conſ. ſuo 99. lib. 4. atqui non floccipendenda eſt dubitatio illa, quæ præſefert, patres familias vni ex filijs ſuis perſæpe donationem conferre aſſolent, vt ſacerdotij ordinem aſſequi poſsit, atq; ut ad illi' ꝓmoueri valeat grad', ex ſancione Alexādri Tertij Romani Pontificis cap. Epiſcopus de præbendis, & videndus eſt, Io. Igne. in l. 3. §. ſubuenitur n. 169. ff. ad Senat. Cō. ul. Sellania. quo fit, vt à fratribus controuerti
2 non rarò ſoleat, an † eiuſmodi donatio ipſi Clerico in legitimam imputari debeat, nec ne? & nempè deducitur Io. Fabri pronuntiatum, §. vlt. inſtitutio. tit. de in off. teſta. qui arbitratur, donationem hanc filio in legitimā imputandam minimè fore, ex eo quia ad illum effectum collata donatio diſtrai nequit. igitur datur intelligi, in eam minimè imputari debere, prout cautum reperitur ex Cæſarea Conſtitutione, in l. omnimodo §. impu tari, C. de inoff. teſta. multoq; minus ſpiritualis militia à filio ipſo adepta. & prænotandus erit, Aymo. Sauilia conſ. 136. vbi pulchre
3 lib. 1. attamen quicquid ſit, contraria † ſententia illuſtrior viſa fuit, vt donatio ſuperius deducta ob cauſſam factam dicatur, & donationis inſtar, quæ filio familias propter nuptias fit, herclè iſta ad matrimonium carnale illa ad ſpirituale. affluenter tradebat Nicol. Mozz. ſuo locupleti tracta. de cōtrac. ſub tit. de donatio. In earum diuiſione nu. 7. & col. in ordine prima ſub num. 19. qua de re donatio ipſa non inualida ab initio cenſeri debet, & ad eius cōfirmationem patris obitu haud indigere, & ſic in legitimam imputari portionem fratri ipſi clerico, vel cohęredi ad do
4 nationum inſtar propter nuptias, quæ † profectò imputari non ambigitur ex traditis à ſcribentibus in autent. ex teſta. C. de collat. de quibus quidem bonis, valdè cautum fuit, à Reuerendiſsimis illis Sacroſanctæ Tridentinæ Synodus ſeſsio. 21. cap. 2. quam ſententiam, notabiliter, & latè tenuit, Didac. Couar. Cap. Raynaldus, §. 2. poſt nu. 7. de teſta. diſcedamus itaque à Fabro, & aſſentiamur Hyſpa-

Digitized by Google

Hyſpano Couar. qui intrepidè ſic concludit. cū quo quidem conuenire videntur, Iaſ. cōſ. 160. num. 2. lib. 2. Io. Cæpha. conſ. 42. nu. 10. lib. 1. vbi multos citat. & adeundus eſt, Roland. Vallenſ. conſ. 11 lib. 2. & conſ. 44. n. 25. num. 30. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 154. nu. 7. lib. 2. cum ſimilibus, & concordantibus.

ARGVMENTVM.

An, & quando tertius, vel venditor ab appellandi facultate excluſus exiſtimetur, & vtrùm à ſententia lata aduerſus emptorē appellare valeat?

SVMMÆ.

1 *Emptor ſi appellationis cauſſa ſuccubuit, an venditor pro ſuo intereſſe appellare valeat? examinatur, & nu. 2. vbi de capite poſteriori.*

3 *Aliud eſſe, vtrùm venditori ſententia obſit, & aliud eſt, numquid appellandi tempus lapſum fuerit.*

4 *Appellandi tempus decem dierum, à die ſententiæ, ac ſcientiæ tribui.*

5 *Appellare poße quemlibet, non ſolùm ob verum intereße, verumetiam ob quale præiuditium.*

6 *Sententia validi cenſetur fore momenti, quãuis tertium notificari minimè aporteat; attamen, vt venditori ipſi præiudicium afferat exigitur eandem ipſi intimari.*

7 *Ioannis Cephali præclariſſimi iuris interpretis conſilia docta citantur.*

8 *Sententia lata aduerſus principalem debitorem, an fideiußori, & quando detrimentum afferat? remiſſiuè.*

RACEMATIO 79.

NOnnulli, & cordatiſsimi noſtri per commentariorum relationes cogitatam illam relinquere poſteris curarunt dubitationem, vt minimè interire, ſed ætatibus ſingulis voluminibus æditis gradatim peruenire. tantaque cætera munera abiſſorum prudentia priuatim, publiceq; hominibus præparata fuére, quibus non ſolùm arbitror infinitas agenda fore gra-
tias, verùm etiam palmas, & coronas tribui
1 oportere. quæ huiuſmodi eſt, fac obſecro † emptorē appellaſſe, & in appellationis cauſſa ſuccubuiſſe, nùm venditor appellationem interponere poſsit pro ſuo intereſſe? iucunde lector, perſtringendo rem in claris terminis, in quibus tàm ſtultum eſt argumentari, quàm ſub clariſsimo ſole mortale lumen afferre, vt cum Roland. Vallenſ. concuiã conſil. ſuo 70. lib. 1. duo conſtituenda ſunt capita, primum caput illud ſit, vt ſi fortè quæramus nùm ſententia, tertio noceat, vel ipſi vēditori, & tunc conſtituenda eſt regula, quod ad hoc, vt obſit ſatis eſſe tertium illum cauſſam motam non ignoraſſe, quamobrem ſententia lata aduerſus emptorē venditori obeſſe cenſetur.

2 Alterum caput, † quòd ſi anxiè quæratur, an tertio, venditoriuè appellandi tēpus currat eo dumtaxat prætextu, quòd motæ litis conſcius fuerit, & tunc fatendum eſt ſententiæ nempè latæ ſcientiam requiri, ad quam demoſtrandam opinionem, ex poſteriori capite aſſertur, & primo egregia Paul. Caſtr. deciſio. in l. ab executore, §. alio, poſt num. 2. ff. de appella. quo in loco ſenſit ad hoc, vt ſententia obeſſe dicatur, tertio ſufficere ipſum ſciuiſſe cauſſam agitari, vt autem ſibi appellandi tēpus decurrat requiri debere ſciē-
tiam latæ ſententiæ, cuius quidem ignorantia cauſſat appellandi tempus in ſuſpenſo ſtare, quamuis aduerſus debitorem cucurrerit;
3 † aliud igitur eſt quærere, numquid ſentētia venditori noceat, vel tertio, quo fit, vt ſatis ſit illum ſciuiſſe cauſſam motam fuiſſe, & cōſequenter ſententiam latam contra emptorem venditori nocuiſſe, & aliud eſt num venditori præcitato appellandi tempus lapſum fuerit, ex eo ſolo, quod motæ litis ſcientiam habuerit, enimuerò tunc ſententiæ latæ requiritur ſciētia, vt ibi per eum, quem refert, & ſequitur Io. Cepha. conſ. ſuo 279. numu 5. lib. 2. per totum.

4 Ad idem, † & ſecundò principaliter loco fulciri videtur ſentētia iſta, nam tempus decem dierum ad apllandum à die ſententiæ, ac ſcientiæ tribuitur ex Ange. conſ. 302. nu. 4. ratio hæc eſſe videtur, quia tale tempus ab initio eſt vtile, ideoq; ignoranti minimè currit Bald. in l. ſcire oportet, §. oportet, in extremo, ff. de excuſa. tuto. Io. Cepha. vbi ſupra num. 2. poſt Felin. in cap. quo ad conſultationem, de re iudica. Ioac. Mynſ. obſeruat. 2. ſingu. obſeruat. centu. 2. conueniunt pro ornamento, & quæ affert Octauius Gloritius de tempore præfinito, qđ ignoranti nō currit, in cap. ſuper literis, à num. 182. vſq; ad num. 189. de reſcrip. exigitur itaq; ſcientia latæ ſententiæ, vt quis ab appellandi facultate excludi valeat, quæ herclè ſcientia ſi requiritur in principali, fortiùs, citiuſq; de-

Digitized by Google

ſideratur in tertio, vel venditore, ex quò facilius admittitur ad appellandum tertius, quam principalis, Romanus Pontifex clement. prima de re iudica. Bar. in l. 1. §. 1. ff. quand. appella. nō lice. Iaſ. in l. à Diuo pio. §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudica. cum concor-
5 dantibus. meritò ergo † obiter, & vt aiunt per tranſennam animaduertat iunior, & curioſus lector quemlibet appellare poſſe, non tantùm ob verum, & certum intereſſe, verū etiam ob quale præiudicium, vel ſuſpitionē, quemadmodum poſt cæteros docuit, Iacob. Mandel. conſi. ſuo 92. nu. 6. & appellantes eatenus audiēdi, quatenus ipſorum intereſt, atq; appellationem nulli denegandam fore, etiam Diabolo, Paul. Pariſ. aſſerit conſ. 28. num. 11. lib. 4. & poſt eum Socc. Iun. conſ. 75. num. 21. lib. 4. & an currat de momento, ad momentum Alex. tangit conſ. 87. lib. 7. cum concomitātibus alijs. ab And. Gail. obſeru. 139. pract. obſeru. lib. 1.
6 Tertiò quoque loco † citantur Alex. in l. de vno quoq; nu 17. ff. de re iudica. & idem conſil. 86. lib. 2. Philip. Dec. in l. iureciuili num. 4. de regu. iur. Franciſ. Ripenſ. in l. filiusfamilias, § diui, num. 62. & inferiùs de legat. 1. quibus in locis tradunt. ad ſentētiæ validitatem minimè neceſſarium fore, vt notificetur tertio, cui ſcientiā proceſſus obeſt, ſed quamuis, vt ſententia validi ſit momenti non requiratur, vt alteri notificetur, quam condemnato oportet nihilominus, vt tertio, vel venditori præiudicium afferat eandem ſibi intimari, vt igitur ſentētia illi noceat ipſe quoq; citari debet.
7 Quartò, & poſtremò † deducitur præclariſsimi Ioan. Cepha. conſ. 106. lib. 1. per totū, quo in loco pro Gaſpare, ac Hippolito De maſio ſuper hac facti ſpecie eleganter, & doctè cōſuluit idipſum ſcripſit idem conſ. 279. lib. 2. per pulchra, & ſubtilia ſua copioſa media locos illos adire poteris. congruere videntur, ſi placet, quæ docuit Roland. Valenſ. conſ. 92. num. 7. vbi plures citat lib. 4. de communi, magiſq; communi opinione aſſerens quamuis poſt nume. 19. refellat, vt ibi per eum, quo me remitto. de appellandi tempore ſuperius citatis conijcio, Aymo. Rauil. conſ. 425. n. 61. lib. 3. & de ſentētia lata
8 † aduerſus debitorem principalē, an fideiuſſori minimè citato obſit Iacob. Menoch. cōſil. 794. num. 23. lib. 8. idem conſ. 934. nu. 43. lib. 10. tradit, quæ concurrere debeant ad hoc, vt tertio ſentētia ipſa noceat, & quādo obſit, vel detrimentum afferat, aſſluēter, & doctè Iacob. idem conſ. 421. per totum, & num. 73. lib. 5. & conſ. 311. nume. 14. & conſ. 390. num. 41. lib. 4. cum ſimilibus. & de tertio, quo pacto pro ſuo intereſſe appellare valeat, ad ſaturitatem And. Gail. obſerua. 122. lib. 1. practica. obſerua.

ARGVMENTVM.

An, & quando fideiuſſoris obligatio euaneſcat debitoris principalis perſona in fata cædente, & in ſpecie, ſi fuiſſet prommiſſio facta de redendo ad carteres.

SVMMÆ.

1 *Fideiuſſorum prommiſſio de iuditio ſiſti, iudicatoq; ſoluendo, vel de rēdeundo ad carceres, vtrùm extincta putetur ob principalis debitoris obitum? & nume. 4. vbi reſolutio datur.*

2 *Fideiuſſor, qui prommiſſit reū ſiſtere, ſi principalis conditionem mutet, liberatur.*

3 *Obligationem fideiuſſoriam ad obligationem principalis, nuncupari acceſſoriam.*

5 *Re vna ex duabus alternatiuè debitis perempta, eam, quæ extat deberi.*

6 *Iacobus Menochius conſ. 547. lib. 6. tenuit in hac facti ſpecie fideiuſſores minimè liberatos fore ab obligatione ſoluendi iudicatum, ſi contingat ſententiam ferri aduerſus debitorem principalem.*

RACEMATIO 80.

FRequentiſsimè agitari ſolet, in omnibus ferè prætorijs, Cæſariſq; tribunalibus quæſtio ea, quæ nunc proponitur, vt cum Marcello prudentiſsimo viro concinam, l. Lucius paulò in-
1 ferius, ff. mandati cum ſimilibus. † an fideiuſſorum prommiſsio de iudicio ſiſti, iudicatoq; ſoluendo, aut de redeundo ad carceres, extincta putetur ob prīcipalis debitoris obitum? iucunde lector, primā, vt aiunt conſiderationem, reſpondendum videbatur, affirmatiuè, vt amplius fideiuſſores aſtringi minimè valeant, primùm affertur Alexandri Imperatoris enuntiatum, in l. blanditus, C. de fideiuſſo. & mādato. vbi fideiuſſores obligantur per ſtipulationē, ideoq; illorum obligatio ſtrictè intelligenda venit inclitus Paulus, in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, inſignis Celſus, in l. quicquid aſtringendæ, de verbo. obligatio. & per illum tex. Tybe. Decia. conſ. 21. num. 3. lib. 2. & conſequenter ad ca-

Digitized by Google

2 ad caſum mortis † ad idem, & ſecundo citan
tur Bar. & reliqui in l. non à iudice, §. vlt. ff.
de iud. quo in loco inquiunt ipſi, quotieſcun
que contingerit aliquam fieri mutationem
reſpectu principalis, ſiue mutetur actio, ſiue
cauſſa, ſiue res, ſiue perſona litigatoris, vel
iudicis, ſiue mutetur inſtantia, quòd fideiuſ-
ſorum obligatio euaneſcit.. eo trahatur, Hip
po. Marſ. ad rub. de fideiuſſo. num. 132. vbi
de fideiuſſore, qui prommiſit reum ſiſtere, vt
liberetur, ſi principalis conditionem mutet,
à fortiori igitur in hac facti ſpecie, debet poſ
ſe eis liberatio competere, cùm non mutaue
rit conditionem, ſed in fata ceſſerit, & mors
omnia corruat, ex Tyber. Decia. conſil. ſuo
3 1. nu. 10. lib. 1. cum concordantibus. † Ad
idem, & tertiò ſuffragatur, & confert, illud
iuris effatum, nempè obligationem fideiuſ-
ſorum denominari acceſſoriam, ad obliga-
tionem principalis, quamobrem extincta,
ſublataque obligatione principalis extincta
quoq; iudicari, & illam ipſorum fideiuſſorũ
Pet. Ancha. conſ. 232. Soc. conſi. 273. lib.
2. quos ſequutus eſt Iacob. Menoch. conſil.
516. num. 13. lib. 6. poſtremo ipſe conuoco,
Io. Cepha. conſ. ſuo 331. lib. 3. circa prin-
cipia, & num. 7. nu. 9. quo loci pluribus qui-
dem doctiſq; medijs, tueri videtur ſenten-
tiam hanc, quæ tibi cogitanda relinquo, ad
eum remiſſum facimus. argumento eorum,
quæ diffuſiùs ſcripſit Ioſeph. Maſcard. con-
cluſ. 14. lib. 1. de probatio. num. 13. & ali-
bi ſæpe ſcribit Tyber. conſ. 29. nu. 66. lib. 2.
4 His nihilominus † non mouentibus, con-
trariã amplector opinionem, profectò quã-
uis ſi deceſſerit principalis debitor, & ſic ex-
tincta fuerit creditorum facultas petendi il-
lum in iudicio ſiſti debere, ſileat, extinctaq;
ſit adhuc fideiuſſorum facultas debitorẽ ip-
ſum reſtituendi carceribus; attamen prom-
miſsio, atq; de iudicato ſoluendo obligatio
ſublata minimè exiſtimatur. ad quam demõ
ſtrandam ſententiam expenditur, & primo
Iaſ. doctrina in l. ſi deceſſerit num. 4. ff. qui
ſatid. cogant. vbi inquit ipſe, ſi copulatiuè
quis fideiuſſor ſit de iudicio ſiſti, & iudicato
ſoluendo, tunc per mortem rei, tametſi libe-
retur à iuditio, ſiſti, ex quò ſiſtere nõ poteſt,
quia illud factum cohęreat perſonę defuncti
tantùm, tamen ſoluere tenetur iudicatum,
& ita non liberatur à ſecunda obligatione de
iudicato ſoluendo, quandoquidem illa con-
ſiſtit in quãtitate, vel in re, quę mortuo Ti-
5 tio impleri poterit. † ſecundo loco fulcitur
auctoritate Aymo. Sauilia. conſ. 272. num.
11. lib. 2. vbi admonet prommiſsionem de
iudicato ſoluendo ad hæredes tranſire prom
miſſoris actiuè, atq; paſsiuè, ac fideiuſſores
obligari, eorumq; hæredes, quamuis extin-
cta dicatur prõmiſsio de iudicio, ſiſti, vt ibi-
dem per eum. tertiò adducitur excelſi inge
nij Papinianus, quem ſic exornauit Ioſeph.
Maſcard. conclu. ſua 82. lib. 1. de probatio.
in l. Stichum, aut Panphilum, ff. de ſolutio.
vbi perempta vna re, ex duabus alternatiuè
debitis, ea, quæ ſubſiſtit deberi. & ſenſerat
Philip. Dec. in l. quod te, lect. 2. ſi cert. pe
tat. pari melodia concludendum erit, in ca-
ſu, de quo agitur, qđ facultate ſublata repo-
nendi debitorem in carceribus; attamen nõ
liberari fideiuſſores ab obligationis nexu ſol
6 uendi, quod iudicatum fuerit. Quartò, † &
vltimo citatur Iacob. Menoc. conſ. ſuo 547.
per totum lib. 6. quo loci in claris terminis
ſic conſuluit, inconcuſsè ſubſtinens fideiuſſo-
res minimè liberatos fore à ſoluendi obliga-
tione iudicatum, ſi contingerit ſententiam
ferri aduerſus principalem debitorem, vel
hæreditatẽ iacentem. cum ipſe video, vbe-
rius opinionem hanc coadiuuantẽ. Non of-
fendunt modò in contrarium adducta, qui-
bus, vt de ſe patet, ingenioſus lector facilli-
mè reſpondere valebit. & an, & quando fi-
deiuſſor liberetur, vel extincta dicatur fide-
iuſsio ipſa, multa, & pręclara attulit exempla
Iacob. Menoch. conſ. ſuo 212. lib. 3. & an,
& quando fideiuſſor agere valeat ad libera-
tionem aduerſus debitorem And. Gail. ob-
ſeruat. 29. lib. 2. prac. obſeruatio.

ARGVMENTVM.

De dubus hîc dubitari contingit, quæ non
floccipendenda ſunt; & vt per vtilia ſigil
latim tranſcribuntur.

SVMMAE.

1 *Vxorem, filijs hæredibus inſtitutis ex totius
Italiæ conſuetudine vſufructuariam, do-
minam, ac maſſariam relictam: alimen-
tariam eſſe cenſeri. & vtrùm donec lega-
to perfruitur cum filijs commorando, do-
tes ſuas repetere valeat? & nu. 2.*
3 *Humanior ſententia fuit, vt vxor ipſa admi-
ttatur ad repetendum, & nu. 4. vbi ſum-
mi viri citantur.*
5 *Ioan Cephalus Iuriſcõſultus Eccellentiſſim⁹.*
6 *Mater filiorum ſuorum tutrix relicta, & cu-
ratrix, & exindè adminiſtratrix, atq; gu
bernatrix, quorumcumq; bonorum, quo*

Digitized by Google

vſq; vixerit, nūm vno maiore effectu, & perſpicaci, ipſo reluctante, poſſit abſolutè quemadmodum teſtator ordinauerat adminiſtrare adeo, vt filius cogatur matrem habere in procuratricem, & nume. 9. & nu. 10. vbi concluditur quod non.

7 *Amor paternus ergà filios quāti momēti, et ponderis ſit: appertò cauent iuris peritorū, ac Cæſarum pronuntiata.*

8 *Mulierum imbecillitas: & quàm fallaces, & fraudolentes, vt plurimum ſint, Sanſon exclambat.*

RACEMATIO 81.

PVlchrum thema, quinimmò, ſi quis dixerit quotidianum hoc, qđ præſefert minimè errauerit. maritus nempè vxorem ſuā reliquerat maſſariam, dominam, atq; vſufructuariam cunctorum ſuorum bonorum toto vitæ ſuæ tempore, hoc nihilominus addito, vt commorari, ac habitare deberet in ipſius mariti domo, filioſq; educare, vitam uidualem, caſtāque honeſtam ſeruando, † mulier ipſa actenta totius Italiæ conſuetudine, quæ filijs hæredibus inſtitutis conſequitur ſolūmodo alimenta, quemadmodum in bis mille locis cōcinnati ſunt iuris interpretes, cum præeminentia quam in domibus vxores habere cōſueuerūt, vt ſcribunt Nicol. Boer. deciſ. 194. num. 4. Socc. conſ. 99. num. 11. lib. 1. Soc. nepos conſi. 94. num. 2. lib. 1. & ex recentioribus poſt alios Ioſeph. Maſcard. concluſ. 1419. nu. 18. lib. 3. de probatio. vbi de concordioribus teſtatur ſententijs * vult inquām ſuas repetere dotes poſt annum, ſi res mobiles, vel illico, ſi ſtabiles. nūm ob huiuſmodi legatum, cenſeatur prohibita, † dotium repetitio? prima fronte, vt cum doctiſsimo viro Iuriſconſulto Celſo exordiar, in l. quinquaginta, ff. de probatio. & per illum tex. Socc. Iun. conſ. ſuo 101. lib. 1. cum ſimilibus. Reſpondendū videbatur, nullo modo admictendam fore, ex Guido. Pap. voto 541. quo loci exiſtimauit, vxorem talem haud repetere poſſe dotem ipſam, quandiù voluerit vſufructu legato perfrui, ea potiſsimū ratione permotus, etenim ex quò ipſa es alienum ſoluere aſtringitur, iccircò à ſe ipſa exigere teneretur, vt ibi per eum, ergo meritò.

3 Actamen humanior, † crebrior q; ſententia ** fuit, vxorem ipſam recipi, atque ideò ſuas interim donec in mariti domo habitat cum filijs inſtitutis dotes repetere, adquam hercle probandam adducitur & pr. Benedic. capr. conſ. 72 num. 18. eo namq; loci cenſuit Capra mulierem audiri debere, quamuis maritus ipſe illam reliquerit vſufructuariam, atque maſſariam, donec honeſtè vixerit, & in domo teſtatoris familiariter habitauerit, nō quippè putatur ſic reliquiſſe, vt dotes minimè repetat, ad quem ſi lectorem non pigeat occurrere poterit. Secundo locò ſuffragantur, † Durant. de art. teſtan. tit. 6. caut. 42. n. 6. Alex in l. vſufructu bonorū ff. ad leg. falcid. Philip. Decia. conſ. 485. in extremo, vbi non diſſentiunt, plenoq; calamo traduat: & voluit Nicol. Bello. conſ. 31. num. 4. Ad idē & tertiò coadiuuare videntur hanc quā præcitauimus opinionem Aymo. Saulia. conſ. 187. Philip. idem conſ. 590. & in ſpecie n. 7. quibus in locis indubitanter aſſerunt, vxoré admittendam eſſe, & ſubſequenter Guido. Pap. votum vnanimi conſenſu, * communibuſq; ſuffragijs damnari. Quartò. & vltimo accedat, † Eccellentiſsimus Io. Cæph. conſ. ſuo 184. lib. 2. quo loci in terminis poſt ſuperius adductos iuris interpretes conſuluit. In hac facti ſpecie ad fauorem, & gratiam dominæ Pandulphæ: cui aggrego, Roland. Vallenſ. conſ. 74. num. 26. lib. 2. quem ſequutus eſt, Iacob. Menoch. conſ. 427. poſt num. 17. dubita. 2. lib. 5. vbi declarant.

His quæ proximè à nobis dicta ſunt, illud ſubiungendum fore arbitratus ſum, quàmuis extra rem, an mater ſuorum filiorum relicta tutrix, atque curatrix; & poſtmodum adminiſtratrix, & gubernatrix facultatum cunctarum, quouſq; vitam degerit vno ex filijs ipſis annum iam 18. attingente, & peragente idoneo, perſpicacique exiſtente inuito, ac reluctante eo, bona omnia liberè, abſolutéque valeat adminiſtrare ex teſtatoris aſſenſu? & ne multis immorari videar, paucisſimis agē-

6 do † in eam condeſcendi ſententiam filium prælibatum maiorem iam effectum, matrem in procuratricem habere minimè compelli. ad quod nobis animaduertēdum erit, huiuſmodi pronuntiatorum gubernatrix, & adminiſtratrix ſenſum duplicem fore, quorum primus ille ſit, vt ea ex quodam incremento, & exuberantia exoriri cenſeantur, declaratiuè ad præcedentia effectum, qui in antecedentibus continebatur exprimendo, atq; ideò teſtatore dictante, vxorem meam tutricem, ac curatricem relinquo; & exindè ſubdente, gubernatricem, & adminiſtraticem, quòd tātummodo intelligere exiſtimetur, dum tutrix, atq; curatrix fuerit, & ſubſequenter gubernandi munus cum ipſa cura finem accipere cum filij annorum 18. metam effluxerint con-

connexionis verborum prætextu: attento ét, quia veriſimile eſt patrem filijs de adminiſtratione prouidere velle pro eo ſolum tempore, quo ipſi per ſe rectè facultates ſuas gerere minimè præſumuntur, & per conſequẽs vſque ad annum 18. non herclè poſtmodum,

7 nec † putandum erit, patrem quo filius meliorem amicum non habet filijs maioribus, ac ſagacibus liberam auferre adminiſtrationem, ex micantiſsimo Africano in l. quidam cum filio familias, vbi Accurſius, ff. de hæredib. inſtituen. profectò parentes iudicantur filios ſuos ſumma beneuolẽtia, & amore cõplecti ex Papiniano in l. nam, & ſi parentibus, ff. de inoff. teſta. contextus ſunt, l. cum pater, §. mando, de legat. 2. mando inquit Papinianus, filiæ meæ pro ipſius ſalute ſollicitus, & l. propter inſidias, C. ſi accuſa. nõ poſſ. dum eo loci dicebant, Imperatores Diocletianus, & Maximianus pietas, & ratio naturalis animi. ac Cæſar Iuſtinianus, in l. vlt. in initio, C. de curato. furioſo apertè docuit inquiens, quis talis effectus inueniatur extraneus, vt vincat paternũ? ſcribunt Socc. cõſ. 9. poſt nu. 14. lib. 1. Curt. Sen. conſ. 46. & poſt eos, & multos alios fuſiùs more ſuo Ioſeph. Maſcard. conclu. 1149. num. 2. & num. 10. lib. 3. de probatio. præſertim dando ſibi in gubernatricem mulierem, quæ ex ſexus fragilitate dubio procul non ſic prudens, ſed infirmior filijs maioribus exiſtimari debet.

8 hûc conferũt ad hanc † anxiomatis rationẽ, namque vt plurimum fraudulentæ, fallaces, atque doloſæ eſſe ſolent, vndè cùm Sanſonis vxor Philiſtæis reſeruaſſet enigma illud de Leone, & Apũ mellificatione, quod illis Sanſon propoſuerat interpretandum exclamaſſe Sanſonem nihil doloſiùs eſſe fęmina; & Moſaicis legibus mulierum teſtimonium nequaquam recipiebatur, ob leuitatem, atque procacitatem, & ob conſilij fragilitatem, lubricaque vota, cùm ter in hora mutentur? Sic ex aliorum mente admonet, Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 761. nu. 3. & nu. 5. lib. 2. vbi ſupra cum concordãtibus. eo trahatur, Iacob. Menoch. conſ. 422. num. 141. lib. 5. vbi ait, mulieribus non comittenda ſecreta. & Plutarchus in vita Catonis enarrat tria ei præcipuè in vita ſua diſplicuiſſe, primùm quòd mulieri arcana crediddiſſet: alteram quòd mari profectus, quo terra peruenire potuiſſet, tertium, quòd diem ſine linea ducta abire paſſus eſſet And. Gail. obſer. 64. ad finem lib. 2. prac. obſeruat.

6 Alter ſenſus ſit is, vt verba † Illa adminiſtratrix, & gubernatrix, dicantur ſimpliciter & abſolutè prolata, quemadmodum iacent, quouſque vixerit mater ipſa, eorũq; effectus porrigatur vſq; ad illius obitum. atqui animaduertendum eſt, nam haud volumus, gubernationem iſtam matri iniunctam fuiſſe in liberorum gratiam; vt ea futura ſit procuratrix illorum poſt maiorem ætatem, prout in ætate minori fuit eorum tutrix; atque curatrix: & tunc pluſquàm manifeſtum eſt filios maiores effectos eam habere in procuratricem, ex quò apprimè ſint exquiſiti, & idonei compelli vtiq; non debere, ideoq; fauori ſuo quilibèt renuntiare valebit ex Iuſtiniano in l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. cũ alijs concordantibus. alioquin ſi reluctantes compellerentur habere matrem in adminiſtratricem, ſequeretur, vt id, quod in fauorem inductum erat in odium retorqueretur, & iura nolunt ex trito Cæſarum pronuntiato in l. quod fauore, C. de legib. cum vulgaribus & per illum tex. Hiero. Alba. de immunita.

10 Eccleſ. num. 83. † aut verò volumus, vt gubernatio ſit à teſtatore permiſſa matri quouſq; vitam degat ad illorum fauorem, & tũc quoque ei liberam bonorum adminiſtrationem minimè concedi ſicuti ex affluentiùs citatis appropriaret à Socc. Iun. conſ. ſuo 97. lib. 1. ad quem candidum conijcimus lectorem, concludamus itaq;, vt vno verbo nos expediamus, filiũ talem non aſtringi ad matrem habendam in procuratricem.

ARGVMENTVM.

Sex hoc in loco enarrantur dubitationes nõ in celebres capitis Caroli Regis 78. plura venuſta ſcribit ratione iuramenti Aymo conſ. 961. conſ. 851. lib. 5. & an ſtatutum loquens in contractu, locum ſibi vendicet in diſtractu? Tyb. Decia. 64. num. 3. lib. 3. & de conſenſu paterno in re propria, tangit Alex. conſ. 106. lib. 1.

SVMMÆ.

1 *Principis diſpoſitio ſuper iuramento expreſſa, an fieri valeat reſpectu contractuum à minoribus fiendorum?*

2 *Hæredes minorum infringere non poſſe contractus approbatos à minoribus, ipſis quã uis ſtatutorum ſollemnitas non interuenerit.*

3 *Minor ſi conſtituere velit procuratorem, alicuius actus gerendi adhiberi debet ſolemnitas à ſtatuto requiſita, de contractibus*

cum

cum minore celebrandis cum auctoritate Iudicis, vel curatoris.

4 *Statutum Caroli Regis 78. vtrùm complecti dicatur Ciuem contrahentem extrà territorium? remiſſiuè.*

5 *Statutū ſuperiùs allatum, an locum ſibi vendicet quotieſcumque pater, & filius inter ſe contrahunt?*

6 *Minorem retinere poſſe hæreditatem patris, vel matris ſtatutorum ſolemnitate minime refragante.*

RACEMATIO 82.

POtentiſsimi, inuictiſsimique Regis quāta ſit in hoc Siciliæ Regno illius iuriſdictio, ſi quis eſt, qui non videat, eùm cecutire arbitror. eſt profectò Monarcha Sūmus habens ferè vtriuſq; gladij poteſtatem, & alia multa, de quibus pulchrè examinat conſiculus Ioſep. Cumia ad cap. ſi aliquem, Iacobi Regis, circa principia num. 46. & inferiùs cum concordanti-
1 bus. & inter cętera † ſanxit Cæſar ille Carolus cap. 78. contractus minimè celebrandos fore cum minoribus 18. annis, etiam cum iuramento, abſq; tutoris, vel curatoris auctoritate. circà quām nempè ſancionē de pluribus hæſitari contingit, & primo nūm expreſſa fieri valuit ſuper iuramento diſpoſitio? dū Cæſar illi prohibitioni addit, etiam ſi iuramentum interuenerit? candide lector, reſpōdendum videtur, ex cauſſa Principem hoc ipſum facere poſſe, vt ſcribunt Iaſ. conſ. 133. num. 17. lib. 4. Curt. Iun. conſ. 118. conſ. 119. num. 6. Ludo. Roma. conſ. 12. vbi copioſè Horat. Mandoſ. in additamentis ad eū, qui explicando alios citat And. Alcia. conſ. 8. num. 4. lib. 5. idem conſ. 33. num. 19. & paulo poſt lib. 2. vbi non minùs ſapienter, quàm doctè concinnatus eſt. & prænotandus erit Alex. conſ. 196. num. 4. lib. 6. Philip. Decia. conſ. 536. propè finem, ac Iacob. Mandel. conſ. 70. tametſi contrariū tenuerint, Alex. conſ. 125. num. 6. & conſ. 59. num. 4. lib. 1. And. idem conſ. 32. lib. 2. & conſ. 9. num. 8. lib. 5. Curt. Iun. conſ. 47. poſt num. 5. & alias conſtitutiones genericas non trahi ad actus Iuratos, ſicuti reſpondębat Iaſ. conſ. 173. num. 7. lib. 4. & præcognoſcendus eſt Rolād. Vallenſ. conſ. ſuo 99. lib. 3. per totum. quem ſequitur Iacob. Menoch. conſ. 508. poſt nu.
2 14. lib. 6. † quo me remicto Petr. Surd. deciſ. 154. num. 5. altera, & ſecunda dubitatio fuit, ſi minores dum in humanis fuerant minimè reluctauerant, quinimmò pro contractus executione aliquid egerint, & ſic illum confirmaſſe, vel rathificaſſe, ex adnotatis à Ioſep. Maſcard. conclu. 1355. per totū ferè lib. 3. de probatio. nūquid hæredes ipſorum approbationem huiuſmodi confringere valeant? & quid non eundo per ambages concludendum erit, quod quàmuis contractus is factus fuiſſet abſq; ſtatutorum ſolemnitate, attamen eos aſtringi obſeruare contractum, vel tranſactionem à ſuis anteceſſoribus factos, atq; approbatos, quemadmodū nos apertè docent Aymo. Sauilia. conſ. 455. num. 11. lib. 3. Angel. conſ. 353. poſt nu. 3. Simon de Pretis conſ. 137. n. 66. & pręſertim ſi fuerit iureiurando ſubnixus, quo fit, vt obliget hæredes quo ad obſeruantiam, vt ex multorū ſentētijs expreſsè cauit Iacob. Menoc.
3 vbi ſupra nu. 11. num. 14. cum ſimilibus. † Aliud, & tertium inſurrexit dubium, ſtatutū hoc ipſum ſolemnitates requirēs in contrahentibus, ac minorum geſtis, numquid, ſi minor ipſe procuratorem conſtituere velit reſpectu alicuius actus gerendi, adhiberi quoque debeat ea ſtatuti ſolemnitas in illo mādato? & herclè videmus in ſimili, quod ſicut mulier prohibetur contrahere abſq; certa ſtatutorū ſolemnitate, pari formiter neq; poterit omiſſa eadem ſolemnitate procuratorem conſtituere ad ſe obligādum, & ratio eſt quia prohibito aliquo prohibetur, & id, per qd peruenitur ad illud Vlpianus in l. Oratio, ff. de ſponſa. & per illum textum multa præclara congeſſit Io. Cepha. conſ. ſuo 175. num. 3. & inferius lib. 2. Aymo. Sauilia. conſi. 851. ſub num. 2. lib. 5. pari melodia reſpectu minorum, ſic abundè poſt plures aſſerit Iacob. Menoch. conſ. 560. num. 16. lib. 6. an ſtatutum pręcitatum locum habeat in pacto de non petendo, an in diſtractu, an in hermafrodita, vtrum in donatione cauſſa mortis? cumulatè habes per Marcum Aquilinū, ad rub. de verb. obliga. num. 144. nume. 145. & in l. 2. in initio, tit. iſto, num. 28. nume. 44. & inferius, & nu. 50. Pet. Surd. deciſ. 128.
4 Quarta † dubitatio eſt, nūm ſtatutum id, comprehendat ciuem contrahentem extrà territorium, vel Regnum? reſolutio iſta dependet ex conſcriptis à Iaſ. conſ. 59. lib. 3. Iacob. Mandel. conſ. 70. Io. Cepha. conſil. 324. lib. 3. cum concomitantibus alijs à Iacob. Menoch. deductis conſi. ſuo 819. num. 6. nu. 12. & latè inferiùs lib. 9. vbi pulcherrimè, & reſpectu ſolemnitatum multa docuit Io. Cepha. conſ. 324. lib. 3. cum ſimilibus.

Quintum dubium eſt, numquid cōtractus vtiliter geſtus pro eo in cuius fauorem introducta

Digitized by Google

ducta fuit ſolemnitas, reſcindi valeat ratione ſolemnitatis minimè ſeruatæ? & quidem cõcluſiuè loquendo reſpondeo qđ non, ex coaceruatis à Iaſ. conſ. 229. num. 3. lib. 2. quo loci valdè commendat. intelligitur enim ſtatutum de contractibus damnoſis, non autem de vtilibus, vt ibidem per eum inſignia exẽpla citantem, ſenſerant Philip. Dec. capit. quæ in Eccleſiarum, num. 9. de conſtitutio. Simon de Pretis conſi. 116. num. 23. Ludo. Roma. conſ. 453. vbi Horat. Mando. in additamentis ad eum, cæteros diffundentem Cæſar Vrſillus anno. ad Matthæum Afflic. Neapol. deciſ. 260. nume. 9. quibus addo, Iacob. Menoch. conſ. 561. num. 8. num. 10. lib. 6. cum ſimilibus, ab And. Alciat. conſi. 24. num. 16. lib. 8. & an locum habeat in filio familias minore gerente tutelam, adeo in aſſumptione ipſius neceſſaria ſit ſolemnitas ſtatutaria? Alex. tangit conſ. ſuo 196. lib. 6.

5 Poſtremò † loco hæſitationis eſt, vtrum ſtatutum ſuperius allatum vendicet ſibi locum inter patrem, & filios, ſi inter ſe ipſos contrahere velint Io. Cepha. conſ. 109. nu. 10. lib. 1. ſcribit mulierum reſpectu, non vendicare ſibi locum, quando pater cum filijs contrahit ob paternam affectionem, idem comprobat nu. 16. vbi quoq; nu. 18. ſubiungit, mulierem abſq; ſolemnitate ſtatuti contrahere poſſe ad fauorem Eccleſiæ, vel alterius piæ cauſſæ, & nu. 20. vbi diffuſiùs. cum ipſe video, ex quò plures conuocat, idem ſapienter docuit, conſil. ſuo 211. lib. 2. per totum, ſed fac minorem obligari nõ poſſe ſine certa ſolemnitate, an locum ſibi obtineat in filio hereditatem patris retinente? Phi-

6 lip. Dec. tangit, conſ. ſuo 331. nu. 1. quo † loci inquit filium ſine huiuſmodi ſolẽnitate hæreditate matris, vel patris retinere, atq; ideo ſibi obijci nequit hæreditatem non fuiſſe legitimè aditam, idque doctè ſubſtinet, & coadiuuat paulò inferius: iam aditus patent. & an ratihabitio ſolemnitatem eandem quã actus ipſe deſiderat, requirat? tangit Aym. Sauilia conſ. ſuo 872. nu. 13. lib. 5. vbi aliqua hũc ſpectantia ſcripſi racemat. 10. affirmatiuè concludit.

ARGVMENTVM.

Ad emptionis, & venditionis materiam, & ſignanter ſuper puncto illo, vtrùm teſtibus deponentibus de actu ipſorum, non determinata pretij quantitate, fides adhibeatur.

SVMMA.

1 *Venditionem an rectè probari per teſtes de actu abſq; certo pretio diſputatur, & nu. 2. & nume. 3. vbi de prima, & altera ſententia.*

4 *Teſtes deponentes aduerſus venditorem, vel illius heredem rem venditã tradere recuſantem ſine pretij quantitate nullo pacto probare.*

5 *Teſtium probationem, atq; inſtrumentorum à pari procedere ex imperatoris Conſtantini ſanctione.*

6 *Teſtes deponentes reſpectu tertij ad finẽ præſcriptionis probare, tametſi immemores comperiantur quanta fuerit pretij quantitas.*

7 *Emptorem, cui ceſſa ſunt iura omnia. & procurator effectus in rem ſuam allegare priuilegia venditoris, quamuis ipſius perſonæ coherentia: & num. 8. vbi pleriq; citantur in ſimili.*

RACEMATIO 83.

INter contractus, qui conſenſu contrahuntur, non aliena eſt emptio, vel venditio fructuoſiſsima iam, ſatiſq; nota, & Cæſarum, & iuriſpru-

1 dentum loca nobis † patent, eam ob rẽ apud tribunalia vulgaris illa quæſtio ſæpè ſæpius obuia ſit, an venditio probetur per teſtes tãtummodo deponentes de actu ipſius, abſque certo pretio? iucundiſsime lector, pluſquam manifeſtum eſt, venditionem celebrari ſolo conſenſu, vel expreſſo, vel tacito And. Alciat. conſil. ſuo 81. nume. 2. lib. 8. atque venditorem ipſum, qui pretio accepto rem venditam poſtmodum non tradit, actione ex vendito conueniri ad rem ipſam tradendum, vel intereſſe ſoluẽdum idem And. ſcribit conſ. 102. lib. iſto cum concordantibus, ſed circa hoc non ſpernendum thema, con-

2 trariæ † reperiuntur opiniones, prima nempè fuit, Bal. in l. 1. C. de reb. alien. non alienat. Ludo. Roma. conſ. 91. nu. 7. quem extollit Conſiculus And. Barbat. conſ. ſuo 90. lib. 3. quibus conuenire videtur Matthæus Afflic. deciſ. Neap. 83. nume. 6. vbi Cæſar Vrſillus, exiſtimantium emptionẽm probari per teſtes deponẽtes contractum celebratum fore, tametſi pretij quantitatem omiſtant. quandoquidem prætium iuris præſumptione interueniſſe putatur, & herclè iuſtum boni uiri arbitrio declarandũ, vt ibi per eos.

3 Cæterum † altera ſententia fuit Alexan. conſ.

SVM-

conſ. 128. num. 4. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 57. num. 5. Nicol. Boer. conſ. 18. num. 13. Socc. Sen. conſ. 208. poſt princip. lib. 2. & cogita, ſi ad concomitantiam afferri valeat, quod commemorauit Io. Cepha. conſil. ſuo 10. nu. 11. lib. 1. quo in loco admonet venditionem nullam, ſi in ſcriptura dicatur pro pretijs infraſcriptis, & demum in eadem ſcriptura nullum pretium ſcriptum ſit. opinantur itaq; præallegati ſcribentes, teſtes ipſos de venditione teſtificantes, minimè dicentes pro quanto pretio haud probare, & ſic oportet certum exprimi pretium. vt cernis
4 igitur, ſunt ſententiæ aduerſæ. Quid † tenēdum in hac controuerſia? lector optime, diligenter inueſtigandum erit, quid iuris vtriuſq; conſtitutionibus potiùs probetur, quāobrem ad veram huius quæſtionis reſolutionem, duo capita adnotanda veniunt iudicio meo, quorum potiſsimum eſt, vt ſi ageretur aduerſus venditorem, vel eius hęredem, rem venditam tradere recuſantem. & tunc teſtes deponentes de venditione abſq; certo pretio, vel ipſius quantitate, nullo modo probare ſancitum eſt, ex cōmuni ſententia * quicquid alij velint, ex adnotatis ab Horat. Mando. in additamentis ad Ludou. vbi ſupra ad verbum probatam & prænotādus eſt, Alex.
5 conſ. 18. lib. 1. cum ſimilibus. † verū quia teſtium probatio, & inſtrumentorum à pari procedunt ex Imperatore Conſtantino, l. in exercendis, C. de fid. inſtrum. & per illum textum Ludo. Roma. conſ. 305. num. 9. Roland. Vallenſ. conſ. 82. num. 41. lib. 2. propterea dilatatur ſententia concors, vt etiam procedat in inſtrumentis, quemadmodum re, & fama ſuper Ethera Notus Bar. tradit in l. admonendi poſt num. 33. de iureiurando vbi inſtrumentum narrans vēditionem prædij, non tamen continens pretij conuentionem, venditionem ipſam minimè probare, & poſt eum Ludo. loco ſuperius deducto nu. 8. vbi Hora. Mando. qui alios citat concomitantes, pro inſertis hûc habeantur, ne papyrum denigrare videar Iaſ. voluit in l. ſi duo patroni, §. Marcellus num. 4. de iureiuran. cum ſimilibus.

6 Alterum † caput, quòd ſi fortè ageretur aduerſus tertium, vt potè quādo euenit quęſtio de præſentando tit. ad finē præſcriptionis, profectò tunc eo ventū eſt, vt teſtes venditionem probent, quamuis non recordarentur quanta fuerit pretij quantitas, ſic Alex. cauit, in l. ſciendum, nu. 15. de verbo. obligat. vbi ſi dico me præſcripſiſſe alterius fundum, & probare voluerim titulum per teſtes, qui deponant me emiſſe illū à Titio, ſed neſcire quibus pactis, vel quanto pretio, & determinat huiuſmodi teſtes titulum idoneum probare. in quam quidem ſententiam facilè irruit Iaſ. in l. admonendi num. 203. de iureiuran. Socc. Sen. conſil. ſuo 153. lib. 1. & poſt eos, & alios Horat. Mandoſ. ad Ludo. Roma. conſ. 91. vbi ſupra ad verbum probatam, & faciunt ſuperius allatis congeſta per Maſcard. de probatio. concluſ. 617. lib. 2. vbi emptio minimè probatur ex tractatu, ex quò multa tractantur, quæ non perficiuntur, & ibidem num. 3. dilatat quamuis teſtes depoſuerint ſe contrahentes vidiſſe pecuniam numerare. cui exagero, and. Alcia. conſ. 93. num. 8. lib. 9. ac Iacob. Menoch. conſ. 893. num. 5. lib. 9. cum alijs à me citatis racem.
7 44. num. 46. at † illud ex prato emptionis, & venditionis præterfluere non ſinam, emptorem nempè cui omnes actiones, iuraque ceſſa ſunt ob clauſulas, quæ apponi aſſolent in huiuſmodi inſtrumentis, ac procuratorem conſtitutū in rem ſuam, allegare omnia poſſe, etiā cohærentia perſonæ. in quibus oporteret principalem comparere, doctè ſenſit And. Alcia. conſ. 18. num. 10. lib. 4. & ſenſerat Philip. Dec. conſ. 48. & conuenire videntur, quæ ſcribit Cæſar Vrſillus, ad Matthæum Afflic. deciſ. Neapo. 74. poſt nume. 8. quāuis dotis reſpectu neget Ioac. Mynſ. obſeru. 3. cent. 3. ſingu. obſeru. quibus facit Diocletiani, ac Maximiani Cæſarum conſtitutio, in l. emptori, C. de euictio. cum con-
8 cordantibus. Multa † pulchra, & egregia ſcribunt in ſimili Iacob. Menoch. doctorum turbam enarrans more ſuo conſ. 758. nu. 4. lib. 8. & an priuilegia tranſeant idem conſ. 444. nu. 36. & inferius lib. 5. & quando realia, quando perſonalia idem conſi. 276. lib. 3. atque de clauſula ponens in locum ſuum, idem conſ. 593. poſt num. 4. lib 6. & conſi. 360. num. 38. lib. 8. Tyber. Decia. conſil. 9. nu. 38. lib. 1. & de emptore, quòd fruatur venditoris iure Aym. Sauilia. conſ. 582. num. 7. lib. 4. cum concomitantibus alijs ab eodem cumulatis reſponſo primo pro genero, num. 405. more ſuo poſt lib. 2. videndus erit Roland. Valenſ. conſ. 61. lib. 4. ac Aym. idem conſ. 726. lib. adhuc 4. cum ſimilibus.

ARGVMENTVM.

Non indecorū hûc inſeritur ciuilis iuris axioma, nūm inſtrumentorum exemplis tutè inhærendum ſit? & de originali euerſo

Digitized by Google

fidei quicquam exemplo habendum non fore ſcribit, Aymo. Sauilia. conſ. 941. nu. 11. lib. 5. & conſ. 989. lib. 6.

SVMMAE.

1 *Exemplis inſtrumentorum fidem non adhiberi, originali minimè exhibito, haud ineleganter examinatur. & num. 9. vbi de concordi ſententia.*

2 *Rationis a noſtris adductæ cur exemplis fides non ſit adhibenda, confutantur, & nu. 3. num. 4. nu. 5. & inferius.*

6 *Alpheni Vari conſtitutionem lege in teſtamẽto, de conditio. & demõſtratio. declarari.*

9 *Ratio vera deducitur cur exemplis fides non adhibeatur.*

8 *Inſtrumentorum apocha, librorum rationis formas, breuiter demonſtrari.*

RACEMATIO 84.

DVm fata ſinunt, lætus viuere nõ definam, ac aliquod inſumere tempo ris in conſcribendo, & nõ immerito, cùm ſcriptum fuerit iuuenẽdis inuenta minimè obeſſe videri, & alibi quoq; quemadmodum triſte eſt, diuitiaſq; hærede decedere, ita miſerrimum eſt nihil otiatum ſtudijs dimittere, quo valeant, vt poſtè hæredes aliquatenus conſolari, æquo igitur ſer animo nobiliſsime lector, ſi hoc quantulumcunq; ſic minus permoleſtum for
1 te fuerit. exploratiſsimum † nempè pronũtiatum id à ſcribẽtibus depromptum eſt, inſtrumentorum exemplis fidem non haberi, quemadmodum Paulus prudentiſsimus vir reſpondebat, in l. 2. ff. de fid. inſtrumento. contextus ſunt l. procurator, C. de edend. l. ſi quæ, l. Pomponius, ff. famil. erciſcun. vbi Imperator Alexander, Caius, atq; Vlpianus in hanc ipſam iuere ſententiam, cuius Ioac. Mynſ. obſeru. 73. centu. 6. ſingul. obſeruat. nempè regulæ plures rationes expendi aſſolent, de quibus fuſiſsimè per noſtrates, in autent. ſi quis in aliquo documẽto, C. de eded. vbi Purpuratus, Bal. Philip. Dec. & alij. ſcribunt, Didac. Couar, practica. quæſtio. cap. 21. num. 2. Socc. Iun. conſ. ſuo 2. nu. 1. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 166. num. ad huc 1. cum
2 concordantibus. quarũ prima † fuit, à gloſſemmate excogitata; atq; deducta in autent. ſi quis in aliquo ptealligata, enimverò poſſet authenticum inſtrumentum falſum eſſe, atq; ideò aliquid in eo immutatum fore, quæ falſitas haud pateſieret, niſi illud exhiberetur, ac falſitas detegeretur, ex literarum comparatione, notarijq; ſigno. quam aſſecutus fuit, Ioſeph. Maſcard. concluſ. 711. ſub nume. 2. lib. 2. de probratio. ſecũda expẽditur ratio;
3 quòd † notario fides non habetur de eo, qd rogatus minimè fuit, quia non creditur, niſi de eo quod à partibus rogatur ex Cæſaris reſponſo, in autent. de tabell. in princip. ſed qui exemplum deſcribit, quamuis, vt ſcribat rogatus fuerit, de negotio attamen in eo cõpræhenſo, monitus equidem minimè fuit, & ſic de principali facto notarius non eſt rogatus, ſed de exemplificatione tantùm, memoriæ prodidere Felin. capit. 1. de fid. inſtrumento. Curt. Iun. conſ. 166. nu. 2. cum quibus conuenit Ioſep. Maſcard. vbi ſupra nu.
4 3. atqui reijcitur † iſta, & ſecunda ratio, nõ enim locum habet, ſi exemplum ab eodem notario deſcriptum ſit, qui prothocollum ſcripſerat, ac de negotio rogatus erat, actẽto, quòd generalis debet eſſe ratio, gloſſ. in l. non omnium, ff. de legib. Io. Cepha. conſ. 408. num. 48. lib. 3. tertia ratio fuit, notario in ea dumtaxat re creditur, quæ inſtrumenti conſcripti tempore geſta ſit, & idcircò, quod in exemplo comperitur, minimè ſolet eo tempore geſtum eſſe, & ſic notarius nõ poteſt eſſe rogatus à partibus, nec illi creditur, niſi de geſtis tempore confecti inſtrumenti, ſed tũc cum exẽplificato minimè fuit originale factum. Ioſep. Maſcard. loco præ-
5 citato nu. 4. quæ † nempè ratio minimè recipitur, hac de cauſſa, namq; ex ea conſequi perſpicuum erit, exemplo haud denegandã eſſe fidem, ſi eodem tempore fuerit confectum, quo authenticum, negotiumq; geſtum eſt, idq; ſectatores ijdem rationis huius, & cæteri omnes inficiantur ſic itaque à nobis confutata ratio hęc. quarta ratio erat à Bal. perpenſa, quòd cùm exemplum ex authentico ſumptum ſit, illud exhiberi oportebit, quia quando inſtrumentum habet relationẽ ad aliud, neceſſe eſt, quòd de cętero conſtet, ad quod relatio ſit, quandoquidem ſi deficit exemplar, deficit, & exẽplatum. ex Alpheni Vari ſententia, in l. in teſtamento, de conditio. & demonſtratio. comprobare videtur, Ioſep. Maſcard. vbi ſupra num. 5. & per illũ textum Andr. Barbat. ad rub. decretal. de
6 iudic. num. 1. † quam quoq; rationem reijciendã fore cenſui, ex quo alio laboret morbo, profectò regulam l. in teſtamento locũ obtinere, cùm non dũm exemplum ſumptũ ſit, vt ſi exemplar deficiat, deſit, ſi deatque exemplum ipſum, teſtator namque iuſſerat monumentum ſibi conſtrui ad exemplar mo

Digitized by Google

numẽti Publij Septicij, Alphen' Varus præ-
cidit, ſi id non reperiatur, nullum ædifican-
dum eſſe monumentum, quod ſi ſemel inuen-
tum fuiſſet exemplar, nouum, atq; monumẽ-
tum conſtructum; tametſi exemplar poſtea
fuerit, adeò, vt ipſius nec veſtigia extarent,
ad huc nouum monumentum quippè ſtaret;
ſit igitur hæc, & quarta ratio quoq; reiecta,
at ne ampliùs hûc immorari videamur bre-
7 uiter † eam, & meliorem afferamus rationẽ,
certam nempè formam, vt ſcripturis, & in-
ſtrumentis fides adhibeatur à legibus ijs fo-
re præſcriptam, quæ in exemplis haud com-
periri ſolet, ea propter mirum non eſt, ſi il-
lis minimè adhibetur fides quandoquidem
forma eſt illa, quæ dat cuilibet rei ſubſtantiã
de ſententia Vlpiani in l. Iulianus, §. ſi quis,
ff. ad exhiben. qua non ſeruata actus corruit
Felin. in capit. dilecta de reſcrip. Matthæus
Afflict. conſtit. Regn. iuriſgentium de def.
Impo. nume. 2. his accedit, Franciſ. Mant.
tracta. ſuo de coniectu. vltima. volunta. tit.
1. num. 23. lib. 4. Iaſ. conſ. 166. poſt num.
3. lib. 2. Roland. Vallenſ. conſ. 30. lib. 3. Ia
cob. Menoch. conſ. 541. ſub num. 3. lib. 6.
idem conſ. 219. nume. 18. lib. 3. vbi multa
concinat, & memoriæ antea mandauerant
Cæſares ij Valent. & Anthe. in l. 1. C. de
8 præd. decurio. lib. 10. † ſin autem quæratur
quę ſit huiuſcemodi forma, in hoc Siciliæ Re
gno inſtrumentorum, iam traditum fuit, in
conſtitutione illa inſtrumentorum robur, de
iure verò communi eſt ſancio Cæſaris, in au-
tent. de tabell. & de ſcripturis publicis quæ
ſigna deſiderent, docuit Aymo. Sauilia. cõ-
ſil. ſuo 860. lib. 5. at forma apochę, fuit ex-
preſſa, & apertè cauta ab Imperatore Leo-
ne, in l. ſcripturas, C. qui potiores in pigno.
habean. de libris quippè rationum animad-
uerſum eſt, ab Vlpiano in l. 1. & l. ſi quis ex
argentarijs, ff. de edend. quæ quidem ratio
fuit nouè adducta à pręceptore meo Pyrrho
Alfa. in autent. ſi quis in aliquo, C. de edẽd.
hûc ſpectant inſignia pronuntiata Iacob. Me
noch. conſ. 924. num. 24. lib. 10. & conſil.
732. num. 2. lib. 8. & conſ. 457. num. 19. &
paulo poſt lib. 5. & conſ. 175. num. 28. lib.
2. vbi declarat. Tyber. Decia. conſ. 18. nu.
1. num. 6. lib. 2. Tyber. idem conſ. 24. nu.
23. lib. 1. & conſ. 7. nu. 37. lib. 4. Roland.
Vallẽſ. conſ. 69. nu. 54. lib. 3. Io. Cepha. conſ.
141. nu. 13. lib. 1. cũ concordãtibus, alijs, & †
9 eſt ſententia concors * de ſcripturarum autẽ
ſpeciebus, exemplo, ſumpto, & ſimilibus ſci
pſi racem. 27. quas ſilentio inuoluo, ne bis
idem repetamus.

A R G V M E N T V M.

Trinas enarrari hoc in loco ampliationes ſẽ
tẽtię concordis nuperrimè deductę, quòd
inſtrumentorum exemplis fides minimè
adhibeatur.

S V M M Æ.

1 *Exempla ſiue a priuata perſona ſint ſcripta,
ſiue a publica non probare.*
2 *Exemplum a duobus, pluribuſuè notarijs de-
promptum, ſiue deſcriptum, neque fidem
facere.*
3 *Exemplum neq; pro fiſco, Eccleſia, vel dote,
aut cauſſa pia probare.*
4 *Teſti de auditu, auditus minimè credi.*
5 *Ioſeph. Maſcardus, ac Tyberius Decianus
egregij viri.*

RACEMATIO 85.

Illum eumdem continuando ſupe-
riùs citata regula, quòd inſtrumẽ-
torum exẽplis, minimè credãtur;
primùm ampliari ſolet à ſcriben-
1 tibus, vt † à Purpurato, & alijs in autent. ſi
quis in aliquo documento, C. de edend. ſiue
exemplum à priuata fuerit perſona ſcriptũ,
ſiue à publica, quemadmodum à notario, &
tã ſi de priuata fuerit ſcriptura deprõptũ,
quàm ſi de publica gloſſ. in cap. Abbate, in
verbo fiat, de verbo. ſignificatio. Ioſep. Ma
ſcard. concluſ. 711. num. 10. lib. 2. de pro-
batio. Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in ali-
quo, vbi ſupra nume. 40. ſecundo loco dila-
2 tari † conſueuit locum obtinere, etiam ſi exẽ
plum à duobus pluribuſuè notarijs fuerit de-
promptum, qui teſtentur ſe autenticum in-
ſpexiſſe inſtrumentum abſq; nota aliqua mi-
nimè cancellatum, neque abraſum, atq; ideo
in forma valida, & cum eo exemplum conue
nire, ſicuti ſcripsêre Bart. in autent. præli-
bata, C. de edend. nu. 7. vbi Paul. Caſtrenſ.
Iaſ. Socc. Purpura. & reliqui. de communi
opinione * teſtatus eſt, Curt. Iun. conſ. 166.
nume. 3. & ſenſit Ioſep. Maſcard. vbi ſupra
num. 11. Socc. conſ. 120. nu. 2. lib. 1. opti-
mè Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in aliquo
documento loco nuperrimè citato num. 41.
quo in loco plura cumulat, eo trahantur, Ty
ber. Decia. conſ. 24. lib. 1. & conſ. 7. num.
36. lib. 4. Iacob. Menoch. conſi. 732. num.
3. lib. 8. Tyber. idem conſ. 18. nume. 8. &
3 inferiùs lib. 2. † ſententiam ore conſono re-
ceptam

Digitized by Google

ceptam tertiò ampliari traditum eſt, reſpectu fiſci, qui ſi inſtrumenti exemplo ſe iuuare velit, nil agere videtur Paulus in l. 2. ff. de fid. inſtrumen. quod, & idem conſtituitur, ſi ſit dos, Eccleſia, vel alia cauſſa pia. namq; exequantur, ac parificantur. iuris interpraetes, in l. 1. ſolut. matrimo. cum ſua materia. Ioſep. Maſcard. conclu. prælibata num 13. Tyber. Decia. conſ. 18. poſt num. 8. lib. 2.
4 comprobatur hoc, † viua quippè ratione, notarius, qui inſtrumenti exemplum deſcribit de alieno auditum teſtimoniũ dicit hoc eſt, de eo, quod à contrahentibus audiuit, qui autenticum ſcripſit inſtrumentum Bal. in l. in bonæfidei, num. 6. C. de reb. cred. atquì teſti de auditu, auditus haud creditur. Bar. in l. 2. §. item Labeo, ff. de aqu. pluu. arcen. & neq; in cauſſa pia Philip. Dec. conſ. 159. Io. de Imol. conſil. 91. Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in aliquo, C. de edend. num. 43. accedant, Ludo. Roma. conſi. 336. num. 2.
5 & inferiùs. † Paul. Pariſ. conſ. 135. num 9. lib. 4. & ij egregij viri Ioſep. Maſcard. vbi ſupra, more ſuo plura congerẽs conclu. 711. num. 6. ac Tyber. Decia. conſ. 24. num. 38. lib. 1. & conſ. 18. num. 7. lib. 2. cum concomitantibus, à Ioan. Cepha. conſ. ſuo 98. nu. 35. lib. 1. ſuperius citatis, addo, Pet. Surd. deciſ. ſua 231. num. 3.

ARGVMENTVM.

Pulchra eſt dilatatio quarta anxiomatis prælibati, reſpectu teſtium.

SVMMÆ.

1 *Exempla eorum, ſi quis inſpexerit, quæ teſtes in iudicio depoſuerunt, an poſsit alios producere teſtes? diſcutitur.*

2 *Vlpiani pronuntiatum, in l. vltima quemadmo. teſta. aperia. expendi.*

3 *Concluditur contra communẽ: minimè poſſe alios producere teſtes, ex Cæſaris reſpõſo.*

4 *Sententiam illam aſſequẽdam fore, quæ meliori nititur rationi, & legi.*

RACEMATIO 86.

IN materia teſtium ſæpe ſæpius ea facti ſpecies in hæſitationem incidit, an ſi quis in ſpexerit † exem-
1 pla eorũ, quæ teſtes in iudicio depoſuerunt, alios valeat producere teſtes? nẽpè regulam eſſe cõſtat, vt adeò exempla minimè probent, quòd quamuis cognitis teſtificationibus teſtium, cęteros producere non permittatur, Clemens Quintus Romanus Pontifex Clement. 2. de teſtibus Cæſarum reſponſum, in autent. atqui ſemel, C. de probatio. & poſt alios Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 52. lib. 4. inſigniter Tyber. Decia. conſ. 51. num. 18. num. 21. lib. 5. attamen, ſi aliquis eorum exempla Inſpexerit, quæ teſtes protulerãt, alios producere teſtes minimè prohiberi, & ob id interrogari curare, iſthæc nãq; exẽpla haud probãt facilè nãq; euenire poterit, vt, aliter in originalibus teſtimonijs ſcri-
2 ptũ reperiatur, & † quę ſentẽtia cõſona * innititur Vlpiani reſponſo, in l. vlti. ff. quemad. teſta. aperia. eo enim loci ſanxit Vlpianus, vt ſi quis teſtamẽtum fecerit, & exemplum, exemplo eius quidem aperto, non dum apertum eſt teſtamentum: pariter quoq; exemplo teſtium lecto, non videri lectum, atq; cognitum originale, ad hanc comprobandam ſententiam citantur Ludo. Roma. ſingu. 32. Felin. in cap. fraternitatis nume. 10. & cap. vltra tertiam n. 4. de teſtib. Bal. ac Ioa. de Imol. in ſuperius adducta, l. vltima Angel. in l. ſi duobus, ff. quemad. teſta. aperia. ſed
3 † animaduertendum erit, ſententia communis impugnari pſſe videtur, ex Cęſaris pronuntiato, §. quia vero multi, verſ. illud tamẽ, in autent. de teſtib. quo in loco, Imperator Iuſtinianus admonuit, ſi quis teſtificationes tractauerit, aut aduerſario hoc faciente ipſe diſputationem acceperit, & ex hoc didicerit teſtificata, non habebit omninò licentiã vllam vlterius vti teſtium productione, neque ſi diuina hoc iuſsio pręceperit. hęc ille Cęſar ſi igitur aduerſario coram iudice de teſtificatis tractante, quis diſputationem illam audierit, aùt ex alia tractatione exceptiones audierit aduerſus teſtificata, cęteros teſtes producere minimè valebit clarum eſſe. multò minus concedi producere teſtes, ſi non per auditum, ſed per viſum, & exempli lectione teſtificata didicerit. vlteriùs perpẽditur, quòd ideò poſtquàm quis teſtificata edoctus eſt, teſtes producere non valeat, ne illius inſtructus, quę in teſtificationibus continentur, ſeu veteribus teſtimonijs emendationem velit afferre, aut nouis additamenta, quę quidem ratio viget quoque, ſi quis exempla conſpexerit, quibus ſuffragantibus litigatur, inſtrui poteſt, † quam ſenten-
4 tiam contrà communem ueriorem * arbitratur, Pyrrhus Alfa. ad auten. ſi quis in aliquo documento poſt num. 39. C. de edend. eamque; vberius defendit, melioriq; nititur, &

Digitized by Google

legi, & rationi iuxta nor. per Romanũ Pontificem in cap. Capellanus, de ferijs, & quãdo opinio eſt æqua, ac bene fundata, non peccaret qui à cõmuni diſcederet. & alibi legimus, apud Tyber. Decia. conſ. 54. num. 35. lib. 1. tametſi ſententia conſona aſſequenda veniat; nihilominus, ſi æquior fuerit illa aduerſus communẽ; communis deſeritur. hũc ſpectant, quæ ſcribit, Roland. Vallenſ. cõſ. 100. nu. 48. & inferiùs lib. 2. Tyber. idem conſil. ſuo 83. num. 34. lib. 4. Philip. Dec. conſ. 630. num. 9. Iaſ. conſ. 179. verſ. conſideret ergò lib. 2.

ARGVMENTVM.

Coanguſtatio prima; quòd exemplis inſtrumentorum iudicis auctoritate cõſcriptis, fides adhibeatur; & de alijs euenientibus ratione continuati ſermonis.

SVMMÆ.

1 *Exemplum iudicis auctoritate ſumptum, an probet, & quæ requirantur ſolemnitates? remiſſiuè, & quam faciant fidem aduerſus tertium minimè vocatum, explicatur, num. 2. num. 3. num. 4. & num. 5. vbi iudicis arbitrio relinquitur.*

6 *Exempla, vt plenam faciant fidem, ea depromere volẽs, quid fieri oportet? conſulitur.*

7 *Statuto cauetur, vt inſtrumenta paratã executionem habeant, ſi notarij manu deſcripta ſint, qui rogatus fuerat, an tunc exemplo iudicis auctoritate ſumpto, fides habeatur? nu. 8. num. 9.*

10 *Quę procedunt à pari potentia, paris effectus eſſe debere.*

RACEMATIO 87.

FAuſtis auibus ex his, profectò, quæ ſuperiùs citauimus nonnullæ ſeſe nobis offerunt, & neceſſariæ coanguſtationes, & quotidianæ, meritò non proſternendæ. prima igitur coanguſta-
1 tio † ſit, vt ſi iudicis auctoritate exemplum ex autentico deſcriptum fuerit, haud præcitatæ regulæ locus erit. ratio hæc eſſe videtũr; nam autoritas, iudiciſq; præſentia omnẽ fraudis præſumptionẽ ſilere facit, ſic poſt multos ſcripſit Ioſep. Maſcard. concluſ. ſua 711. num. 17. num. 18. lib. 2. de probatio. memor fuit, Curt. Iun. in autent. ſi quis in aliquo documento, nume. 14. C. de edend. quod qualiter intelligatur, quæ nam ſolemnitates, & eſſentialia requirãtur, fuſiùs explicat Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in aliquo, vbi ſupra, num. 45. nu. 47. compertiùs docuit, Iacob. Menoch. conſil. ſuo 732. lib. 8. vberiùs ſculſit, Ioac. Mynſ. obſer. 73. centu. 6. ſingu. obſeruatio. & quod prænotaui-
2 mus † exemplum iudicis auctoritate probare, intelligi debet aduerſus eum, quo quidẽ contumace, vel citato deſcriptum fuit exemplum, contrà quem plenè probat, quemadmodum originale inſtrumentum, atq; ad dũ, inſtrumenti originalis retrahitur. & ita intelligentiam dari ad tradita in cap. vltimo de fid. inſtrumento. dum Romanus Pontifex Gregorius Nonus ſanxit eiuſmodi exempla eandem cum originalibus habere auctoritatem, quippè intelligi debet, ſi cum ijs agatur quibus vocatis deprompta fuêre exempla, ſeu cum eorũ hæredibus ab illis rẽ cauſ-
3 ſam habentibus. atqui aduerſus † cæteros, qui forſitan vocati non ſunt, atq; ideò in iudicio minimè interfuêre, perſpicuum erit fidem haud facere. ex quò illa afferri aſſolet vulgaris regula, res inter alios acta: ſic Panor. Abb. eo loci vbi Io. Immolenſis, quibus accedit Roland. Vallenſ. conſ. 85. nume. 4. lib. 2. Io. Cepha. conſ. 443. nume. 2. lib. 3. & non tantùm aduerſus alios, quorum æquè intereſt, ac eius, qui citatus fuit, ſicuti eſt cohęres, verumetiam nec aduerſus cęteros minus intereſſe principale habentes, quemadmodum ſunt fideiuſſor, vel creditor, poſterior, vel alius extraneus, cui quidem indirectè prẹiudicium afferri poſsit, argumẽto eorum, quę docuit Vlpianus, in l. Oratio de ſponſalb. & per illum textum Ioan. Cepha. conſ. 175. num. 3. lib. 2. & per ea quæ tradit Curt. Iun. conſ. 172. num. 5. Iacob. Menoch. conſ. 795. nume. 6. lib. 8. cum ſimili-
4 bus. † talis nempè in hac facti ſpecie accomodatur diſtinctio, aut exemplum producẽs aduerſus tertium habet originale, requiſituſq; producere recuſat, & tunc clarum eſſe cenſetur, nihilominus probare, nec quoq; ob fraudis ſuſpicionem, quę contra producentẽ oritur indicium facere ex Bar. ſententia, in l. admonendi, num. 30. de iureiuran. quem aſſequitur Philip. Dec. in autent. ſi quis in aliquo, num. 22. C. de edend. & ab alijs paſſim. aut herclè originale autenticum inſtrumentum minimè apparet, ſeu in producẽtis poteſtate non ſit, vel de illo producẽdo nec requiſitus fuerit, & tunc dimidiam facere probationem. argumento eorum, quę ſcribit Imperator Conſtantinus, in l. ſi à ſponſo, C. de do-

Digitized by Google

de donatio. ante nupt. & per illum textum
5 And. Alciat. conſ. 6. num. 3. lib. 8. † & nihi
lominus præcognoſcendus eſt, Pyrrhus Alfa.
in autẽt. ſi quis in aliquo, loco præcitato poſt
num. 46. vbi longius euagatus, tandem aſſen
titur Didac. Couar. cap. 21. practica. quæ-
ſtio. equidem quanta ſit fides adhibenda hu
iuſmodi exemplo aduerſus tertium, iudicis
arbitrio relinquendum, qui id æſtimabit, pen
ſatis omnibus, vt ibidem per eum, plura coa
cernantem, arbitrio autem iudicis quomodo
eſſe debeat explanauit Tyber. Decia. conſ.
93. num. 11. lib. 2. vbi pulchrè. eo trahan-
tur, Panor. Abb. cap. quamuis, nume. 2. de
re iudica. Hippo. Marſ. in l. quæſtionis mo-
dum, nu. 60. ff. de quæſtio. Iacob. Menoch.
tracta. de arbitra. iud. caſ. 111. num. 6. lo-
cupletiſsimus Maſcard. conclu. ſua 1267. nu.
10 lib. 3. de probatio. quib. in locis inquiũt,
in pectore iudicis remittendum, quam faciat
probationem res inter alios acta. cęterũ non
6 † indoctè ad cunctas diſputationes, ac lites
enarrandas conſulitur, & cautela traditur, vt
qui exemplum depromere voluerint expreſ
ſim, ac nominatim citari curet eos, qui in
in inſtrumẽto nominatim fuerunt, illorumq;
ſucceſſores: cautiùs quoq; incumbat omnes
intereſſe prætendentes citari facere per ban
na, quandoquidem ſic incertæ admoni ſolẽt
perſonæ: ſic memoriæ prodidêre ij Maximia
nus, Diocletianuſq; Cæſares, in l. ſi eo tem-
pore, C. de remiſ. pigno. vbi ſcribentes, nota-
biliter docuit Alex. conſ. 112, lib. 4. tunc nul
la hæſitatio erit illius exempla plenam face-
re fidem. refert, & ſequitur Pyrrhus Alfa.
vbi ſupra verſ. ſed ad omnes, ſupra num. 50.
copioſè demonſtrant, Roland. Vallenſ. cõſ.
69. num. 57. num. 58. & inferiùs lib. 3. Iacob.
Menoch. conſ. 722. nu. 6. lib. 8. Tybe. Decia.
conſ. 24 num. 25. nu. 26. lib. 1. & conſ. 7. nu.
37. lib. 4. & conſ. 18. num. 11. lib. 2. multa
præclara admonet Tyber. idem conſ. 23. lib.
7 5. ſed † nihilhominus animaduertendum,
coagulationem ſuperiùs citatam exemplo
Iudicis auctoritate ſumpto fidem adhiberi,
limitationem recipere, hercle locum ſibi nõ
vendicare in municipali lege dictãte inſtru-
mentum paratam habere non poſſe exſecu-
tionem, niſi notarij manu, qui rogatus fuit
deſcriptũ ſit. ita vnanimi conſenſu ſcripſere
Alex. Iaſ. & Purpuratus ad autent. ſi quis in
aliquo, C. de edend. Philip. Decia. in cap.
quoniam contra, num. 48. de probatio. an-
tea ſenſerat, Bar. in l. probatorias, C. de di-
uerſ. off. lib. 12. multa pulchra in ſimili adno-
tat Ioſep. Maſcard. conclu. 1341. num. 7. &

inferiùs lib. 3. de probatio. ita vt re vera mi-
nimè dubitandum quin communis * ſenten- *
tia ſit. quàm Mediolanenſis ille Decius, in
autent. ſi quis in aliquo, vbi ſupra, num. 13.
veram eſſe exiſtimat, ſi modo lex municipa-
lis vlteriùs progreſſa fuerit, declarando actũ
contrà factum nullius eſſe roboris. aliàs cum
exemplum Iudicis auctoritate ſumptum pa-
8 ris ſit potentiæ, auctoritatis, atq; virtutis †
cum rogati notarij inſtrumento, Gregorius
Nonus, cap. vlt. de fid. inſtrumẽto. & ea quæ
procedunt à pari potentia, paris debent eſ-
ſe effectus Cæſar in l. ſi libertum, C. de nupt.
& per illum tex. Andr. Barba. ad rub. decre-
tal. de reb. Eccleſ. non alien. num. 12. cum
concordantibus. quòd in huiuſmodi exem-
plo legi municipali locus erit, ex ea interpre
tatione paſsiua à noſtris iuris interpretribus
ſic nuncupata, ex adnotatis per Alex. & alios
in l. 1. §. lex falcidia, ff. ad leg. falcid. ſic & ali
bi Dec. ipſe reſpondit conſ. ſuo 17. ſi lege mu
nicipali diſponatur, forenſem inſtrumenta
conficere non poſſe: attamen inſtrumenta
facta non inualidi eſſe momenti. & an ſtatu
tum pœnam imponens facto cenſeatur annul
lare actũ? ſcribit Alex. conſ. 24. lib. 6. cum
9 ſimilibus poſita † pro vera Bar. ſententia re-
cedendum erit ſaltem ab ea, cum tabellio
fortè in fata conceſſerit, ex quo tunc iure me
ritò poſsit ab alio communi iure inſtrumen-
tum ſcribi, quemadmodum animaduerſum
reliquit Pontifex Maximus, cap. cum p. ta-
bellio de fid. inſtrumento. vel abſens nota-
rius ipſe longouè impedimento grauiter op-
preſſus, ſicuti voluerũt domini de Sacro Cõ-
cilio Neap. recollecti à Mattheo Afflic. deciſ.
6. vbi multa præclara Cæſar Vrſillus in ad-
10 ditamentis ad eos. Sed quæſo † deueniamus
ad hoc Siciliæ Regnum, an præcitatum exẽ-
plum ex forma ritus, valeat exſequtioni mã-
dari? prænotandi ſunt Ioſep. Cumia cap. ri-
tus ad tollendam, 15. more ſuo, num. 8. ac
Pyrrhus Alpha. in autent. ſi quis in aliquo do
cumento, C. de edend. num. 51. cum conco-
mitantibus alijs, & de productione ſcriptu-
rarũ quòd fieri debeãt parte citata cũ termi
no opponendi obiter Aymo. conſ. 953. lib. 5.

ARGVMENTVM.

Alteram in communem hunc locum conijci-
mus ſecundam, & principalem, coagu-
lationem ſuis cum ampliationibus, & ex-
ceptionibus haud naucifaciendis. pulchrè
faciũt inſignia exẽpla Iacob. Menoc. conſ.
ſuo 320. nu. 21. n. 36. lib. 4. Aymo. Sauilia.
conſ. 1000. annis ſeptem, num. 9. lib. 6.

SVM-

Digitized by Google

SVMMÆ.

1 *Exemplum, an aduerſus edentem probet aduerſuſuè illum, qui in iudicio produxit illud, vel qui extra iudicium ſuo edidit aduerſario? duo ſparguntur capita, & n. 10.*

2 *Scripturę priuatæ credi etiam in eis, quæ à tergo ſcripta fuère, atq; exemplo etiam ad vtilitatem cuiuſcunq; extranei aduerſus producentem, & num. 3.*

4 *Aduerſus petentem librum exhiberi in iudicio, vtrùm liber is fidem faciat? & nu. 5. vbi duo principes conſtituuntur caſus, & num. 6.*

7 *Exemplum non probare aduerſus producentem, ſi productio, vtpotè erronea reuocata ſit. & neq; ſi ab aduerſario exemplum impugnatum ſit, & quo pacto intelligendum, explicatur, & num. 8. & nu. 9.*

11 *Bartholum iuris ciuilis ardentiſsimum luminare, nota nihilominus remanere demonſtratur.*

RACEMATIO 88.

QVin vtilis & proficua ſit coangustatio hæc inficiari quippè minimè poterit, ſecundo igitur, & principaliter loco coanguſtatur id iuris effatum, vt ſi exemplum aduerſus eum proferatur, qui illud edidit; intrepidè probet, & †
1 duo aſſolent capita diffundi, alterum eſt, cũ quis in iudicio exemplum, aliamuè ſcripturã priuatam exhibuit, in quo nempè capite inconcuſſa ſententia eſt, exemplum plenè probare aduerſus eum, qui produxit, ſic docuêre Panor. Abb. cap. cum venerabilis, de exceptio. vbi affluenter, & doctè Felin. Philippuſq; Dec. num. 26. Bar. in autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. num. 2. vbi Ludo. Roma. poſt num. 7. vbi quoque Iaſ. ſub nu. 2. & conuenire putantur Aymo. Sauilia. conſ. 411. nu. 61. lib. 3. Io. Cepha. conſ. 369. num. 26. lib. 3. Iacob. Menoch. conſ. 708. num. 9. lib. 8 argumento eorum, quæ idem ſcribit, conſ. ſuo 476. ſub nu. 13. lib. 5. Philip. Decia. conſ. 650. nu. 7. & poſt multos Ioſep. Maſcard. conclu. 711. num. 27. de probatio. lib. 2. recentiſsimè Pyrrhus Alfa. ad autent. ſi quis in aliquo, vbi ſupra num. 52. num. 56. fol. 233 prænotãdus eſt Pet. Surd. decif. 267. vbi multa, quod nihilominus tribus dilatatur modis, duobuſq; reſtringitur. & pr. am-
2 pliatur, vt † is, qui huiuſcemodi exẽpiũ, vel priuatã ſcripturam in iudicio exhibuerit, nedũ eis, quę in ſcripturæ aſpectu, vel frõte adnotata fuerunt ſtare compellantur, verumetiam illis, quæ à tergo comperiuntur, vt potè ſi chirographum ſit, atq; ideo à tergo cõperiatur adnotata ſolutio totius, vel partis debiti, quemadmodum pulchrè reſpondit auctoritatis maximæ Ange. conſ. ſuo 132. & ſenſit Aymo. Sauilia. de antiq. tempo. part. 1. §. viſo de verbis enuntiatiuis, num. 37. vt ibi per eum. argumento eorum, quæ docuit Iacob. Menoch. conſ. 508. num. 20. nu. 21. lib. 6. voluit Ioſep. Maſcard. concluſ. 1235. num. 15. de probatio. lib. 3. & poſt alios Iacob. idem conſ. 332. num. 23. lib. 4. facit in ſimili quòd reſpondit Aym. conſ. ſuo, 1000. iuri, & æquitati interloqutionem, nume. 24. inferius verſ. imò enim lib. 6. ac Tyber. Decia. conſ. 108. num. 20. lib. 2. idem locupletiùs docuit conſ. ſuo, 20. num. 7. nume. 16. num. 22. num. 27. lib. iſto. vbi pulcherrimè, idem conſ. 39. num. 22. lib. 4. Aymo. conſ. 701. num. 7. lib. 4. And. Alciat. conſil. 61. num. 6. lib. 6. vbi declarat ſecundo quoque
3 loco † dilatandã fore cenſuimus, vt non tantùm in vtilitatem eius aduerſus quem productum fuit; verùmetiam in cuiuſuis extranei commodum. ſic admonent Ange. in autent. de hæredib. & falcid. §. ſi verò expreſsim, num. 4. & Aymo. Sauilia. vbi ſupra, nu. 43. & inferiùs. ad quos quilibet venire poterit,
4 ſi caſus occurret. Tertiò, & poſtremò † ampliatur etiam ſi aliquis librum ab aduerſario in iudicio exhiberi poſtulet, eum namq; exhiberi petens, producere cenſetur, & ob id ex conſequenti comprobare, ita reſpondebat Aymo. Sauilia. conſ. 275. lib. 2. quæ quidem opinio non eſt omnino tuta, etenim, qui librum exiberi poſtulat, quem minimè vidit quid contineatur, inſcius eſt, igitur datur intelligi, illum approbare non cenſeri ex Paul. Vlpianiq; Sancionibus, in l. mater decedẽs, ff. de inoff. teſta. & l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. om. iud. accedant, in ſimili ea, quæ ſanxit, Caius ad edictũ prouinciale, l. de his ff. de tranſactio. & per illum teſtum And. Alcia. conſ. 58. num. 4. lib. 8. & ea, quæ commemorant Io. Cepha. conſi. 427. poſt num. 5. & nu. 20. lib. 3. ac Iacob. Menoch. conſ.
5 576. num. 35. lib. 6. cum concordantibus. † verùm enimuero pro defendenda eius ſentẽtia duo principes conſtituendi ſunt caſus, primus ille ſit, ſi poſtquã alter exhibuit aduerſario petente, ac exemplum præſtitit, vel aliter ad petentis notitiam venerit, quid in ea contineretur ſcriptura, nihilq; oppoſuit, tũc enim ipſe produxiſſe putatur. atq; ideò aduerſus eum fides adhibebitur.

Secun-

Digitized by Google

6 Secundus caſus † ſit is, ſi fortè ſcripturam prædictam ad notitiam minimè perueniſſe dicatur; vel cum ſciuiſſet impugnaſſet, ſeu aliquid obijceret, eo quipè caſu illi haud præiudicium afferri, vel parari iudicatur. atque de ſcriptura ab vno producta, vt ab altero non vidente, nec legente approbata minimè cenſeatur Alex. ſcribit conſi. 201. nume. 11. lib. 1. & videndus eſt Tyber. Decia. conſil. ſuo 18. num. 16. num. 17. lib. 2. quæ omnia doctè cumulat Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in aliquo, C. de edend. num. 57. num. 58. & num. 59. & an, & quando producens inſtrumentum fateri præſumatur omnia in illo comprehenſa abundè demonſtrat. Ioſep. Maſcard. conclu. 915. lib. 2. de probatio inſigniter declarat Io. Cepha. conſil. 236. nu. 18. & inferiùs lib. 2. ſcribit Aymo. Sauilia. conſ. 637. num. 6. num. 13. lib. 4. & conſil. 411. num. 61. conſi. 382. lib. 3. conſi. 882. num. 14. lib. 5. & de eo qui petit productionem Pet. Surd. deciſ. 199. nu. 6. & inferius.

7 Congruenti ordine † condeſcendamus ad limitationes ipſas. primùm igitur reſtringẽdum fore noſtri putant, haud locum ſibi vendicare, ſi ille productionem, vt potè erroneã reuocaſſet ex Cæſarum Diocletiani, ac Maximiani reſponſo in l. error, C. de iur. & fac. ignora. ad ſaturitatem tradit, Aymon. Sauilia. tracta. de antiq. tempo. loco nupertimè deducto, & nu. 64. idem conſil. 391. ſub nu. 2. lib. 3. cum alijs concordantibus. ſecun-

8 do loco † coanguſtari cenſent, ſi ille, contrà quem productum fuit exemplum illud oppugnaſſet ex vulgata iuris regula ex eo, lib. 6. Pet. Surd. deciſ. 185. num. 22. Magon. deciſio. 33. Flor. nume. 14. Roland. Vallenſ. conſ. 59. num. 26. lib. 3. namq; ex eo nullus commodum reportare debet, quod diluere innititur. ſenſit Paulus in l. poſt legatum, ff. de his quib. vt indign. & per illum tex. pulchrè docuit in quadam facti ſpecie Franciſ. Mant. tracta. de coniec. vltima. volunta. lib. extremo num. 38. expreſsè voluit, Roland. Vallenſ. conſi. ſuo 59. num. 26. lib. 3. quod

9 † ſanè intelligẽdum erit, niſi is ab obiectionibus, vel impugnationibus deſtitiſſet, ac renunciaſſet. Alex. conſ. 112. lib. 5. ratio hæc eſſe videtur, etenim impunem dici auctum, ante negotium perfectum, reuocato obiecta. Vlpianus, in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoff. teſta. animaduerſum reliquit Imperator Gordianus in l. alia. C. de ijs quib. vt indign. cęterum ſi aduerſarius obiectionem recepiſſet, illamq; ratham habuiſſet, ius ab ea comparaſſet. non itaq; reuocare concede-

retur Philip. Corne. conſ. 174. ad finem lib. 4. Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. num. 60. & nu. 61. videndus eſt Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 1000. iuri, & ęquitati interlocutionem, nu. 4. lib. 6.

10 Alterum, & ſecundum caput † illud eſt, quando aliquis exemplum minimè produxit in iudicio, ſed ſuo edit aduerſario, ad hûc quoq; concludendum fore iudicant iuris interpretes, illi credi, prout ad ſaturitatẽ ſcribunt ipſi in autent. ſi quis in aliquo vbi ſupra Bar. in l. in fraudem, §. neq; inſtrumento, ff. de iur. fiſc. Philip. Dec. conſi. 36. poſt num. 2. idem conſi. 650. num. 7. Ioſep. Maſcard. conclu. 711. nu. 27. lib. 2. de probatio. eſtq; ſententia concors, * quod intelligitur locum ſibi obtinere, tametſi nulla iudicis auctoritas mandantis exemplum edi interueniat. Alex. Purpuratus, Hiero. Cagno. in autent. ſuperiùs adducta Ioſep. Maſcard. ſuperius ad hûc citatus, num. 29. hinc infertur Bar-

11 tholum † ardentiſsimum luminare iuris ciuilis reiectum fuiſſe. dum aſſerit, eo loci nu. 3. vt notarius ita ſcribat hoc eſt inſtrumenti exemplum, à Sempronio producti, quod de Seij voluntate editur, atq; iudicis mandato, alioquin minimè probabit, pręcognoſcendus eſt Pyrrhus Alfa. ad autent. ſi quis in aliquo pręallegato loco, nume. 62. & latè infra vbi de his omnibus, & de ſcripturis impugnatis plura congerit Aymo. Sauilia. conſil. 1000. annis ſeptem, num. 20. num. 37. nu. 39. nu. 44. lib. 6. cum ſimilibus.

ARGVMENTVM.

Principis, & tertię coãguſtationis locus examinatur. & ampliatione, & exceptione, ſubnixus, & de ſubſcriptione quod operetur idem voluit Tyber. Decia. conſil. ſuo 39. nu. 89. lib. 2. declarat Aymo. Sauilia. conſ. 857. num. 2. lib. 5.

S V M M Æ.

1 *Exemplum eius manu ſcriptum, qui originale confecit, num probet? & nu. 5. & nu. 7. vbi tres principes enarrantur caſus, nu. 8. & num. 9.*

2 *Vlpiani, ac Florentini pronuntiata expendũtur, in l. ſi quis ex argentarijs, §. prohibet, ff. de edend & l. vnum, ff. de teſtam. & num. 3.*

4 *Caput dudum, de conuerſio. coniuga. declaratur, & ponderatur. Vlpianus, quoque perpen-*

perpenditur, & num. 6.

10 *Exemplo manu eiuſdem notarij tantummodo ſubſcripto l. qui originale ſcripſerat, fidem adhibendum.*

11 *Subſcribens, ſe ſcriptura per alium facta ita ſibi præiudicat, ac ſi totum ſcripſiſſet, & nu. 12. vbi de communi ſententia.*

13 *Cõtractus ſi ſcripturam requirat pro ſua ſubſtantia, an eiuſdem notarij exemplo manu ſcripto credatur? de Baldi aurea doctrina enarratur. & num. 14. Baldum contradicentem non habere aſſeritur. & num. 17. vbi de veriori ſententia.*

15 *Alexandri Imperatoris cõſtitutionem in l. 2. C. de teſta.*

16 *Argumentum à contrario ſenſu maximi eſſe momenti.*

18 *Teſtes, & inſtrumenta parem habere vim, ex Conſtantini Cæſaris reſponſo l. in exercendis, C. de fid. inſtru.*

RACEMATIO 89.

OR, fontibus apertis, ex ijs ad hæc diffuſiùs cęteris de limitationibus diſſeramus, illud igitur regulæ pronuntiatum dictans, exemplum minimè probare, coanguſtari cenſent iuris inter-
1 pretes, & tertio loco, vt ſi manu illius † ſcriptum fuerit à quo erat originale, huic nempè exemplo fidem adhiberi placuit, Bart. & alij in autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. vbi vno ſic ore faſsi fuêre; ad quam comprobandam ſententiam procliuiores ſunt conſiculus And. Barba. inter Alexãdri conſilia 112. num. 27. lib. 4. adeò vt nemo eſt, qui inficietur, hanc communem opinionem * fore, & Didac. Couar. cap. 21. ſub num. 2. practica. quæſtio. Lapus allegatio. ſua 77. nuncupatim ſcribit Ioſep. Maſcard. conclu. 711. num. 35. num. 36. lib. 2. de probatio fuſiſsimè plura cumulans, quemadmodũ ſui fuit moris, vbi, & de concordi, veriorique ſentẽtia * teſtatus eſt, quibus aggrego Tyb. Decia. conſ. 49. poſt num. 2. lib. 3. & conſ. 7. num. 37. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 175.
2 num. 29. lib. 2. † pro qua fulcienda expenditur Vlpiani pronuntiatum in l. ſi quis ex argentarijs, §. prohibet, ff. de edend. quo loci traditum eſt, ſi alicui argentarius rationes edidit, poſtmodum ſuas perdidit, ab illo cui ipſe ediderat petere poteſt. Illa igitur rationum exempla ſicut originalis argẽtarij liber probant. quòd eiuſdẽ argentarij manu erãt conſcripta; atq; ideò fruſtrà ab argentario ea peterentur exempla, niſi fidem facerent,
3 ad idem & ſecundò † ſuadetur Florentini reſponſo, in l. vnum, ff. de teſtam. vnum teſtamentum Florentinus ait; pluribus exemplis conſignare quis poteſt: idq; interdum neceſſarium eſt, ſi fortè nauigaturus. Gloſ. & Bal. adnotat ibidem vtrumque autenticum eſſe. quod, & illa innititur ratione ab eodem notario ſcriptum, vtrumque iudicari. tertio lo-
4 cò † ſtabiliri cenſetur, cap. dudum, de conuerſio. coniuga. quem textum ad hoc optimum nuncupauit Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 711. num. 36. vbi ſuprà, in quo nempè textu non video quo pacto conſtitutũ fuerit de exemplo ipſo, certiùs probari videtur vtrumq; inſtrumentum fore Gregorij Noni Sũmi Põtificis pronuntiata, nos redunt claros. ponderando eo loci dum inquit, quòd caſtratum miſſo inſtrumento præfato, illud in prima perſona, quod prius erat in tertia inſertis pluribus in vno, aliter quàm in alio, fuit ab ipſo formatum: Gregorius dixit in vno, aliter quàm in alio, atqui anteà de inſtrumento mentionem fecerat, datur itaque intelligi vtrumq; inſtrumentum eſſe.

5 Cęterùm † in alteram, & contrariam cõdeſcendêre ſentẽtiam Ludo. Roma. in l. ſciẽdum de verbo. obligatio. & Paul. Caſtren. in authent. ſi quis in aliquo, C. de edend. concinatur enim Caſtren. exemplo ea propter, fidem non adhiberi, ex quò in inſtrumento cãcellationes aliquæ eſſe poterunt, quæ inſpici non valebunt, ni autenticum fuerit viſum. quæ quidem ratio locum ſibi obtinet, quãuis notarij eiuſdem manu ſcriptum ſit. vlteriùs citatur Vlpiani ſapientiſsimi viri ſancio, in l. 1. §. ſi quis in duobus, ff. de bono. poſſe. ſe-
6 cun. tabu. † ponderando inibi dum dicebat, ſed ſi vnum fęcerit teſtator quaſi teſtamentum, aliud quaſi exemplum, ſi quidem id extat, quod voluit eſſe teſtamentum, bonorũ poſſeſsio petetur, ſi verò, id quod exemplũ erat: bonorum poſſeſsio peti non poterit, vt Pomponius ſcripſit, & ad hoc vt ſcripturæ, credatur quæ deſiderentur: ſcribunt Iacob. Menoch. conſ. 431. num. 38. & inferiùs lib. 5. Tybe. Decia. conſ. 2. num. 6. lib. 3.

7 Quid † dicendum? & nẽpè in hac difficultate tres principes caſus diſtinguendos fore cenſuimus, primus ille ſit, aliquando ex prothocollo inſtrumentum depromitur, atq; ex inſtrumento exemplum ad verbum deſcribitur, cunctis adhibitis ſolemnitatibus, nec exprimitur ſit ne exemplum, vel vt vulgò tradunt, hæc eſt copia, & tunc intrepidè fidem ei adhiberi ex communi, quã præcitauimus, ſententia, etenim cùm omnia ſolemnia adſint,

ſint, quamuis vnum ex alio, ac exemplum,
ex inſtrumento deſumptum fuerit, attamen
ſicuti inſtrumentum reputandum erit. & ad
rem, candide lector, ſpectare poſſunt loci ſu
perius citati quemadmodum Florentinus, in
l. vnum, ff. de teſta. Proculus, in l. Sempro-
nius, de lega. 2. Vlpianus in l. 1. §. ſi quis in
duobus, ff. de bono. poſſeſ. ſecundum tabu.
quibus in locis prudentiſsimè Reſponsũ fuit
duo eſſe teſtamenta, & veriſimile eſt non am
bo memoriter fuiſſe dictata, at vnum prius,
& ex eo aliud ſcriptum, atq; dictatum, & ta-
men omnibus illis fore credendum. ſecun-
8 dus caſus, † aliquando notarius adhibet ſo-
lemnia, & nihilominus exemplum fore teſta
tur, & fortaſsis dicit hoc eſt tale exemplum,
& tunc hylari recipiatur aſpectu, Paul. Ca-
ſtrenſ. ac Ludo. Roma. ſententia, aliorumq;
iuris interpretum illam aſſequentium, profe-
ctò quaſi exemplum notarius eſſe voluit, iu-
re merito nec fidem adhiberi ex Vlpiano in
ſuperius deducto, §. ſi quis in duobus, verſ.
ſed ſi vnum, cum ſimilibus. exempli verò hu
iuſmodi vis eſt, vt fidem minimè faciat ex
Pauli pronuntiato, in l. 2. ff. de fid. inſtru-
mento. cum contextibus alijs, quæ citari poſ
ſent, atq; vt ei credatur notarij quoq; volun
tas requiritur pro authentica volẽtis ſcriptu
ram haberi, & quia adhûc eum exemplum
tabellio fore putauit diligentia illa, quæ in
inſtrumentis adhiberi conſueuit, fortè adhi-
bita minimè fuit: meritò neq; credi æquum
eſt And. Alciat. Ioa. Bolognet. in autent. ſi
quis in aliquo documento, C. de edend. vbi
recentiſsimè Pyrrhus Alfa. quos aſſequutus
9 eſt, nu. 72. fol. 237. † vltimus ſit caſus, quòd
aliquãdo exemplum appellatur, & ſolemnia
minimè interuenerunt, & tunc breuiter di-
camus, huic exemplo multò minùs credi de-
bere, vulgatis iuribus. Communem ſenten-
10 tiam pro vera † falſam, ampliari iudicant ce-
leberrimi ſcribentes, quamuis exemplum à
tabellione ſubſcriptum tantummodo fuerit,
etenim totiùs negotij ſcriptura, ſolaq; ſub-
ſcriptio parem habent vim, & auctoritatem
tùm Vlpiani reſponſo in l. ſi quis ex argenta
rijs, §. 1. ff. de edẽd. & in l. ſi ego, §. dotis, ff.
de iur. dot. tùm Sceuolæ ſententia in l. em
ptor, §. Lucius, ff. de pact. ſcribunt Iaſ. & re-
liqui in autent. ſi quis in aliquo vbi ſupra nu.
3. num. 4. & in l. cum antiquitas, num. 12.
& inferiùs, C. de teſta. ratio hæc eſſe vide-
tur, quia ſubſcribens † ſe ſcripturæ per alium
11 factæ ita ſibi præiudicat, ac ſi totum ſcripſiſ-
ſet Bart. præcitato, §. Lucius quos ſequutus
eſt. Ioſep. Maſcard. conclu. 711. nume. 38.
nu. 39. vbi ſupra, & declarauit Horat. Man-
doſ. in additamentis ad Ludo. Roma. conſi.
303. admonent Bar. Bal. Ange. Rapha, Ful
goſ. Paul. Caſtrenſ. Alexan. & Iaſ. in l. ſi ita
ſtipulatus, §. Chriſogonus de verb. obligatio.
Alex. idem conſil. 147. lib. 2. Philip. Dec.
cap. quoniam contra num. 48. de probatio.
Paul. Pariſ. conſ. 47. nume. 6. lib. 1. Anto.
Natt. conſ. 287. num. 4. lib. 2. Roland. Val
lenſ. conſi. 44. num. 30. lib. 1. Aymon. Sa-
uilia. conſ. 73. num. 40. lib. 1. Philip. Dec.
12 conſ. 115. poſt nu. 4 † de communi teſtatur
ſententia * Cacheranus deciſ. Pedamonta.
37. num. 3. Franciſ. Borſa. conſ. 39. nu. 24.
lib. 1. vbi de magis cõmuni opinione * * Ia-
cob. Menoc. conſ. ſuo 450. nu. 1. lib. 5. cum
concordantibus, quos affert, Ioſep. Maſcar.
concluſ. ſua 1341. lib. 3. de probatio. quæ-
quidem ampliatio crebro concurſu * recepta
fuit, & reliqua ad eam pertinentia doctè, co-
pioſeq; tradidêre Philip. Dec. & Hiero. Ca-
gno. in auten. ſi quis in aliquo documento,
C. de edend. & eo loci recentiſsimè teſtatur
Pyrrhus Alfa. num. 73. quæ nihilominus ſen
tentia concors abſq; limitatione non tranſit;
coanguſtatur nempè locum ſibi haud vendi-
13 care in contractibus, † quorum ſubſtantia in
ſcriptura conſiſtit, ſic docuit Bal. ad rub. C.
de fid. inſtrumento. nu. 20. quo in loco tra-
didit, ſi contractus ſcripturam deſideret in-
ſtrumento ex prothocollo ſumpto fidem non
haberi, niſi prothocollum exhibeatur, in quo
tota contractus vis conſiſtit, quæ Bal. doctri
na à noſtris ſcriptoribus aurea, ac fulgida re-
putata fuit, quam amplectũtur Ludo. Roma.
in l. ſciendum de verbo. obligatio. Felin. ca-
pit ſicut enim, de re iudica. Philip. Dec. ca-
pit. quoniam contra, poſt nume. 51. de pro-
batio. Alex. conſ. 175. num. 4. lib. 7. Ludo.
idem conſ. ſuo 174. num. 7. & iam de conſo-
no ſcribentium ore * poſt multos Ioſep. Ma-
ſcard. ſuperius adductus, conclu. 711. num.
14 48. num. 49. & num. 75. Pyrrhus † Alfa. vbi
quoq; ſupra num. 74. fol. 237. quibus in lo-
cis, omnes proteſtantur Bal. contradicentẽ
non habere. Ioac Mynſ. obſeru. 74. cent. 6.
ſingu. obſerua.

Primùm deducitur ad hanc coadiuuãdã
ſententiam, Iuſtiniani Cæſaris reſponſum in
l. contractus, C. de fid. inſtrumẽto. vbi Bar.
ſcribit, quando contractus celebratur in ſcri
ptis perfectus minimè exiſtimatur, niſi con-
trahentibus fuerit lectus, atq; ideò ab eiſdẽ
comprobatus. non fuit contrahentibus exẽ-
plum lectum, nec inſtrumentum, neq; ap-
probatum, igitur conſequens erit fidem non

adhiberi, ni prothocollum fuerit exhibitum, ſuper qua re prænotandus venit, Tyber. Decia. conſ. 55. num. 15. conſ. 36. num. 5. lib. 2. conſ. 64. nu 23. lib. 3. ſerioſius tradit Iaſ. conſ. ſuo 151. lib. 2. Decius conſ. 340. And. Alciat. conſil. 156. lib. 5. teſſau. deciſ. 197. Iacob. Menoch. conſi. ſuo 239. num. 3. lib.
15 3. † ſecundo loco citatur Imperatoris Alexandri locus, in l. 2. C. de teſta. publicati ſemel teſtamenti fides, Alex. ait, quamuis ipſa materia, in qua primum à teſtatore ſcriptū relictum fuit, caſu, qui probatur, intercidit, nihilominus valet. teſtamenti itaq; fides, hoc eſt exemplum valet, ſi caſus amiſſum ſit au-
16 tenticum ipſum: à contrario igitur † ſenſu, qui maximi videtur eſſe momenti, apud Papinianū in l. 1. §. huius rei vbi noue Pyrrhus Alfa. num. 96. fol. 75. de off. eius Hiero. Alba. conſ. 2. ſub. nu. 16. ſi perditum non eſſet autēticum eiuſdem notarij manu ſcripto exemplo minimè crederetur, ex eo, quòd teſtamenti ſubſtantia eſt ſcriptura ipſa ex Cæſaris Reſponſo, in l. hac conſultiſsima, C. de teſta. cum alijs ſimilibus. tertio, & vltimò facit, & confert, textus, §. illud in autent. de
17 tabellio. refert, & ſequitur, Pyrrhus † Alfa. in autent. ſi quis in aliquo, ſub num. 75. quo quidem loco ſubdit ipſe ex Alex. Dec. Bolognet. & Hiero. Cagno. ſententijs, contrariā opinionem veriorem* eſſe ſubiungens quòd ſcriptura prima neceſſaria eſt ad perficiendum contractum, atqui eo ſemel perfecto, alijs modis probari, valebit, vt hoc exemplo iure deſumpto, & contractus, qui ſcripturam deſiderat, teſtibus probari poteſt, qui parē
18 † habent vim cum inſtrumentis ex Imperatoris Conſtantini pronuntiato, l. in exercendis, C. de fid. inſtrumento. & per illum textum Roland. Vallenſ. conſi. 82. nu. 41. lib. 2. faciunt cumulata, per Maſcar. concl. prælibata 711. num. 50. vbi reſtringit, attenta Baldi opinione, ni probetur inſtrumēti amiſſio, quia tunc ſolum exemplum probat. multa pulchra docuit Io. Cepha. conſi. ſuo 170. num. 2. & conſ. 171. nu. 7. lib. 2. cum concordantibus. & an, & quando inſtrumentum probat abſq; ſolemnitatibus notario in fata cædente? And. Gail. obſeru. 43. lib. 2. practica. obſerua.

ARGVMENTVM.

Limitatio quarta inſeritur anxiomatis prælibati cum ſuis diſtinctionibus ſuccintè prolatis. 1

SVMMÆ.

1 *Exemplum extra iudicium conſentientibus partibus ſcriptum num probet? tres principes conſtituuntur caſus, & num. 2. & num. 3.*

4 *Vlpiani, & Pauli pronuntiata expendi, & num. 5.*

6 *Exemplum vtrum conſentientibus partibus deſcriptum, fidem faciat? bina diffunduntur capita, & num. 7.*

RACEMATIO 90.

NEbris eſt altera in ordine, & coangustatio quarta, tametſi iudicio meo perplexa, ac inuoluta. illud itaq; generalis regulæ pronuntia-
1 tum, limitatur quotieſcunq; exemplum † extra iudicium, conſentientibus partibus, ſcriptum fuerit Bart. in autent. ſi quis in aliquo C. de edend. nu. 5. vbi Iaſ. & alijs communibus ſuffragijs* vbi quoq; Curt. Iun. nume. 18. & poſt multos, eo loci Pyrrhus Alfa. nu. 76. Ioſep. Maſcard. concl. 711. nume. 52. lib. 2. de probatio. ſed diligenter animaduertendum eſt, vna cum Bar. vbi ſupra; vt tres principes diſtinguamq; caſus, primus il-
2 le ſit, aliquando partes † conſentiunt exemplum ex inſtrumento deſcribi, at inſtrumentum minimè approbant verū fore, ſed aiunt, nos aſſentimur, vt ipſe depromas, illud antē haud cōprobamus. & tunc ingenioſe lector, à vero aliena non eſt Innocentij ſententia, in cap. vltimo de fid. inſtrumento, ac Specula, §. oſtenſo, verſic. hoc etiam, tit. iſto nempè exēplo tali minimè credi debere. ſecundus,
3 & princeps † caſus eſt, aliquando alter aſſentitur depromi, & ob id inſtrumentum ſicuti verum, & ſolemne approbat, & tunc fatendum erit, ſaltem exemplum hoc ipſum, inter illos probare. Pyrrhus Alfa. ſuperius citatus, & alij cum concordantibus. tertius, & poſtremus caſus, cùm ſimpliciter fuit de partium volūtate ſumptum exemplum. & haud dictum eſt inſtrumentum, vel exemplum approbari, vel improbari, & Bar. loco ſupra citato concludere cēſetur huiuſcemodi exemplo minimè credendum, vt ibi per eum. & præcognoſcendus eſt, Ioſep. Maſcar. nuperrimè affluxus, num. 53. num. 54. nume. 55. cum concomitantibus. cæterùm quoad poſtremum hunc caſum, Ioan. Imol. cap. vltimo de fid. inſtrumento. & Socc. in autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. in ea ſtetēre ſentētia, ſi aliquis duntaxat aſſentiatur

tiatur ex inſtrumẽto exemplum depromi id approbatum videri, atque ideò illi credi ex Vlpiani reſponſo, in l. ſi quis ex argentarijs,
4 §. prohibet, † ff. de edendo nam, & ipſi argẽtario ex cauſſa Vlpian' inquit, ratio edẽda eſt ſi naufragio, vel ruina, vel incẽdio, vel alio ſimili caſu rationes perdidiſſe probet. Argẽtarius igitur rationes ediderat, ſiue earum exempla, & poſtmodum ſuas perdidit, eo in loco legiſlator determinat, permitti argentario illas ab eo petere, cui ediderat. datur itaque intelligi exempla ipſa fidem facere aduerſus illum, qui argẽtario ediderat, aliàs ſequeretur editionem illam otioſam eſſe argumento eorum, quæ docent, And. Alciat. conſi. 173. lib. 9. Franciſ. Mant. tractat. de coniect. vltima. volunta. tit. 1. nu. 6. lib. 10.

Or, ſi quæramus rationem cur probent? nulla excogitari poteſt, niſi quòd ipſe anteà exempla petierat, atq; illis deſcribendis exẽplis conſenſum adhibuerant. probant quoq; aduerſus Argẽtarium ex quò ipſe ediderat, atque eis deſcribendis aſſenſus fuerat. inſu-
5 per † inniti putatur ſententia hæc, Pauli loco, l. in fraudem, §. neque ff. de iur. fiſci vbi conſtitutum fuit à Paulo ipſo, exemplis aduerſus fiſcum, qui ediderat fidem adhiberi. ratio hæc eſſe videtur, quòd ille exẽplis conſenſerat, & quicquid ſit, Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in aliquo, C. de edend. num. 77. poſt Ioan. Imol. Socc. Philip. Dec. & alios, Bartoli mentem explicans, in hac controuerſia ſummatim duo ſpargere iudicatur capita,
6 medullitùs veritatem inquirendo † Primum caput eſt, ſi nos loquamur, vtrùm exemplo fides habenda ſit aduerſus illum, qui exemplum poſtulabat, ac deſcribi aſſenſus fuerat. & tunc non dubitandũ fore Pyrrhus ipſe ait, exemplo huic non credi. Secundum caput, ſi verò loquamur, an contra eum qui autenticum detinebat, & alij editurus erat exemplum, & deſcribi permittebat, tunc ſi præſens quoq; fuit exemplo is deſcribendo, vel exemplum cum autentico conuenire voluit, fidem haberi cenſet Pyrrhus idem. ſi verò edens deſcriptioni minimè interfuit, & tunc
7 haud credi debere. ſed in re dubia † putat ipſe, edẽtem præſumi interfuiſſe deſcriptioni, ex quo præſumatur præſentia de ſententia gloſſæ in l. 1. vbi Ange. Bal. & reliqui in l. optimam, C. de contrahen. ſtipula. vt ibi per eum qui plura adducit hæc ille num. 78. num. 79. ſuperiùs citatis aggrego Iacob. Menoch. conſ. ſuo 924. nume. 28. lib. 10. cum ſimilibus. & quòd præſumatur præſentia ipſa valdè dubito aduerſus Pyrrhum ex coaceruatis ab eodem met Iacob. conſil. 188. nu. 24. lib. 3. vbi poſt Aymo. Crauett. conſ. ſuo 240. ait, præſentiam non præſumi ſed probati debere ab eo, qui in ea ſe fundat.

ARGVMENTVM.

Quintam hûc præfigere libuit coanguſtationem iuxta morem à nobis prælibatum ſeptenis effectibus ab ea, vt ex arbore pullulantibus.

SVMMÆ.

1 *Exemplum, an ſaltem præſumptionem inducat? diſcutitur, & nu. 2. vbi Alexander bipartitò tuetur, & nu. 3.*
4 *Exemplum, numquid probandi onus in aduerſarium transferat? & num. 5.*
6 *Exemplum habens, vel teſtem de auditu, ſi ab vtraq; parte non impares fuerint probationes, ſententiam habebit ad ſui fauorem. & an ab expenſis, vt temerè litigans abſoluatur? & nu. 7.*
8 *Exemplum habẽs, nùm tamquàm bonæfidei poſſeſſor fructus lucretur? enucleatur.*

RACEMATIO 91.

NOn ingratos, minimèq; inutiles, vt autumo fructus excerpemus, ex hac quæ ſubnectitur coanguſtatione, limitant itaq; noſtri, & egregij
1 viri quinto † loco exemplum præſumptionẽ ſaltem inducere ex gloſſemmatis opinione, in l. de fid. inſtrumento. & Bar. in autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. nu. 9. vbi communibus ſuffragijs * iuris interpretes vbi Alex. num. 7. & eo in loco recentiſſimè Pyrrhus Alfa. num. 80. fol. 241. Ioſep. Maſcard. conclu. 711. nu. 56. lib. 2. de probatio. Tyber. Decia. conſ. 49. num. 2. lib. 3. conſ. 18 nu. 12. lib. 2. Io. Cepha. conſ. 297. nu. 16. lib. 2. cum concordantibus. ſed Bal. in in l. bonæfidei, C. de cred. cred. relatus ab Alex. vbi ſupra num. 7. inquit præſumptionem exemplum id minimè inducere, quia quemadmodum teſtis de auditu nihil probat ex Cæſaris pronuntiato, vbi gloſ. in l. teſtiũ, C. de teſtib. pari paſſu, neq; exemplum ipſum. atqui Alex. bipartitò † ait, ſententiam
2 hanc defendi poſſe, primus caſus eſt, ſi originale inſtrumentum perditum fuerit, tunc etenim exemplum ſemiplenam inducet probationem de ſentẽtia gloſſę in l. ſi ut inquã,

 C. de

Digitized by Google

C. de fid. inſtrumento. & admonent Bar. in l. admonendi, ff. de iur. iuran. Paul. Pariſ. conſ. 17. nume. 19. lib. 4. refert, & ſequitur Ioſep. Maſcard. anteà ſcriptus, num. 57. nu. 58. ſic poſt Philippi Decij, & Ioannis Bolognecti obiectiones, ac replicationes, concludit Pyrrhus Alfa. loco ſuperiùs citato paulo poſt, & num. 81. vbi de crebriori teſtatus eſt ſcribentium concurſu. Secundus caſus
3 † eſt, originali perdito, exemplum id, talem facere præſumptionem, per quam quis à dolo excuſabitur Vlpianus in l. igitur, ff. de libera. cauſſ. Maximianus, Diocletianusque Cæſares, in l. plagij, el ſecundo, C. ad l. flau. de plagia. Paul. Caſtren. conſi. ſuo 277. lib. 2. exemplum nempe bonam parit fidem, & poſt eos, & alios concludunt, Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in aliquo, C. de edend. nu. 83. num. 85. & Ioſep. Maſcar. conclus. 711. num. 59. lib. 2. & ſenſerat Felin. cap. vltimo de fid. inſtrumento. & quamuis Philip. Dec. in autent. ſi quis in aliquo perſæpe citata, nu. 21. paulò inferius impugnet, nihilominus defendendo concordat. & ſic exemplum illud præſumptionem inducere. reſponditque Dominicus conſ. 57. & conſ. 187. relatus à Pyrrho Alfa. anteà ſcripto, ſub num. 84. vbi demum limitat poſt Dec. vbi ſupra num. 22. locum ſibi non obtinere, ſi quis exemplum exhiberet, ſed originale producere nollet. tunc namq; præſumptionem nec induceret. Bar. in l. admonendi verſ. ſed quærò de exẽplo, ff. de iur. iuran. cæterum aduerſus eum, qui autenticum producere nollet, ſi exemplũ producatur vbertim credi placuit de ſententia Bal. in l. publicati quæſt. 8. C. de teſta. cum ſimilibus ab Aymo. Sauilia. congeſtis, reſponſo 1. pro genero in lucem edito poſt lib. 2. num. 179. & iam hoc ipſum ſcripſerat,
4 conſ. ſuo 172. nu. 6. lib. 1. † vltra duos quos deduximus caſus, vel effectus, ſequitur tertius, & ſępè haud floccipendendus, qui pręnotatus reperitur à Curt. Iun. in auten. vbi ſupra nu. 33. dicit namq; Curt. ex quò exemplum teſti de auditu comparatur, vtiq; in aduerſarium probandi onus transferre. ſuadetur hoc, etenim teſtis de auditu quandam parere videtur præſumptionem Alex. conſ. 77. num. 4. lib. 1. hac de re eleganter traditum eſt, probandi onus in aduerſarium transferri Ludo. Roma. ſingu. 345. Ioac. Mynſ. obſeruat. 58. centu. 6. ſingul. obſeru. Aymo. Sauilia. conſ. 791. num. 9. lib. 5. Roland. Vallenſ. conſ. 82. num. 56. lib. 2. idem conſ. 32. num. 6. lib. 4. Aymo. idem tracta. de antiq. tempo. part. 1. §. viſo de fama, num. 7. quod quippe verũ eſſe cenſetur, ſi modo ij, à quibus ille audiuiſſe ait in fata conceſſerint, ſecus ſi viuant, vt ibi per eum. & circà teſtes de auditu multa præclara tangit, vbi rimeq; commemorat Iacob. Menoch. conſ. ſuo 615. num. 4. & latè inferiùs vbi ſex requiſita docuit. & conſ. 670. num. 13. lib. 7. Ioſep. Maſcard. concl. 104. lib. 1. de probatio. Iacob. idem conſ. ſuo 431. nu. 45. nu. 46. lib. 5. Pet. Surd. deciſ. 145. nu. 10.
5 Sed quicquid ſit, Pyrrhus † Alfa. vbi ſuprà num. 91. inquit, doctrinas præcitatorum ſcribentium videri ſibi iniquas. neq; ipſi perſuaderi potuit, teſtem de auditu in aduerſarium probandi onus transferre, atq; ideò eadem ratione, neq; exemplum. & in ſuis pro hac ſententia commentarijs teſtatur, additamẽtum competiſſe ad Alex. conſi. 77. in verbo aliqualem, lib. 1. ac ad Philip. Dec. conſil. 272. in verbo transfert, plures aſſerendo rationes, cunctiſq; reſpondendo obiectis, poſt multorum opiniones, & num. 95. concludit exemplum probãdi onus in aduerſarium mi-
6 nimè tranſmittere, ſubſequitur, & † quartus effectus, vel caſus, quòd ſi ab vtraque parte pares ſint probationes, exemplum habens pro ſe ſententiam feret. gloſ. parua in verbo auctoritatis, l. ſi duo patroni, ff. de iur. iuran. Coraſ. in l. admonendi, num. 50. tit. iſto idẽ ſtatuendũ cenſuit, Hippo. Marſ. ſingu. 371. circà teſtem de auditu, quos aſſequitur Pyrrhus Alfa. in auten. ſi quis in aliquo documẽte, C. de edend. nume. 96. cui aggrego Iaſ.
7 conſ. ſuo 137. ſupra num. 3. lib. 4. quintus † affectus adhuc erit, quod exemplum producens, ſi cauſſam perdat expenſis condemnandus minimè venit, quaſi iuſtam habuerit litigandi cauſſam, iuſta etenim cauſſa ab expẽſarum ſolutione excuſat, vt poſt alios atteſtatur Octauius Gloritius in eius commen. cap. ſuper literis in 5. notab. nu. 129. de reſcrip. ſed aduertendum eſt, quod immò expenſis litis abſoluendus non erit profectò iuris interpretes in cap. finem litibus, de dol. & cõtuma. ac Iaſ. in l. properandum, §. ſin autem alterutra num. 8. C. de iudic. recenſent, qui excuſari cupit ab eis dimidiatam habere debet probationem hęc Pyrrhus vbi ſupra poſt eos aſſerit. nume. 97. & obiter prænotandi ſunt, Roland. Valenſ. conſi. 62. num. 7. lib. 4. & Io. Cepha. conſ. 407. num. 34. nu. 35. lib. 3. an, & quando iuſta cauſſa excuſet, cũ ſimilibus. & in ſpecie Iacob. Menoch. tract. de arbit. Iud. caſ. 177. vbi copioſè, & ibidẽ inquit iuſtã litigandi cauſam in iudicis arbitrio verſari, cui accedit idẽ Gloritius, licet remiſ-

Digitized by Google

remiſsiuè, vbi ſupra num. 130. ſextus quoq; effectus eſt huiuſcemodi, exemplum idoneũ parere titulum ad præſcribendum Bald. in l. 21. ff. de fid. inſtrumento. ſuper qua re videndus eſt, pro reſolutione Pyrrhus vbi ſupra
8 num. 98. † ſeptimus, poſtremuſq; caſus, quòd cùm bonæ fidei poſſeſſor ſuos faciat fructus, Pōponius, & Vlpianus, in l. qui bona, & in l. ſi ſeruus, ff. de acquiren. rer. domin. & ideircò, qui exemplum habet in bona indicetur eſſe fide. non immeritò fructus lucrifaciat, quod intelligendum erit de fructibus illis, quos bonæ fidei poſſeſſor acquirere ſolet, quę admodum egregiè declarat Didac. Couar. cap. 3. num. 6. varid. reſolutio. lib. 1. Pyrrhus Alſa. antea ſcriptis, num. 99. & de poſſeſſoribus bonæ, vel malæ fidei reſpectu fructuum, abundè ſcribit Iacob. Menoch. conſ. 595. lib. 6. per totum, & conſ. 611. num. 25. venuſtiùs idem, conſ. ſuo 641. num. 10. num. 15. nu. 16. lib. 7. cum concordantibus. & Tyber. Decia. conſ. 79. nu. 22. & inferiùs lib. 2.

ARGVMENTVM.

Sexta accingitur limitatio, an, & quando exemplis in archiuio publico compertis credendum ſit, vnà cum quinis, & non inſubtilibus requiſitis.

SVMMÆ.

1 *Exemplis in archiuio publico repertis vtrùm credatur? & nu. 2. vbi de Cæſaris pronuntiato. & nume. 3. vbi Marcelli locus expenditur.*

4 *Exemplis præcitatis ad hoc, vt fides adhibeatur, quæ nam requiri debeant demonſtratur, & nu. 5. nu. 6. nu. 7.*

8 *Exempla in archiuio reperta an quoq; extrà territorium fidem faciant? diſcutitur, & num. 9. & num. 10. vbi à communi ſententia in tribunalibus haud recedendum, & nume. 11. vbi de ciuitatibus fœderatis, & num. 12. vbi multi penè citantur aceruatim.*

RACEMATIO 92.

Admodum pulchra eſt limitatio ſexta, quam, & copioſè, & dilucidè exerpſère cuncti ferè iuriſtæ hercle regulã illam principaliter depromptam minimè ſibi locum obtinere in
1 exemplis † inuentis in archiuio alicuius loci, vel ciuitatis publico. profectò fidem adhibendam eſſe illis haud diſplicuit. ſic auctoritatis maximæ Innocentius, cap. 1. de probatio. Angel. Alex. & alij præſertim Philip. Dec. num. 23. in auten. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. & eo loci Pyrrhus Alſa. num. 100. Hippo. Marſ. ad rub. C. de probatio. num. 312. Nicol. Bello. conſ. 57. num. 12. Ludo. Roma. conſ. 165. Aymo. Sauilia. conſ. 274. num. 6. lib. 2. idem tractat. ſuo de antiq. tempo. part. 1. §. quarto limitatur, in princip. & poſt multos, vt Felin. & alios in cap. ad audientiam, de præſcriptio. Ioſep. Maſcard. conclu. 711. num. 61. num. 62. lib. 2. de probatio. quo loci de conſono
2 ſcribentium ore, quæ † ſententia primùm vires accipit Cęſaris pronuntiato, in autent. ad hæc, C. de fid. inſtrumento. ex ijs literis, quibus aduerſarius tuus vtitur, & profert, rectè petis examinationem fieri. item, & charta, quæ profertur ex archiuio publico teſtimonium publicum habet. Iuſtinianus igitur Imperator comparationem fieri admictit ex charta, quæ profertur ex archiuio publico,
3 ſecundo loco † innititur Marcelli loco, in l. 10. ff. de probatio. cenſus, & monumenta publica potiora teſtibus eſſe Senatus cẽſuit. hæc Marcellus is, & monumenta archiuia publica ciuitatum fore exiſtimantur. tertio ad huc loco ſuffragari videntur, Summi Pontificis Innocentij verba, in cap. ad audien. de præſcriptio. Innocentius etenim eo loci fidẽ haberi voluit cenſuali libro, qui non in Pontificis maximi cubiculo inuentus eſſet, ſed Cardinalis Adriani, qui cum cubicularius fuit, ſuſcepit. illi creditur libro quod in publico archiuio eſſe putatur. cęterùm ad hoc,
4 † vt præcitatę ſcripturæ fides adhibeatur aliqua deſiderari animaduerſum reliquêre noſtri, ad quę nunc me accingam, potiſsimùm, vt ſcriptura illa nō ſit, vt exemplum in archiuio recondita, ſed Pyrrhus Alſa. vbi ſuprà teſtatus eſt, ex multorũ ſententia, exceptionem hanc in exemplo intelligi, imo ſi exemplum non eſſet, ſed autenticum, archiuij auctoritate minimè indigeret ad probandum; cùm per ſe fidem faceret, atq; ideò fruſtratoria, & otioſa fuiſſet limitatio iſta refragante regula Pauli, Vlpianiq; Iuriſconſultorum in l. non cogendum, §. Sabinus, ff. de procurato. & l. hæc ſtipulatio, §. diuus, ff. vt legator, ſeu fideicommiſſo. nom. caue. hæc ille, num. 102. Ioa. Cepha. conſ. 87. nu. 10. lib. 1. Roland. Valenſ. conſ. 54. num. 21. lib. 4. Tyber. Decia. conſ. 30. nu. 2. lib. 5. ſecun-
5 do loco † deſiderari inquiũt, vt archiuio aliquis

quis auctoritate publica electus pręſit, cui lo ci illius, ſcripturarumq; cura ſit. de Bal. mẽ te, in rub. C. de fid. inſtrumento. num. 45. Felin. in cap. ad audientiam, anteà ſcripto. num. 11. Philip. Dec. & reliquorum, in autent. ſi quis in aliquo documẽto, C. de edẽd. tertio quoq; loco, vt notarius Archiuij, ſiue commentarienſis ſcripturam illam archiuij fore teſtetur. Philip. Dec. in autent. prælibata num. 23. & meritò per ea quæ cumulat Philip. Corne. conſ. 142. num. 6. lib. 3. faciunt adnotata per Maſcard. conclu. vbi ſuprà num. 64. nu. 65. copioſiùs ſcripſit Roland. Vallenſ. conſil. 75. lib. 4. ad idem, & quartò loco requiritur, vt ſcriptura illa, vel exemplum inter alias autẽticas archiuij ſcripturas comperiatur Felin. loco ſuperius citato, Abb. in cap. cum cauſſam, de probatio. nonnulla explicat Io. Cepha. conſi. 238. nu.
A R G V M E N T V M.

De clericis, eorumq; colonis aduerſus principum banna calcitrantibus, ex annonarũ extractione vetantia, an complectantur, & vtrum ab eis auferri valeant dum tranſportant.

S V M M Æ.

1 *Clericos laicorum ſtatutis non ſubiacere: illoſq; immunes fore à ſecularium exactionibus.*

2 *Edicta principum laicorum de non exportandis annonis: an ligent clericos, & eorum colonos? & num. 3. remiſſiuè.*

4 *Clerici, illorumq; coloni tranſgreſſores editorum, dum exportant annonas, à quo iudice plectantur? remiſſiuè.*

R A C E M A T I O 101.

PLuſquàm manifeſtum eſt Clericos cùm ſint diuino Offitio mancipati. & orationi, ac contemplationi dediti ab omni temporalium ſtre-
1 pitu ceſſare decet, † ſtatutiſq; laicorum minimè ſubiacere, vt per plura concinit Hiero. Alba. de immunita. Eccleſ. nu. 87. & conſ. 19. num. 5. & neq; ligari ciuitatum ſtatutis, ex Tyber. Decia. conſ. 71. num. 13. lib. 5. Tyber. idem ſcribit tracta. crimina. cap. 35. num. 3. & inferiùs vbi declarat lib. 2. tom. 1. faciunt congeſta per Aymo Sauilia. conſ. 441. num. 6. lib. 3. conſ. 616. num. 13. lib. 4. & conſ. 972. nu. 5. lib. 5. latè And. Gail. obſeru. 32. lib. 2. prac. obſeru. vbi ampliat, & tunc Clerici ipſi immunes ab exactionibus ſecularium; quandoquidem poteſtas eorum pænitus in eos interdicta eſt, minimèq; tenẽtur ad ſolutionem vectigalium pro rebus, & alijs, quæ deferuntur, vſus ſui cauſſa, ob quas illorum iure iurando ſtatur, quemadmodum de his omnibus aceruatim loquendo ſcripſit Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 71. num. 6. num.
2 14. & num. 24. lib. 4. cum concordantibus † cæterùm in præſentia illud occurit, nũ principum laicorum edicta de non exportandis annonis, ligent Clericos, eorumq; colonos, & conductores annonarum, reſpectu tùm ex prædijs Eccleſiaſticis, tùm ex patrimonialibus collectarum? & quidem in occurrenti caſu remiſſiuè loquendo, videndus eſt Hiero. Gabri. conſ. 37. num. 4. & inferiùs, ac teſſaurus deciſ. 116. num. 8. & poſt eos, & cęteros cōcomitantes ex recentioribus Ia. ob. Menoch. conſ. 800. num. 47. num. 48. lib. 8.
3 vbi de concordi teſtatus eſt ſententia † ex quorum pronuntiatis datur manifeſtè intelligi, an Clerici eorum coloni ligantur legibus illis de annionis minimè exportãdis. & cũ ipſe Iacob. longè illud proſequatur, non immeritò ad eum conſulendũ te miſſum facio per totum ferè, & in ſpecie nu. 21. dum poſt Pet. Ancha. cap. non minus, §. quo circa, de immũnita. Eccleſ. credidit rationem, vt potè in-
4 ſignia tranſplantat. † & ibidem nu. 50. egregie declarat qua pęna, & à quo plectantur Clerici, & illorum coloni exportantes annonas, vt tranſgreſſores edictorum, ad quem ex induſtria te remitto.

A R G V M E N T V M.

De ſtatuto reijciẽte omnẽ exceptionem aduerſus executionẽ inſtrumenti executiui, nũ repellere putetur exceptionẽ reſtitutionis in integrum: & generaliter loquẽs, an complectatur priuilegiatũ caſũ, vel dotẽ? Iacob. Menoc. conſ. ſuo. 392. n. 3. lib. 4. an reſtitutio concedẽda aduerſus tres cõformes ſententias, Aymo. conſ. 647. lib. 4.

S V M M Æ.

1 *Reſtitutionis in integrum exceptionem, an confutari a ſtatuto. omnem exceptionem reijciente*

48. & num. 49. poſt infinitos propè ſcribentes, quos non tranſplanto, hoc ipſum inquit, quod quamuis ille ad cuius fauorem iuſiurandum præſtitum eſt id ab initio remittere valeat, attamen poſtquam is, qui iurauit in periurium incidit, periurium illud à parte ipſa remitti nequit, repelliturque periurus à limine
5 iudicij iure ipſo, vt ibi per eum † & accedat Aymo. Sauilia. conſil. 1000. num. 7. lib. 6. part. 1. quo loci firmat Pontificis ſolius fore periurium ſoluere, vt auditi quiſpiam in iudicio poſsit, adeout momenti illius iuramenti abſolutio non ſit poſt periurium iam admiſſum ab ordinario conceſſa, ex quo legis beneficio dignus minimè eſt qui in eam offendit; & paulò inferiùs multa cumulat, & hic adde, quod in dubio ſummus Pontifex, ſuper iuramento non diſpenſato, gloſ. in cap. conſtitutus in verb. iuramento de reſcrip. cuius meminit idem Glorit. in d. cap. ſuper literis. ſub nu. 234. verſ. 3.

ARGVMENTVM.

Ad materiam inſufflationis inſtantiæ peremptæ, quæ ſæpe ſæpius accidit in facto.

SVMMA.

1 *Inſtantiæ peremptæ inſufflatione conceſſa, an opponi valeat, & quãdo de refectione expenſarum? inferius concluditur.*

2 *Leæna parit fruſtrum carneum, & exclamat poſt modum adeout in eum inſpiret, ſpiraculum vitæ.*

3 *Princeps viua, & animata lex, Dei proconſul, eiuſq; voluntati reſiſtens, Dei voluntati reſiſtere fertur.*

4 *Priuilegia Principum abſq; tertij præiudicio interpetrari.*

RACEMATIO 106.

CAſus de quo præſens controuerſia tractatur modicam, & penè vulgarem dubitationem habet, eam obrem, breuiter me expediam, vt cũ And. Alcia. concinam, conſil. ſuo 11. lib. 2.
1 cum concordantibus † numquid ſi conceſſa fuerit inſufflatio inſtãtiæ peremptę nulla expenſarum mentione facta, aduerſa pars opponere valeat impetrantem audiri non poſſe, niſi refectis expenſis? pro iunioribus aduertendum eſt, vt faciliori methodo progrediamur, ad Imperatorem, vel Principem ſpectare inſtantiæ peremptę vitę ſpiritum inſufflare, ex quò in regaliorum numerum connu-
1 meratur, actore Matth. ab afflic. c. quæ ſint regalia, num. 96. Thomas Grammat. ſcribit, deciſ. Neap. 103. nu. 10. & deciſ. 169. Ant. Capic. deciſ. adhuc 165. Nicol. Boer. deciſ. 247. num. 10. & ex mera illius gratia, ac benignitate, & multoties concedi aſſolet, quẽadmodũ ex ſuperiùs citatis apparet, quamuis acematim. cuius rei exemplum attulit Barto. in l. ſi ab hoſtibus, C. ex quibus cauſ.
2 maio. nume. 6. de Leæna † ea profectò, vt naturales inquiunt Philoſophi, parit fruſtrum carnis, & poſtmodum exclamat, quo fit, vt ob clamores illos inſpiret in eum ſpiraculum vitæ, & ſic viuificatur, id latè Rolan. Vallenſ. conſ. 4. per totum, & in ſpecie nu. 7. lib. 3. facit quoq; illud Chriſti Redemptoris noſtri miraculum, qui ſuſcitauit filium matris iam in fata conceſſum. multa Thoma. Gram. deciſ. 91. Paris de Puteo tractat. de ſynd. ad verbum ſententia, cap. 6. poſt nu. 5. & de Lazaro in quadam facti ſpecie quam examinat Bart. in l. 1. ff. de legib. & ſenatu. num. 2. Socc. Iun. conſ. 162. num. 14. lib. 2. And. Barba. in cap. quoniam num. 15. vt lite non contexta. Matth. Afflic. capit. pri. 6. notab. num. 11. in vſib. feudo. hic finit. lex. Io. de Amicis, conſ. 68. num. 4. ideoq; inſufflatio iſta impetratur à Rege ad Dei ſimilitudinem, qui ſi vult poterit millies cadaueri mortui hominis ſpiraculum vitę inſufflare, & præcognoſcendus eſt Cęſar Vrſillus, anno. 346. ad Matth. Afflic. deciſ. Neapo. num. 4.
3 & inferiùs † vbi de materia multa tangit Anton. Capic. Neapo. deciſ. 165. num. 3. pariformiter, & princeps, qui Dei Mundi huius opificis vicem ſubſtinet, & eſt lex animata Sigiſmund. Loffred. conſ. 8. nu. 20. Curt. Iun. conſ. 157. Io. Cepha. conſi. 186. num. 59. lib. 2. eſtq; princeps Dei legatus, ſeu proconſul idem Cepha. conſ. 301. num. 19. atque Vicarius num. 20. & ob id reſiſtens voluntati ipſius, Dei voluntati reſiſtere fertur, ſic Cepha. idem reſpondit conſi. 304. num. 86. lib. 3. & qui principi non obedierit, morte moriatur. & de illius poteſtate diſputare ſacrilegium eſſe videtur Hiero. Alba conſ. 27. num. 2. & conſ. 13. nume. 7. multa alia concomitantia afferri poſſent, de quibus per Iacob. Menoch. conſ. ſuo 291. nu. 20. & latè inferiùs lib. 3. ac Tyber. Decia. conſ. ſuo 96. nu. 17. & latè inferius lib. 2. And. Gail. obſeru. 55. nu. 8. lib. 2. prac. obſerua. idem obſerua. 56. 58. ſed redeundo ad ſubiectum

ipſum

ipſum longiùs euagatus, traditum eſt, vt ſi inſufflatus fuerit ſpiritus inſtantiæ peremptę nulla expenſarum mentione facta aduerſam part. excipere poſſe impetrantē admitti minimè debere, niſi refectio expēſis, ſi ex pro-
4 ceſſu † negligentia arguatur, ſecus ſi ex proceſſu legitimè appareat de aliqua iuſta cauſa, quippè tunc expenſæ non debentur. & ratio eſt quia priuilegia principum intelliguntur abſq; tertij præiuditio Io. Cepha. conſil. 96. num. 5. lib. 1. & conſil. 154. nu. 15. lib. 2. Socc. Iun. conſ. 65. nu. 4. lib. 3. nec princeps intendit ius alterius auferre, vt conſtat ex traditis per Octa. Glorit. in eius comm. cap. ſuper literis in gloſ. in verb. literas ſub num. 313. de reſcript. atque vt meum ſermonem claudam conſuluit, Roland. Vallēſ. conſ. ſuo 82. nume. 15. lib. 4. Roland. idem conſ. 4. num. 63. lib. 3. & inferius Cæſar Vrſillus vbi ſupra poſt num. 5. cum concordantibus, quibus omnibus aggrego, Iacob. Menoch. conſ. 380. nume. 37. & inferius lib. 4. Aymo. Sauilia. conſ. 266. vbi etiam de poteſtate Principis.

ARGVMENTVM.

In appellationum campo, an, & quando Dominis præiudicium afferatur in non appellando à procuratoribus ipſis, & non nulla per tranſennam.

SVMMÆ.

1 *Procuratoris contumaciam veram in non appellando domino haud officere, & num. 5. vbi alter refertur caſus. vide num. 7.*

2 *Contumacem verum eum nũcupari, qui perſonaliter citatus fuerit in termino habili.*

3 *Tempus ad appellandum reſpectu Domini à quo tempore labatur, an ſententia an ne ſcientia.*

4 *Scientia procuratoris non eſt ſcientia Domini, ex Vlpiani loco.*

6 *Appēdices, vel acceſſoria principalium ſuorum naturam aſſequi; & num. 7.*

RACEMATIO 107.

Requiſitus, quid putarim, aut ſenſerim in pręſenti controuerſia, paucis agendo arbitror duos diffundēdos fore, & principes caſus, vt cū And. Alciat. celebri viro exordiar, conſ. ſuo 48. lib. 8. cum concordantibus dum in materia appellationis quæritur, quam tyriacā eſſe conſtat contrà venenum eorum, qui malè iudicant, vt Curt. Iun. placuit, conſ. 163.
1 num. 8. lib. 2. an † procuratoris contumacia in non appellando domino obſit? pro cuius rei pinguendine, duo ſpargendi ſunt caſus, quorum potiſsimus eſt, quod ſi fortè procurator eſt verus, & non fictus contumax: & tunc prudentiores, oculatioreſq; noſtri memoriæ prodidēre plura in medium afferentes, domino præiudicium nullum deferri, in appellando, ratio hæc eſſe videtur, quia do-
5 lus ipſius domino minimè debet detrimentum afferre Bart. in l. 1. §. vltimo poſt num. 2. ff. quand. appelland. ſit ſenſerat antè eū Romanus ille Pontifex Innocentius Quartus cap. 1. vt lite non conteſta. nume. 5. & poſt eum Anto. Capic. deciſ. quam Compilauerat Felici in Vrbe Panormitana 139. num. 5. Alex. in l. properandum, §. ſin autem reus, num. 24. C. de Iudic. Conſiculus Andr. Barbat. cap. 1. vbi ſupra nu. 76. Philip. Franc. cap. Nicolao, verſ. poſtremò quæritur, vbi
2 pulchrè de appellatio. † contumax autē verus is dicitur, qui perſonaliter citatus fuerit ad videndum ſententiā proferri Rober. Maranta. tractat. de ordine iudicio. part. 6. ad verbum contumacia, num. 19. ſeptima pęna, Alex. loco ſuperius citato nu. 18. & de contumacia multa Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 330. lib. 3. Roland. conſ. 47. lib. 2. And. Gail. c. quinto lib. 2 de pac. publ. & poſt cæteros copioſè voluit Roland. Vallenſ. conſ. 91. nu. 4. lib. 4. huc conferunt, ea, quæ ſapienter tradit, Io. Cepha. conſ. 350. nu. 18. & inferiùs, & conſ. 304. num. 43. num. 198. lib. 3. Philip. Dec. conſ. 34. pinguiùs examinare cenſetur Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 449. ſpeciatim num. 10. lib. 1. de probatio. cum concordantibus. atqui ſi quiſpiam ingenioſus poſtu-
3 let, à quo tempore † incipiat ad appellandū tempus ipſi domino; reſpōdeamus, vnà cum Philip. Franc. cap. Nicolao, verſ. ſed difficultas eſt, poſt illud verbum poſtremò, de appellatio. vt à die ſententiæ, & non ſcientiæ labatur. & ſic appellandum erit à domino ipſo infrà decē dies numerandos à die ſententiæ latæ. Roland. Vallenſ. præcitato loco, num. 8. vbi num. 14. coanguſtat, & excipit vſq; ad finem, tu illum videto. quē non tranſcripſi, ne videar citiùs papyrum denigrare. adeas quæſo, Io. Cepha. conſi. 184. nu. 33. & inferiùs lib. 2. Iaſ. in l. 1. §. ſi procurator num. 12. ff. ſi quis iuſdicen. non obtempe. abundè docuuit Cæſar Vrſillus, ad Matthæum Afflic. Neapo. deciſ. 344. in ſuis

addita

Digitized by Google

4 additamentis † per totum. ſed illud applica-
ri non incómodè poterit, procuratoris ſcien
tiá minime fore ſcientiá domini, pro hoc Vl-
pianus citatur, in l. item veniunt, §. petitá, ff.
de petitio. hæ redita. ponderãdo eo loci dú
inquit, ſenatus ipſi denunciari exigit, & ideò
non nocebit, vt ibi per eum. quod, & celebre
eſt reſponſum rectè intuenti multa coacervã
da forent, ſed tẽporis anguſtia non patitur.
pro nunc adeas Iacob. Menoch. conſi. 919.
lib. 10. vbi nonnulla admonuit.
Alter, & princeps caſus eſt, quòd ſi pro-
5 curatoris † fuit contumatia ficta in non ap-
pellando, & tunc dominum offendere mani-
feſtum eſt, Alex. conſ. 95. num. 7. lib. 2. Phi
lip. Franc. cap. cum ſpeciali, §. porrò verſi.
vltimo quæritur, facit Vlpiani Prudentiſsi-
mi viri ſancio, in l. 1. §. vltimo, ff. quando
appellandum ſit, & per illum tex. & cęteros
concomitantes Roland. antea ſcriptus, nu.
1. & paulò inferiùs vbi poſt Iaſo. in l. 1. §. ſi
procurator num. 12. nuperrimè citatum aſſe
rit, eandem concluſionem locum ſibi vendi-
care, quando procurator non appellauit, ſed
poſtmodum Apoſtolos infra terminum mini
mè petijt, quia adhuc domino detrimentum
affertur ex quò Apoſtoli applicationis cen-
ſentur eſſe appendices. argumento eorum,
6 † quæ ſcribunt, Philip. Dec. & Hiero. Cagn.
in l. cum principalis, de regu. iur. Socc. Iun.
conſ. 68. num. 25. lib. 3. Hiero. Alba. conſ.
19. num. 12. Curt. Iun. conſ. 129. poſt nu.
13. Aymon. Sauilia. conſil. 149. nume. 6.
vbi doctè, & eleganter facti contingentia, de
qua ibidem. lib. 1. ſuperius citatis exagero
And. Alcia. conſ. 32. lib. 6. vbi pulchrè qua-
7 tuor † attolit exceptiores, vt putà quando
fori conſuetudo eſſet in contrarium, vel re-
ſpectu domini principalis, vt valeat per reſti
tutionem in integrum appellationis benefi-
tium implorare, ſi procurator ſoluendo non
fuerit, vel ſi procurator ex domini perſona
appellaret, vigore noui mandati, aut ſi mini-
mè appareret eum verum eſſe contumacem,
quandoquidẽ in ambiguò interpretatio fiet,
vt contumax ſit fictus, & ſubſequenter admi
cti benefitium appellationis, vt affluentius
ibidem per eum. multos alios commilitones
conuocantem, videto And. Gail. obſeru. 45.
per totum lib. 1. practica. obſeru. vbi multa
in praxi, & obſeru. 139. copioſius ſcribit Ia-
cob. Menoch. conſ. 849. num. 15. & paulò
poſt lib. 9. & conſ. 675. nu. 30. lib. 7. an ſen
tentia in procuratorem, vel in principalẽ fe-
renda, ſcribit Ioac Mynſ. obſer. 11. centu. 6.
8 ſingu. obſerua. & † de acceſſorij natura idem
conſ. 795. num. 21. lib. 8. & conſ. 56. num.
33. lib. 1. idem in ſimili multa præclara con
ſil. ſuo 201. num. 143. num. 145. lib. 3. Ay
mon. conſ. 760. num. 3. lib. 5. Tyber. conſ.
39. nu. 34. idem conſ. 45. nu. 2. lib. 2.

ARGVMENTVM.

De vſufructu, & ſpeciatim ſuper puncto illo,
vtrùm vſufructuarius, illiuſuè hæres vſufru
ctu extincto, ſeminatum agrum dimictere
debeat, ſi illius agri ſeminaria acceperit?

SVMMÆ.

1 *Vſufructuarij hæres tempore quo extinguere*
tur vſufructus, an prædium dimictere de-
beat ſeminatum, an ne ſementem ſuam re
petere à proprietario valeat? diſputatur,
& num. 2.
3 *Vſufructuariũ ſi ſeminaria ſint recepta, præ-*
dia ſeminata reſtituere ex Iuriſcõſulti Cel
ſi pronuntiato.
4 *Ius vnum quando in aliud transfunditur: nõ*
attendi ampliùs transfuſi iuris naturam,
cuius rei exemplum peruulgatur de vxo
re Loth.
5 *Seminarium: ſeminarius: & ſementis: quid*
dictent apud Grammaticos?
6 *Duo capita pro hac facti contingentia conſti-*
tuta fuêre, & paulo inferiùs vbi aliud dif
funditur.
7 *Celſi pronuntiatum in l. item ſi fundi, ff. de*
vſufruc. non inconcinniter explicari.
8 *Vſufructuarium vltra alias expenſas inferẽ*
do, vel in recolligendis fructibus, ſemen-
tem repetere poſſe demonſtratur, & nu. 9.
10 *Andreas Tiraquellus, Ioanneſq; Cephalus*
exornantur, & extolluntur, & nu. 11.

RACEMATIO 108.

SVbitus, nunc, & celer, tranſgredior
ad eam facti contingentiam, quã
lęto proſequi ſtilo autumaui, vt ſuc
cintiùs fieri poſsit, & ni fallar, cu-
rioſorũ eruditas aures nonnullorum, minimè
offendet. imo citiùs, vt ſpero, blandiori ſer-
mone mulcebit eas. fuco namq; caret, faci-
1 lis, atq; ſuauis eſt. † numquid igitur vſufru-
fructuarij hęres, caſu quo finiretur vſufruct⁹,
maturis fructibus, vel immaturis adhuc in
agro pendentibus prędium id dimictere de-
beat ſeminatum, an ne à proprietario, cui fit
dimiſsio talis, repeti valeant ſemina? prima

meditatione, ſeu fronte, vt cum diſertiſsimo viro Celſo, in l. quinquaginta, ff. de probatio. exordiar, & per illũ tex. Socc. Iun. conſ. ſuo 101. lib. 1. cum ſimilibus. reſpondendũ videbatur, vſufructuarium, & ſubſequenter eius hæredem non rectè petere poſſe, vt ſe-
2 mina ſibi reſtituantur † primùm quia vſufructuarius tenetur rem integram vſufructu extincto reddere, actetò quòd vti debeat, atq; frui ſalua rerum ſubſtãtia, ex Paulo ad Vitellium, in l. 1. ff. de vſufruc. ideoq; is obligatus eſſe cenſetur agrum reddere ſeminatum, quemadmodum tempore quo mortem obijcerat compertum fuit, quamdoquidem fructus pendentes fundi pars exiſtimantur Matthæ. Afflic decif. ſua 188. num. 3. vbi Cæſar Vrſillus multa pulchra tangit. ſecundò adduci
3 tur † Celſus in l. item ſi fundi, §. ſeminarij ff. de vſufruct. quo in loco ſancitum eſt, vſufructuarium extinto vſufructu ſeminata prædia dimictere debere, ſi tamen illius receperit
4 ſeminaria. tertiò, & vltimò facit † in ſimili quòd quando vnum ius in aliud traſfunditur: non attenditur ampliùs transfuſi iuris natura: ſed illius in quem transfuſio fit, ex Pauli pronuntiato, in l. aliam, vbi iuris interpretes, ff. de nouatio. & ob id exemplum poni aſſolet de vxore Loth. quæ fuit conuerſa in ſtatuam ſalis, in qua prima eius natura ceſſauit, ac noua aſſumpta fuit. poſt alios aſſecla eſt, Philip. Dec. conſi. ſuo 490. num. 12. vt ibi per eum. cùm itaq; ipſius vſufructuarij, ſemen fuerit in ſegetem conuerſum, haud in conſideratione habetur amplius illud: ſed tamquam pendentes fructus applicari debeant proprietario.

5 Re nihilominus † diligentiori animo perpenſa contrariam amplector ſententiam, nèpè vſufructuarij hæredem ſuam repetere poſſe ſementem, & pro iunioribus monendis, tria reperiuntur apud grammatiſtas, ſeminarium, ſeminarius, & ſementis; ſeminarium inter cætera accipitur pro plantario, hoc eſt loco, in quo quidem plantæ, ſeu ſemina cõponuntur, iuxta illud, qui vineam, vel arbuſtum conſtituere volet: ſeminaria prius facere debet. ſic etenim ſciet cuius generis vitẽ poſiturus ſit, aliquando accipitur ſeminariũ pro arbore de qua aliquid ſumitur, vt plantetur idem. vt ſatoris offitium eſt de ſeminario plantam transferre. ſeminarius verò dicitur omne quod ad ſeminandum pertinet, vt ſingulis naſcentibus, aut ſemen aut virtus aliqua ſeminaria ineſt. at ſementis, aliquando dictat ſeminationem ipſam, quãdoq; pro ſemine, iuxta illud Naſonis, villice da requiẽ terræ ſemente per acta. aliquando pro ſeminandi tempore; prout declarat hæc omnia vbertim Ambroſius Calepinus, in verbo ſeminarium, cum ſubſequentibus. in ſuo dictionario quem non floccipendendo, cum allegari quoq; ſoleat, à noſtris, & in ſpecie, à docto viro Calabro Io. Marco Aquilino in repititione, §. nihil cõmune l. naturaliter de acquiren. poſſeſsio. in initio, poſt num. 1. dum explicat verbum vẽdico, vt ibi per eum; atq; à Ioan. Cepha. conſ. ſuo 422. nume. 33. lib. 3. de verbo pridie. cum ſimilibus, & concor
6 dantibus † his itaq; ſic parumper iactis, duo conijcio capita, quorum primum illud ſit, qđ ſi fortè vſufructuarius tempore quo aſsignatur res ipſa ad perfruendum, & vtendum acceperit ſeminarios fructus, hoc eſt ad ſeminandum pertinentes, vel ſeminaria, vt plantentur eadem, ex quò tamquàm deſtinata, atq; prædiorum illorum tamquàm iuſtrumẽta eſſe cẽſentur: & tunc vſufructu finito agrũ ſeminatum dimictere debet: etenim ij, vt diuerſa res minimè pertinent ſimpliciter, & abſolutè ad vſufructuarium, ſed cum obligatione dimittẽdi illos in prædio renouatos de
7 mortuo vſufructu. & ita † intelligatur inclitus Celſus, in l. item ſi fundi, §. ſeminarij. ff. de vſufruc. dum inquit, ſeminarij autem fructus puto ad vſufructuarium pertinere, ita tamen, vt. & vendere ei, & ſeminare liceat. debet tamen conferendi agri cauſſa ſeminarium paratum ſemper renouare, quaſi inſtrumentum agri, vt extincto vſufructu domino reſtituatur.

Alterum verò caput eſt, vt ſi tempore quo fuit vſufruct' permiſſus ipſi vſufructuario fundus ille ſeminatus erat: & conſequenter, fructus fuiſſe pendentes: & tunc ſementis illa, ſeu fructus pendentes ad eum pertinent, eã ob rem, ſatis ſit proprietatem integram ad proprietarium redire. Vlpianus docuit, in l. ſi pendentes in initio, ff. de vſufruc. igitur datur intelligi hæredem minimè teneri illos reſtituere ſed ſuam repetere ſementem, ex eo quia huiuſmodi ſementis perindè fructus pendẽs vſufructuario debetur abſolutè abſq; obligatione vlla reſtituendi renouatos; vel di
8 mictendi eos in agro. † ad quam opinionem fulciendam deducitur, & primo Bald. in l. ſi pater in extremo, C. de vſufruc. vbi cenſuit, vt ſi vſufructuarius fecerit aliquos ſumptus inſerendo prædio, nec poſtmodũ morte præuentus fructus colligere valuit, quòd hercle illius hæres expenſas repetere poterit, & ſubſequenter ſementem ipſam, cuius Baldi auctoritas, quàm celebris, quantiq; ponderis, & mo-

Digitized by Google

& momenti fuerit iã cunctis patet, & in ſpecie eum laudat And. Alciat. conſ. ſuo 1. nu.
9 6. lib. 1. ſecundò loco, † Bar. teſtimonio iuuatur, conſ. ſuo 186. cuius initium eſt, Cucciarellus, & Venantius, quo in loco conſuluit ipſe, quo pacto inter fratres illos, vel filios fratrum diuidendi eſſent fructus, actento quòd cum bobus communibus quidam ex ijs laborauerant poſſeſsionem, & inter cætera inquit, fructus tripliciter diuidendos fore, ratione operarum exhibitarum. ſecundò ex perſonis fratrum, tertiò expenſarũ ratione, hoc eſt in ſemine, & in alijs oportunis, eccè quòd Bar. in conſideratione habuit ſementem. ad idem, & tertiò vires accipit,
10 ab And. Tiraquel. † tractat. de conuen. retrac. §. 5. gloſ. 4. poſt num. 10. eo namq; loci refert, locupletiſsimus Andr. vt ſi vſufructuarius fecerit impenſas fructuum percipiẽdorum gratia, & antequam perciperet vſufructus finitus eſt poſſe ipſum aut hæredem eius repeterè tales impenſas, ſubiungit ipſe in fructibus diuidendis habẽdam fore ſemẽtis rationem, poſt Stepha. Bertran conſil. 8. lib. 1. & alios, vt ibidem per eum. quartò,
11 & vltimo viriliori inititur auctoritate, † nempè Eccellentiſsimi Io. Cepha. conſ. ſuo 182. lib. 2. per totum, vbi etiam copioſè, & doctè ſubſtinere videtur opinionem hanc, & tametſi loquatur ipſe in terminis tranſactionis initæ vt omnes pendentes fructus vſufructuariæ pertineant ceũ patet, num. 4. & latè inferiùs: actamẽ inficiari non exiſtimatur quin abſq; conuentione illa hæres. queat ſementem repetere. non offendunt itaque in contrarium deducta, quibus non inſubtiliter Ioa. Cepha. loco ſuperius citato reſpondet hûc congruit, pulchrum Tyber. Decia. reſponſum, 50. num. 3. lib. 3. vbi fructus fundi non dicuntur, niſi expenſis detractis ſeminis atq; alijs in ſeminando, arando, & ſimilibus. & de materia ſeminum reſpectu locatoris, & conductoris pulchram ſcribit facti ſpeciem Pet. Surd. deciſ. 201. vbi nume. 7. citauit conſi. Cepha. ſuperius excurſum, & nùm vſufructuarius antè caurionem præſtitã ſuos faciat fructus, Andr. Gail. abundè ſcribit obſeruat. 46. lib. 2. practic. obſerua.

ARGVMENTVM.

Ex conſcriptis apparebũt quę ſint hęſitationes, & ſubiecta hûc propoſita.

SVMMÆ.

1 *Sententiam ſubſtitutis, legatariis, vel fideicommiſſarijs, obeſſe, ex conſono ſcribentium ore, & nu. 2. vbi de crebriori, ſummiſq; Andreas Alciat. laudibus.*

3 *Demonſtrata rei fruſtrà demonſtrationem fieri.*

4 *Appellandi tempus à quo die exordinatur ad hoc, vt ſubſtituti excludantur appellandi beneficio?*

5 *Scientiam quomodo probari alicuius vis rei remiſit ſe auctor.*

RACEMATIO 109.

DEo Opt. Max. implorato, à quo datum omne optimum, omneq; donum perfectum deſcẽdit: agredior bina ventilanda dubia equidẽ inſi-
1 gnia ferè, & crebra cunctis in tribunalibus † primum eſt, vt cum Hieron. Alba. exordiar, conſ. ſuo 19. an ſententia lata aduerſus hæredem, perniciem ſeu diſpendium afferat ſubſtitutis legatarijs, vel fideicommiſſariis? circa ſubiectum huiuſcemodi in præſentia compertum, ſcribentes propè omnes, eã amplectuntur ſententiam, vt opinentur prędicare illis. quemadmodum teſtati ſunt Alexan. conſ. 119. nume. 27. lib. 6. Cæſar. Vrſill. in additamentis ad Matth. Afflic. Neapol. deciſ. 396. num. 6. poſt Iaſ. & alios, in l. filius familias, §. Diui de leg. 1. ſcribit Socc. nepos conſi. 181. num. 96. lib. 2. Arius Pinel. in l. 1. part. 3. poſt nu. 48. C. de bon. mater. Hyſpanus is Didac. Couar. cap. 13. poſt nu. 6. practica. quæſt. vbi de concordi, * & conſo-
2 na atteſtatur opinione † multos agregat concomitantes Rolan. Vall. conſ. ſuo 92. nume. 15. & ſub nu. 17. lib. 4. vbi de crebriori prudentum Scola, & ratio eſt manifeſta, enimuerò regula eſt, quòd ſufficit ſententiam latam fore aduerſus principalem, vt ſubſtitutis obeſſe dicatur, ex Scæuolæ pronuntiato in l. ex contractu, ff. de re iudica. & per illũ tex. & cæteros contex. famigeratus, ille doctor Andr. Alciat. conſ. 44. num. 64. lib. 9. quo loci concordem * eſſe inquit, & paulo inferius aliquas enarrat coãguſtationes, vt ibi
3 per eum. & cum hæc ſint † certa, & determinata, meritò amplius non inſiſto, etenim nõ obmictere certitudinem, atq; quærere indicia, vel coniecturas eſt intellectus infirmitas ex adnotatis à Iaſ. conſ. 6. ſub verſ. moueor in primis, lib. 3. & demonſtratę rei fruſtrà demonſtratio fit Ioan. Cepha. conſ. 128. nu.

Digitized by Google

4. lib. 1. Socc. Nepos, conſ. 18. num. 2. lib. 4. cum concordant. à Tyber. Decia. conſil. ſuo 18. num. 33. lib. 2.

4 Secunda, † & princeps dubitatio eſt, nunquid quoad effectum appellandi quoq; obſit præcitatis illis ſubſtitutis, & ſimilibus, vt eiuſmodi facultate priuentur, & rurſus quod tempus attendendum, an ſcientiæ, an ne ſententiæ latæ? nobiliſsimè lector intrepidè tenendum erit, appellandi facultate eos minimè priuari, ac appellandi tempus currere à die ipſius notitiæ, & ſic poſtquam notificata fuerit ſententia ipſa, ſic doctè explicat Roland. Vallenſ. vbi ſupra poſt num. 21. hûc ſpectare videntur, quę copiosè docuit Ioa. Cepha. conſ. ſuo 106. nu. 6. & inferius vſq; ad finem lib. 1. Cæſar. Vrſil. loco ſuperiùs deducto, num. 6. atqui ſi cumulatiùs expreſsiúſq; guſtare volueris, volue iocūdos Iacob. Menoc. Codices nempè conſ. 630. num. 26. & inferiùs, conſ. 688. num. 39. & propè finem lib. 7. idem conſ. 421. num. 73. lib. 5. Aym. Sa-
5 uilia. conſ. 845. lib. 5. † ſcientiam verò quomodo probari alicuius rei, videndus eſt Ioſeph. Maſcard. concluſ. ſua 1293. lib. 3. de probat. Aym. Sauilia. conſ. 997. nū. 9. pro Monaſterio Carthuſiēſium ſuprà Neapolim contrà Epiſcopum Sarni, & cōſ. 994. nu. 10. & paulo poſt lib. 6. cum ſimilibus. ab eodem conſ. ſuo 825. poſt nu. 2. lib. 5. & conſ. 967. n. 26. & conſ. 369. n. 42. & latè inferius lib. 3.

ARGVMENTVM.

Bina hoc in loco dubia quàm breuiter diſſolui, quæ introſpicere non pigebit, & vtrū ſatis dicatur expreſſum, quod ſub generalitate contineatur? Tybe. Decia. conſ. 56. num. 21. lib. 2.

SVMMAE.

1 *Filium deducere non poſſe legitimam ex fideicomiſſo, vel rebus alienari prohibitis, ſi commodè ex alijs facultatibus hæreditarijs illam eligere valebit: & num. 2. vbi de receptiſſima ſententia.*

3 *Paria ſunt aliquid exprimi ſpeciatim, vel in indiuiduo, ſeu in genere, & genus id verificari non valeat, niſi in vna ſpecie: & numero 4.*

5 *Melloramenta venire in obligatione generica quàmuis in alieno fundo conſtructa.*

6 *Quod ex pecunia obligata comparatum eſt in obligatione comprehendi.*

RACEMATIO 110.

IN occurrentibus dubijs huiuſmodi deciſiuè procedere abſq; argumentis arbitratus ſum, veſtigia ſectando Io. Cepha. conſ. ſuo 203. lib. 2. cum ſimilibus, quorum alterum eſt, nùm filius de-
1 ducere † valeat legitimam ex legato, vel fideicommiſſo, vel re alienari prohibita, ſi cōmodè ex cæteris facultatibus hæreditarijs eam eligere poſsit? & nempè ipſe reperi inferiùs citatos ſcribentes, vt Alex. conſ. 12. num. 2. lib 5. & conſ. 117. num. 22. lib. 6. Iaſ. in l. filium quem habentem nu. 17. C. famil. ercis. Philip. Dec. conſ. 81. num. 7. Aymo. Sauilia. conſ. 19. nu. 14. idem conſ. 109. lib. 1. Thomas Grammat. Neap deciſ. 93. num. 7. Roland. Vallenſ. conſ. 12. nu. 4. & conſ. 78. lib. 1. idem Vallenſ. tradit conſ. ſuo 23. nu. 41. lib. 4. Marcus Anto. Natta conſ. 238. nu. 5. lib. 2. & prænotandus eſt de materia Michael Craſſ. tract. de ſucceſſ. ab inteſta. §. legitima quæſt. 14. quæſt. 16. quæſt. 17. quæſt.
2 18. cum cōcomitantibus alijs † ex recentioribus Iacob. Menoch. conſ. ſuo 401. nu. 138. lib. 5. vbi Doctorū turbam attulit more ſuo concludentem receptiſsimam * fore omniū ſentētiam filium herclè minimè eligere, vel deducere poſſe legitimam ſuam ex rebus legatis, aut fideicommiſſo obnoxijs, ſi non incommodè illam deducere ex alijs hæreditarijs bonis valebit, vt ibi per eūm.

3 Alterum eſt dubiū ań † paria ſint aliquid exprimi ſpeciatim, ſeu in indiuiduo, vel in genere, & genus id verificari non valeat, niſi in vna ſpecie? candide lector ſuccintè reſpondetur, quod ſic, etiam in materia odioſa Vlpianus in l. 2. ff. de libe. & poſthu. vbi ſocc. num. 12. & diſpoſitio generica, quæ dūtaxat verificari poteſt in vna ſpecie, ſpecifica eſſe putatur ex Paulo in l. ſi optio, ff. de optio. lega & per illos contextus Iaſ. conſ. 60. col. 4. verſ. ponderentur benè illa verba vniuerſalia lib. 3. locupletius idem docuit conſ. ſuo 45. nu 6 lib 1. Io. Cepha. conſ. 107. n. 5. lib. 1. pulchrè ſcribit Franc. Mant. tracta. de coniect. vlt. volūt. tit. 2. nu. 5. lib. 10. Aym. Sauilia. conſ. 427. num. 2. lib. 3. quæ opinio comprobatur ex conſcriptis à Bal. in l. liber-
4 ti. C. de ope. liberto. vbi ſi filia. † omnia cędat iura, quę habet ſuper bonis paternis, nec vllum aliud ius ſibi cōpetat quàm dotis, dubio procul id filiam ipſam cęſiſſe iudicari, facit Pauli prudentiſsimi locus in l. fundus qui locatus, ff. de fund. inſtru. quo loci ſcribit legato fundo cum inſtrumento, ſi in eo adſit inſtru-

inſtrumentum domini, & coloni, intelligitur de inſtrumento domini, at ſi dominus nullũ habeat inſtrumentum de inſtrumẽto coloni intelligitur, ne verba ſint ſuperflua, quem textum aureum nũcupat Curt. Iun. conſ. 85. poſt nu. 4. cum cõtextibus alijs à Maſcard. citatis conclu. ſua 1120. nu. 7. lib. 3. de probatio. quo loci ipſe concludit obligatum præſumi in generali obligatione, id quod veriſimiliter in ſpecie quis obligaturus minimè eſſet, quando ſupponens minimè haberet, niſi vnam rem, ne obligatio inutilis, ac vana red-
5 datur, ſed obiter † quæro an ſub generali obligatione bonorum præſentium, & futurorũ venire dicantur Melioramenta, vel ſuperficies conſtructa in fundo alieno? non flocci-pendenda ait quæſtio; & nempè ipſe adinueni nõ nullos moderniores tenere citiùs affirmatiuè, quàm negatiuè, & inter cætera ea permoti ſunt ratione, quod quemadmodum in obligatione generica bonorum cunctorũ, emphyteoſis continetur reſpectu vtilis dominij emphyteutę, ipſius debitoris, pariformiter ſub obligatione, & hypotheca generali melioramenta comprehenduntur à debitore in re aliena facta Andr. Gail. obſerua. 25. num. 6. num. 17. lib. 2. pract. obſerua. ſic in claris terminis Reſpondit poſt alios Iacob. Menoch. conſ. ſuo 662. lib. 7. quo loci nu. 4. ſubiungit tãto magis obtinere ſibi locum ſententiam hanc quando melioramenta fuerũt poſtmodum cõſtructa ex pecunijs obligatis,
6 quia fit quod ſicut † creditor ſubnixã habet pecuniam ita, & melioramenta ex pecunijs illis facta de Papiniani ſententia in l. Imperator, §. vlt. & paulo poſt de legat. 2. Iaſ. cõſ. 231. lib. 2. Iacob. Mandel. conſ. 97. num. 21. Andr. Alciat. conſ. 66. num. 19. lib. 9. Aymo. Sauilia. conſ. 295. num. 4. lib. 1. Tybe. Decia. conſ. 52. num. 33. lib. 1. Franc. Mant. tracta. de coniect. vltima. volunta. tit. 8. nu. 22. lib. 7. vnà cum concordantibus alijs quos abundè citaui raccmatio mea 2. ad quam candidum reijcimus lectorem, & de obligatione generali multa Pet. Surd. deciſ. 233. melioramẽta verò quo pacto ſecernantur, & in quotuplici differẽtia ſint, abũdè Ioſeph. Maſcard. concluſ. ſua 1037. lib. 2. de probatio. & an veniat legitima Iacob. Menoch. conſ. 77. reſpõdit eam ſub generali hypotheca ea de re lib. pri. vbi latè.

ARGVMENTVM.

De confeſsione receptionis, an probet, & de ſolutionibus quibus ex cauſsis probari ſpeciatim controuerti ſuper Cæſaris diſpoſitione, in l. teſtium, C. de teſtib.

SVMMÆ.

1 *Solutionem de iure diuino eſſe, & vtrùm ob creditoris cõfeſſionem, vel per verba ſum contentus probari valeat?*

2 *Teſtes duos, vel tres, an ne quinque requiri aduerſus inſtrumentum ad probandam ſolutionis confeſſionem etiam. & num. 3.*

4 *Duorum, vel trium in ore ſtat omne verbũ, iure gentium, ac lege euangelica ſatis eſſe.*

5 *Argumentũ de contractibus, ad vltimas voluntates, & è contrariò plurimi fore momenti.*

6 *Iuramento allegantis ſolutionem quantitatis reſpectu, an ſtari, probato principali facto, vt mutui, aut ſolutionis?*

RACEMATIO III.

EXploratiſsimi iuris eſt, ſolutionem ab eo probandam, à quo allegatur ex cumulatis ab Aymo. Sauilia. cõſ. ſuo 905. num. 5. lib. ad huc 5. apertè cauent Diocletianus, & Maximianus, in l. vlt. C. de ſolutio. inſignis Celſus in l. quin-
1 genta, ff. de probatio. † eãq; dici de iure diuino, quemadmodum habetur in pſalmo 36. mutuabitur peccator, & non ſoluet, cum cõſonantibus alijs, quos attulit Aymo. memẽt. conſ. 434. num. 20. lib. 5. at inter complures probãdi modos ſolutionem ipſam is ſe ſe nobis antefertur, nempè ob creditoris confeſſionem, ſuper qua duos reduxi caſus, quorũ alter ſit, teſtes deponentes creditorem dixiſſe ſum contentus, ſolutionem minimè probari, quando quidẽ pronuntiata illa ad quãdam genericam, incertamq; mentalem ſatiſfactionem referri poſſunt. ſic poſt Bal. Ioſeph. Maſcard. conclu. 1318. num. 17. lib. 3.
1 de probatio. alter caſus eſt; ſi creditor confiteatur ſe recipiſſe à debitore ſuo ſummam pecuniarum talem, vel talia protulerit verba ſolutionem veram denotantia, quòd eo caſu ſolutionem probari dicatur, vt reſpondebat, Alex. relatus per eundem Maſcard. vbi
2 ſupra num. 22. † poſtremus caſus ſit, in quo ſtat difficultas nùm cõfeſsio de recepto probet aduerſus inſtrumentum, quando pecunia illa quam dixi me recepiſſe deberetur mihi per vim inſtrumenti, ſcripturę ſubnixi, & hoc per teſtes fortè duos, vel tres deponentes circa huiuſmodi meam confeſsionem? & quidẽ, vt vnico verbo me expediam, citatur à noſtris

ſtris Iuſtiniani locus, in l. teſtium, C. de teſtib.& per illum textum Maſcard. præallegatus conclu. 361.n.57.lib.1. vbi cenſuit huiuſmodi confeſsionem haud probare aduerſus inſtrumentum illud, ni adſint quinq; teſtes, vt ibi per eum. Ideoq; ſatis non ſunt tres te-
3 ſtes; † ſed conſidera quæſo, ego comperi Albertum Brunũ tracta. ſuo de form. & ſolemnita. ſub art.illo de probatio. & præſumptio. form. & ſolemnit. adhib. colum.36.verſ.ſed contrà hoc quod dixit Bar. in cap. 1. quot teſt. ſint neceſſa. ad proban. Inueſt. quo loci inquit ipſe Alber. diſpoſitionẽ Cęſaris in prę libata lege teſtium, quæ vult ſolutionem probari debere per quinque teſtes locũ ſibi minimè vendicare, ſi agatur de probatione cõfeſsionis, quæ emanauit ſuper numeratione, ex quo non agitur de probando immediatè id ſuper quo lex requirit naturã quinque teſtium: ſed per mediũ confeſsionis argumẽt. eo iura quæ tradit Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 442. ſub num.20. & num.21. lib.3. quæ ſen-
4 tentia applaudit, ex eo quia † traditum eſt, in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum Andr. Alcia. conſ. 67.num.6. lib. 5. & longè melius idem conſ. ſuo 197. nu.3.lib.9. cuius verba, velut admodũ egregia tranſcripſi, ait namq; And. eo loci facti ſpecie reiecta, de qua per eundem, inficiari nõ poſſe quin tres teſtes defuncti voluntatẽ, circumſcripto iuris rigore probent, quandoquidem ius gentium, & euangelica lex tali numero contentantur, & ob id per denuntiationem Euangelicam hæredes, de quibus ibidem eſſent tuti, qua propter iudices ſeculares audire minimè debent agnatos contra conſcientiã petentes, & quia ſumus in materia peccati accẽdere debent forum Canonicum, ac conſcientiæ hæc ille Andr. Cui. aggregò Roland. Vallenſ. 74. ad finem lib. 3. Tyber. Decia. cõſ. ſuo 54. num. 15. & inferius, & num. 17. lib. 5. Iacob. Menoch. 572. num. 3. lib. 6. Aymon. conſ. 947. lib. 5. & obiter, an, & quando iudici licentia ſit, teſtibus omnino credere etiam ſingularibus ſi vehementer ab illis intendatur, abundè Aym. Sauilia. conſ. 369.
5 nume. 11. & inferius lib. 3. † actento quod validum ſit argumentum à contractibus ad vltimas voluntates ex Pauli pronũtiato in l. ſeruum fil. j §. eum qui chirographum, de legat. 1. & ex Cæſaris reſponſo, in l. vltima, C. de lega. cum ſimilibus, & concordantibus à Franciſ. Mant. deduct. tract. de coniect. vltima. volunta. tit. 18. lib. 3. circa principia quemadmodum è contrario ad tradita, per Roland. Vallenſ. conſil. ſuo 93. lib. 2. ſuper quibus omnibus cogita, & vide Albert. Brun. loco ſuperius citato, dũ refert Franciſ. Aret. fol. mihi 87. & an ſolutionem allegans debitum fateri iudicetur? Tyber. Decia. conſil. 54. num. 4. lib. 5. poſt Bar. & alios determinat negatiuè, vbi nu. 9. ſubiungit vnum val-
6 de quotidianum de materia † herclè probata intentione facti principalis, vt putà ſolutionis, vel mutui ad probandã ex indè quantitatem, ſtari iuri iurando allegãtis mutuum, vel ſolutionem illam, & plura alia ad rem ipſam concernentia, quibus mediantibus ſolutio probari valeat, quæ ſilentio inuoluo, ad eum te reijcio per totum, ea tamquam peculiaria pinguiùs examinantem.

ARGVMENTVM.

De collectis ſuper fructibus impoſitis, an emptor cenſus pro ratha illius eas ſoluere teneatur, an ne venditor?

SVMMÆ.

1 *Emptorem cenſus non venditorem aſtringi ad onera ſoluenda.*

2 *Cenſum creari dupppliciter nempè alterũ nuncupare reſeruatiuum, alterum verò conſtitutum.*

3 *Onera præſtari a Domino, vel fundi poſſeſſore fructus recipiente.*

4 *Iacob. Menoch. reſponſum citatur 983. lib. 10. pro hac ſententia.*

RACEMATIO 112.

Eſt mea quidem opininione ſatis ſuperq; vtilis, & non ventoſa quæſtio iſta in prato bullaris cenſus, ex forma Põtificis Maximi Pij V. ſuper qua nempè forma inſudarunt valdè recẽtio-
1 res, & precipuè Petr. Foller. † ac Nicolaus Intrigliolus in ſuis quæſtio. atq; de illius probatione, an per annuam ſolutionem, & verũ ex eo quòd vẽditor dixerit ſe cum onere ſoluendi diſtraxiſſe notario ſtipulãte, de quibus omnibus vberrimè per Ioſeph. Maſcard. concluſionibus ſuis 279. 280. lib. 1. de probatio. cum concordantibus. numquid inquam, cenſus emptor ſoluere aſtringatur collectas pro ratha fructuum, ac redditus ipſius reſpectu, ex quò forſitan onera illa fuerint ob fructus impoſita, an ne venditor? beneuole lector, ipſe comperi, ſuper hac facti ſpecie nõ nullos in eam deſcendiſſe opinionem, vt putent

tent

Digitized by Google

tentcitius venditorem teneri, & minimè em
2 ptorem. his ſubiectis præcipuè medijs † quo rum potiſsimum fuit, namq; huiuſmodi emptorem emiſſe dici fructuum quantitatem iā conſtitutiſsimum eſt, at ille, qui emit eam fructuum quantitatem, haud compellitur ad onera, quæ prædiorū cauſſa impoſita fuere, quemadmodum reſpondebat Aymo. Sauili. conſ. ſuo 145. num. 21. lib. 1. preſupponendo nos loqui de cenſu conſtituto, qui conſtitui fertur, quando aliquis accepta aliqua pecuniarum ſumma ab emptore ipſo pollicitus fuerit ex ſuis facultatibus emptori ipſi annuā ſoluere penſionem, etenim patet alio modo creari poſſe cenſum, & nuncupatur reſeruatiuus, vt ſi contingat aliquem rem ſuam alicui tradere, onere tamen adiecto, vt præſtare compellatur illi ſic trasferenti dominium omne quid annuum, vel quid tale cum ſimilibus † ad idem, & ſecundò confert, nā one-
3 ra præſtari debent à domino, ſiue poſſeſſore ipſius prædij ex quo fructus lucratur. ſic Io. Cepha. conſ. 281. num. 3. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 42. Philip. Dec. conſ. 286. Aymo. Sauilia. conſ. 217. num. 5. ſed venditor cenſus eiuſmodi fundi poſſeſſor, atq; dominus appellatur ex congeſtis à Didac. Couar. cap. 7. lib. 3. varia. reſolutio. tertio loco adducitur, qđ conductor prædiorū ad tēpus minimè aſtringitur, collectas ſoluere, reſpectu fructuum, quos emere iudicatur, vt ſcribit Nicol. Bello. conſ. 27. nu. 10. & prænotandus eſt, Roland. Vallenſ. conſ. 79. num. 19. lib. 4. cum concomitantibus alijs. quartò, & poſtremò
4 † ſuffragatur, Iacob. Menoch. conſ. ſuo 983. per totum lib. 10. quo loci plura cumulat pro huiuſmodi ſententia egregios citandos ſcribentes, quos non tranſplanto, ac tibi curioſo lectori cogitanda relinquo.

ARGVMENTVM.

Multa in materia gabellarum quàm breuiſs hûc tractari, & illud monitos nos eſſe voluit Aymo. conſil. 735. ad finem lib. 4 in obſcurare contra gabellam interpratationem faciendam præ illius odio, & amara exactione.

SVMMA.

1 *Conditionem aliam ſuſpenſiuam, aliam reſolutiuam, & quæ ſint declarantur.*
2 *Gabella an ſoluenda de donationibus legatis, vel contractibus conditionalibus?*
3 *Gabellas duas minimè ſolui ex duobus correſpectiuis contractibus.*
4 *Gabellam bis pro eandem re, vel eodem facto, ſolui non debere.*
5 *Gabella, num ſoluenda veniat ab emptoribus rerum immunium, vt Clericorum, & ſimilium.*
6 *Contractum feneraticium argui, ſi conueniatur, vt ſolus emptor gabellam ſoluat, cum ab vtraq; parte ſoluenda erat.*

RACEMATIO 113.

DVbium propoſitum, quod excitatur tale eſt, an gabella ſoluēda pro aliqua re locum ſibi obtinere dicatur in conditionalibus? ingenioſe lector, id ſcio te minimè latere, quod, & de cō-
1 ditionibus fertur, vt † alia nuncupetur ſuſpēſiua, alia verò reſolutiua, ſuſpenſiuam eſſe illam, quæ actum ita ſuſpendit, vt ſine vllo effectu maneat, donec eueniat conditio. reſolutiuam autem dici, quæ actum non ſuſpendit, neq; efficit, quin purus eſſe exiſtimetur, ſed expectare implemētum ex poſt quòd ni ſequatur actus reſoluitur, quemadmodum poſt plures concordes explicat Iacob. Menoch. conſ. ſuo 262. num. 10. lib. 3. & inferiùs cumulatiùs per eundem conſi. 388. nu. 15. num. 17. & paulo poſt lib. 4. & quidem tetigit quæſtionem hanc Soc. Sen. conſ. 76. verſ. confirmatur nam gabella, lib. 1. & poſt eum, & alios Alber. Brun. tracta. de form. & ſollemnita. ſub art. illo tēpeſtiuum eſt de implemento, ac obſeruantia colum. 24. verſ. in præſenti materia quādo ſit adhibenda forma, vel ſollēnitas fol. mihi 77. Franciſ. Aret.
2 conſ. 11. eo † namque loci Albertus inquit, ſtatuto ſtante, quòd quælibet donatio inſinuari debeat, tempus haud currere antequā purificata ſit, ſi donatio fuerit conditionalis, idem in gabella ſoluenda pro legato, vt ibi per eum impugnantem Firmianū tracta. ſuo gabella. cum concordantibus. ſcribunt Aymo. Sauilia. conſ. 231. poſt nu. 7. lib. 1. Alex. conſ. 36. nu. 5. lib. 4. And. Tiraquel. tract. retract. §. 1. gloſ. 2. ſub nu. 23. Roland. Vallenſi conſ. 29. num. 21. lib. 4. & alias idem conſ. 60. nume. 20. lib. 3. inquit gabella, ſi ſolui debeat ex ſtatutorum forma de contractu venditionum, minimè ſoluetur de contractu promiſsionis de vendendo, & an, & quādo ex venditione conditionali transferatur dominium ſubtiliter, & pulchrè declarat Tyber. Decia. conſ. 23. lib. 5. Pet. Surd. ſcribit. deciſ. ſua 305. vbi de diſtractu, vel

condi-

Digitized by Google

conditionali contractu idem deciſ. 321. vbi
3 deretrouenditione ea † annectenda fore cē
ſui, in materia gabellarum nempè duas non
ſolui debere ex contractibus duobus corre-
ſpectiuis, quemadmodum affluenter diſpu-
tauit Andr. Alciat. conſ. ſuo 44. lib.8. & an
ſit ſoluenda iterum, ſi contractus fuerit pro-
rogatus ratione prorogationis Philip. Dec.
videndus eſt, conſi. 93. faciunt congeſta per
Andr. Barbat. cap. ex literis, nume. 32. de
mutuis petitio. vbi examinat, an, & quando
gabella debeatur multiplex ex pluribus con
uentionibus, & vtrùm vna, an ne plures ſol-
uantur pro pluribus rebus in vno contractu
compræhenſis latè Philip. Dec. conſil. ſuo
4 344. poſt num. 3. & † an aliud ſit annullare
contractum, vel de nouo facere, vel retrouē-
dere? eleganter Sigiſmund. Loffred. conſil.
52. nu. 8. & gabella minimè ſolui debet bis
pro eadem re, vel eodem facto, vt in ea facti
ſpecie per Alex. relata conſ. 143. nu. 6. lib.
6. cum ſimilibus à Loff. eodem conſ. ſuo 15.
num. 16. num. 17. Roland. Vallenſ. conſ. 1.
num. 25. lib. 2. & nùm debeatur gabella ex
contractu, qui poſtmodum diſſoluitur? & an
ex reſciſsione, vel diſtractu, vel receſſu? la-
tiſsimè diſcutit Andr. Tiraquel. tracta. de
retrac. gloſ. 2. §. 6. num. 5. & longè inferiùs,
& nume. 20. cum concomitantibus. at non
otioſum eſſet perquirere gabellę ipſius reſpe
ctu, an ſoluenda vbi res eſt repoſita, an ne
attendatur locus contractus? examināt Phi
lip. Dec. conſ. 457. Andr. Alciat. conſ. 28.
lib. 2. Alex. conſ. 49. lib. 5. & conſ. 51. lib.
3. Aymo. Sauilia. conſ. 999. num. 14. lib.6.
faciunt in ſimili traditiones illę Tyb. Decia.
conſ. ſuo 60. num. 13. lib. 4.
5 Sed † obiter quæro, an gabella ſoluenda
veniat ab emptoribus, vel mercatoribus im-
munium rerum, vt putà Clericorum fiſci, &
ſimilium? Paulus in l. licitatio, §. vltimo, ff.
de publica. & vectiga. inquit fiſcus ab om-
nium vectigalium prſtantionibus immunis
eſt; mercatores autem, qui de fundis fiſcali-
bus mercari conſueuerunt, nullam immuni-
tatem ſoluendi publici vectigalis vſurpare
poſſunt. eſt itaq; textus quòd quamuis fiſcus
ab omnibus vectigalibus immunis fuerit, ta-
lem nihilominus exemptionē ad ſingulares
ſucceſſores minimè trāſire. & per illum tex.
Iaſ. conſ. 20. lib. 1. quo loci abundè docuit.
cæterùm Vberiùs explicat Iacob. Menoch.
conſ. ſuo 136. lib. 2. per totum. Iacobus idē
adeundus eſt, conſ. 716. num. 7. lib. 8. vbi
quærit, an ſtatutū permittens emptori eme-
re ſine gabella, cenſeatur etiam hoc ipſum
6 venditori permiſſum. † Illud prterfluere nō
ſinam quod notatu dignū ſcribit Iacob. idē,
conſ. 109. nu. 20. vbi ſuprà contractum fe-
neraticium argui, ſi conueniatur, vt emptor
ſolus gabellam ſoluat, cum ab vtraque parte
ſoluenda veniat. & in ſumma gabella, ſi ſol-
ui debeat de quolibet contractu virtute ſta-
tuti, intelligitur de contractu valido, ſic Tho
mas Grammat. deciſ. ſua 74. num. 27. cum
ſimilibus. & in materia gabellarum illud in
conſideratione habetur, animū à principio
attendi ſicut in pulchris exemplis per Tyb.
Decia. allatis conſ. ſuo 59. nume. 17. lib. 1.
circa reuenditionem. & an ex tranſactione
debeatur. idem cauit conſil. 54. nume. 61.
num. 62. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Agitur hîc de iure offerendi, & quando creditores mariti poſteriores audiantur aduerſus vxorem, & alia multa euenientia ratione continuati ſermonis. & de iure offerendi quanto præſcribatur tēpore, ſcribit teſſau. deciſ. 157.

SVMMÆ.

1 *Creditores quando maritus ad inopiam pergit etiam poſteriores, an admittantur ad offerendum vxori, quæ bona capit inſolutum, & quando? diſcutitur, & nume. 2. vbi de magis communi.*

3 *Rationem duplicem caſus primi, vel anxiomatis iſtius referri.*

4 *Offerendi ius, viro ad inopiam vergente, atq; ideò conſignatione facta, & poſtmodum in ſolutum data iudicis auctoritate, locum ſibi non obtinere, & num. 8. vbi de crebriori ſententia.*

5 *Vlpiani pronuntiatum in l. ſi finita, §. poſtea autem, de damn. infect. expendi.*

6 *Actus morientium ſimpliciter diſpoſitos in ſuſpenſo minimè ſtare ex Paulo.*

7 *Inducta ad augmentum diminutionē operari non debere ex Florentino.*

RACEMATIO 114.

THema hoc quod ipſe furtim collegi
denſiſsimum eſt, & ob id pectori
noſtro incudēdum fore cenſui, nū-
1 quid † mariti creditores offerendi
ius habeant aduerſus vxorem poſsidentem,
vel petentē bona mariti pro ſua dote ex quò
maritus

Digitized by Google

maritus ad inopiam pergit, ex adnotatis ab Andr. Gail. obſerua. 83. lib. 2. practica. obſerua. vel ſi priùs aliqua iuſta ex cauſſa poſsidere cęperit, & poſtmodum vxori ipſi iudicis auctoritate fuerint inſolutū adiudicata, num illud ſilere dicatur, & ob id reuocationi non ſit locus, per ſecundos creditores? & quidem reſpondēdum videbatur creditores ipſos admitti, ſcriptum reliquêre Imperatores Diocletianus, ac Maximianus in l. cum tibi, C. qui potio. in pigno. habean. quo loci traditum eſt, creditores mariti poſteriores vxori ipſi dotem offerendo bona ei obnoxia reuocare, attamen, vt paucis rem ipſam abſoluamus cum multa ſimilia allegari poſ-
2 ſent cum temporis iactura duos, † & principes ſpargo caſus, quorum potiſsimus ille ſit, quòd ſi fortè ob mariti decoctionem, vel inopiā, mulier petijerit illius facultates, ſeu eas ſic petitas poſſederit: & tunc canent quicquid alij velint, magis concors * * crebriorq; ſententia eſt, Bart. & aſſeclarum in l. ſi conſtante, num. 88. ſolut. matrimo. quemadmodū placuit, Socc. conſ. ſuo 111. lib. 3. offerendi ius minimè ſibi locum obtinere poſt cæteros latè deducit, atq; teſtatus eſt Iacob. Mādel. conſ. 80. num. 2. cum concomitantibus,
3 cuius anxiomatis † rationem duplicem eſſe demonſtratur, prima eſt, quandoquidem ea non denominatur propria, & vera reſtitutio, vel abſoluta dotiumuè ſolutio. ſed citiùs prouiſionem fore, vel remedium ad tempus, altera, & ſecunda ratio eſſe videtur, quoniam plus intereſt mulieris habere mariti bona, quàm pecunias cùm illa reſtitutio fiat, vt de fructibus dotium vxor vitam degat, atq; alimenta marito ſuo miniſtret, ſi dos vtriq; ſatis ſit. ita Iacob. Mandel. vbi ſupra num. 3. & inferiùs pręnotandus eſt Roland. Vallenſ. conſ. 9. num. 4. lib. 1. cum concordantibus à Hiero. Magon. deciſ. Flo. 68. num. 13.

4 Secundus caſus, quòd † ſi ab initio tempore quo maritus ad inopiam vergere cęperat bona ea vxori fuerunt aſsignata, & exindè ſubſequuta fuit inſolutum datio, atq; ad iurium fortificationem iudicis auctoritate adiudicata, eo nempè caſu idem fatendum eſt, reuocationi locum non fore, ideoq; offerendi ius rectè ſilere. ad quam opinionem peruulgandam adducitur, primam enimuerò dationem talem à iudice factam diffinitiuę ſententiæ vim, ac poteſtatem habere, ex congeſtis à Philip. Dec. conſ. ſuo 592. num. 3. Tyber. Decia. conſ. 69. num. 14. nu. 30. lib. 4. atqui poſt ſententiam offerendi ius cæſſare putatur niſi fuerit reſeruatio facta, quinimmò locupletiſsimus Andr. Tiraquel. tracta. de retrac. ligna. §. 8. gloſ. 7. nu. 13. & num. 14. ei locum minimè fore ait poſt concluſum
2 obſtante † liberatione generica etiam iureiurando ſubnixa tutorem aſtringi, vel deprimi poſſe denuò compotum facere, rurſuſq; rationem reddere, ſi conſtare poſsit priorẽ cõputationem, aut fuiſſe malam aut non plenã. vlteriùs ſubiungit Iaſ. ille tametſi minor cũ auctoritate curatoris, iudiciſq; decreto, genericam fecerit tutori liberationem, & aſſeruit administrationis rationem ſibi fuiſſe redditam, iuramento munitam, nihilominus tutor ipſe minimè liberatur, vt ibi per eũ. conſequens his fit, liberationem haud ſubſiſtere & ſi ſemel à tutore imperfectè exhibita fuiſſet, iterum compellendus venit. hoc ipſum à fortiori ſtatuitur de eo qui nullam reddidit rationem ex adnotatis à Ludo. Roma. conſ. 413. Iacob. Menoch. conſil. ſuo 863. lib. 9. vbi pulchrè.

Ad idem, & tertiò aſſeclæ fuerunt Socc. conſ. 40. lib. 4. Philip. Dec. conſ. 192. & facit ratio illa, quia omnino eſt reddenda adminiſtratio. Iulianus in l. tutor qui repertorium, ff. de adminiſtratio. tuto. vbi Bart. & reliqui ſcribentes ſuadent hoc nam aliud eſt rationem reddere, & aliud fuiſſe redditam, minimeq; exigit lex tutoris confeſsionẽ ſed illius adminiſtrationis rationẽ actualem ſuis cum calculis Carol. Ruin. conſ. 95. lib. 3. concordat Io. Cepha. conſ. 192. lib. 2. à num. 1. ad 7. quo in loco plura cumulat pro hac ſententia prænotandus eſt Aymo. Sauilia. conſi. poſtremo penult. pagina nume. 162. lib. 6. ſcribit Roland. Vallenſ. conſ. ſatis trito. 49. lib. 1. Io. Cepha. conſ. 8. conſ. 39. lib. 1. Tyb. Dec. conſ. vlt. num. 16. lib. 4. Iacob. Menoc. conſ. 214. lib. 3. cum concomitantibus alijs conducunt ea, quæ fuſiùs coacervauit Iacob. idem conſ. 22. lib. 1.

3 Ad idem, † & quartò profertur, nam per genericam liberationem, dolus non cenſetur remiſſus Bar. in l. Aurelius, §. Gaius, ff. de libe. lega. Philip. Dec. conſ. 178. nu. 3. & longè inferiùs vbi de communi teſtatur ſententia Paul. Pariſ. conſ. 80. n. 54. lib. 2. cõſ. 88. n. 40. lib. 1. Ioſep Maſcard. concl. 1252. nu. 8. lib. 3. de probatio. vbi more ſuo plura cumulat, ſed tantùm inquiſitio ſcrupul ſa Alex. conſ. 62. lib. 4. Rapha. Fulgo. conſ. 102. Paul. Pariſ. conſ. 31. lib. 2. quò in loco ſcriptum reliquit liberatum ab inuentarij confectione, atq; à reddenda adminiſtratione aſtringi adhuc librum rationum conficere, nec ob id liberari à dolo & fraude, etiam ſi ſpecificè fuerit à teſtatore remiſſus; ſicuti pulcrè aſſerit Maſcard. antea excurſos, num. 13. & inferiùs vſq; ad num. 18. idem conclu. 1264. nu. 42. lib. 3. quibus omnibus ipſe coaceruo Iacob. Menoch. conſ. ſuo 731. lib. 8. cum ſimilibus, & concordantibus ab Aymo. Sauilia. citatis conſi. 568. conſ 707. nume. 7. lib. 4. conſ. 764. num. 9. lib. 5. cæterùm id, quod de dolo citauimus, locum ſibi vendicare dicimus in dolo conſiſtente in faciendo, aliter atq;

atq; in non faciendo, veluti ſi bona doloſè tutor curatorue detineret, eo quippè caſu p generica quietationem, minimè cenſetur dolus ille remiſſus. atqui ſi tutor, vel negotiorum geſtor dolo ſuggerente, aliqua omiſerit, ſicq; perniciem aliquam paſſus ſit pupillus, ſeu adultus per generalem tunc liberationem dolus is, in non faciendo remiſſus eſſe exiſtimatur de ſententia Hieron. Gabriel. conſ. ſuo 146. num. 18. vlteriùs monendi ſumus, veridicum fore anxioma, dolum futurũ remicti non poſſe, hoc eſt, verum, non herclè præſumptum, ex quò ne dum remicti cenſetur verùm etiam, ex generica liberatione diſſolutum, & retromiſſum præſumi Philip. Dec. in l. contractus de regu. iur. Paul. Pariſ. conſ. 49. nu. 35. lib. 1. & iam doctè ſcribit Maſcard. vbi ſupra num. 18. & inferiùs.

Poſtremo loco aſſeruntur coaceruata per eundem Maſcard. conclu. ſua 1256. nume. 16. num 18. lib 3. de probatio. vbi ratio ſepiùs calculata, ſi de errore doceatur retractari valebit, idem concluſ. 253. nu. 24. lib. 1. cum ibi notatis, atq; conſcriptis, & videndus eſt Floridiſsimus Tyber. Decia. conſil. ſuo 36. lib. 4. quo loci ponit caſum diuiſionis tutelæ cum concordãtibus. & ſcribit Iacob. Menoch. conſi. 731. Dominam Pompeiam, num. 9. inferius lib. 8. remiſsionem minimè valere non viſo, neq; lecto teſtamento, vt ibi per eum, atq; generali liberatione non cenſere remiſſum dolum niſi poſito calculatore. prout abundè per Cæſarem Vrſill. in additamentis ad Matth. Afflic. deciſ. Neap. 149. num. 16. vbi pulchrè.

4 Atquì pro altera, † & negatiua ſententia affertur primùm in gratiam tutorum Vlpiani pronuntiatum in l. queritur, §. ſi venditor, ff. de ædititio ædicto, vbi eſt conſtitutum, quòd remictentibus actiones ſuas non eſt amplius dandus regreſſus, & per illum tex. & cæteros contextus, Aymo. Sauilia. conſ. 636. lib. 4. ſuadetur quia liberatio præſertim generica, valdèq; ampla, clauſulisq; prægnantibus obeſſe videtur ex inclyto Sceuola in l. emptor, §. lucius vbi Bar. & alij, ff. de pact. accedat Iaſ. antea ſcriptus conſ. 219. verſ. ſolum reſtat vna difficultas, vlteriùs perſpicuũ eſt, præſuppoſito quòd fuerit redditum compotum, tutorem, qui ſemel reddiderit rationem adminiſtrationis non ampliùs teneri eã pandere, ex quò pupillus, ſiue adultus confeſsi fuêre computa vidiſſe, actento etiam, quòd & ſi rationis calculatio ob errorem forte retractari poſsit Imperato. Diocletia. ac Maximia. in l. 1. vbi ſcribentes, C. de erro. calcu. actamen, ex quò vltra calculationem interuenit pactum, ſiue tranſactio, atq; generica liberatio hærclè ratio redita retractari minimè poteſt de ſententia, Bar. in l. 2. in extremo, C. de iur. Fiſc. lib. 10. pulchrè Tyber. Decia. conſ. 43. lib. 4. rurſus in quietatione fuit enucleatio facta rationẽ fuiſſe rectè legitimèq; reditam ideoque ſequitur ea verba perfunctoria cauſſam finalem oſtendere iuriſconſultus doctiſsimus Paulus admonet, in l. vltima vbi Bart. ff. de heredib. reſtituend. cum concordantibus à Tyb. Decia. inſertis conſ. ſuo 63. num. 2. lib. 4.

5 Secundo loco deducitur nam † prætextu erroris rationis redditionem fieri oportet, at in ipſa liberatione ſtatutum eſt fieri eam abſolutionem ex ſcientia certa, & quia fuerit ſatis ſuperq; reddita ratio ex adnotatis à Roland. Vallenſ. conſ. 49. poſt num. 38. vſque ad illum verſ quibus tamen non obſtãtibus, fortificatur hoc quãdoquidem præſuponitur adultum confeſſum fore ſe de adminiſtratione tutellari ſatisfactum fuiſſe, ob id, confeſſio obeſſe videtur, ex quò nulla poſsit inueniri probatio, melior quàm confeſsio, diciturq; maior quocunque publico inſtrumento Alex. conſ. 13. lib. 1. Aymo. Sauilia. conſi. 61. num. 3. Roland. Vallenſ. conſil. 46. nu. 9. lib. 4. Paul. Pariſ. conſ. 99. num. 12. lib. 3. pro incremẽto aſtruitur ſuperiùs excurſis, quia tutores fuerunt diſſoluti ab omni eo, qđ ab illis poſſet cauſſa, & occaſione adminiſtratæ tutelæ peti, ſed perſpicuè conſtat, cum cuius negotia geſta fuêre illi geſtori rationis redditionem, dolique, ac reliquorum remictere poſſe, ex reſponſis iuriſconſultorũ Modeſtini, ac Iuliani in l. cum ita, l. lucius, ff. de libe. lega. Bar. ſenſit in l. Aurelio, § Cajus, tit. iſto Matth. Afflic. deciſ. 220. num. 8. cum ſimilibus.

6 Tertiò conuocatur † ad prædictorum confirmationem Philip. Dec. conſil. 94. cùm ſi tutores fuerint ſemel ab ipſa negotiorum geſtione liberati, quid obſecro, amplius vexandi? Carol. Ruin. in l. 1. §. nuntiatio nume. 182. ff. de ope. noui nuntiatio. Alex. conſi. 11. lib. 1. Nicol. Boer. deciſ. 289. nume. 9. facit etiam, quia ſupponitur adultos iuraſſe minimè contrauenire, nec abſolutionem petere, qua de re ſi contrauenerint iterum petendo compotum, abſolutione minimè impetrata, tamquàm periuri incidunt in pœnas l. ſi quis maior, C. de tranſactio. Philip. Corne. conſ. 121. num. 3. lib. 1. Aymo. Sauilia. conſ. 191. num. 5. & de materia ſcribit Tyber. Decia. conſil. 10. lib. 1. rurſus arguitur

namq;

Digitized by Google

primę; ex quò adulti nituntur in actione de dolo, igitur liberatio non videtur obeſſe, ſed reſpondetur in fauorem tutorum, quòd ſupponitur actionem de dolo iam fuiſſe ſedatã, atq; depreſſam, biennij lapſu poſt illum cõmiſſum ex diſpoſitione Imperato. Conſtantini in l. vltima, C. de dolo, rurſus ſupponi liberationem fuiſſe dupplicatam, & geminatam, ac ratificatione munitam, & nos habemus, quòd in actu geminato non præſumitur dolus, erroruè, ſed deliberatio vera ex Iuſtiniani pronuntiato, in l. ſi mulier, C. ad Velleia. eo trahatur Io. Cepha. conſ. 192. à nu. 7. ad num. 22. & inferius quibus in locis, refert, & ſequitur hanc memet ſententiam, vt ibi per eum, lib. 2. ſcribit Iacob. Menoch. conſi. 178. num. 11. & inferiùs lib. 2. idem conſ. 343. num. 16. lib. 4. cum ſimilibus.

Quarto loco expenditur illud iuris effatũ, 7 quia † geminatio valdè molitur, & verba nõ debent eſſe otioſa iuriſconſultus Celſus nos admonet, in l. baliſta, ff. ad trebellia. Vlpianus ad edictum, in l. hæc ſtipulatio, §. diuus, ff. vt legato, ſeu fideicomm. nom. cauc. Pyrrhus Aff. ad rub. de off. eius cui manda. eſt iuriſd. And. Alcia. conſ. 173. lib. 9. & vbiq; genus id. corroboratur hoc, nam tanti eſt momenti geminatio ipſa, vt delictum quod leue eſſet, maximum efficiatur mediante iteratione Hyppo. Marſ. in l. 1. §. quæſtio. num. 2. ff. de quæſtio. & ſingu. ſuo 378. hinc eſt, ſi crimina ſui natura capitalia non forẽt; reusq; conuincatur de perſeuerantia ad mortẽ pena condemnari poterit Thomas Gramm. voto 16. vbi de eo, qui delictum geminat, ſignificantiùs voluit Aymo. Sauilia. conſ. 373. num. 7. lib. 3. infertur etiam hac ſumpta occaſione, quod qui hodie furatur rem vilem, & cras aliã, multaq; cætera deinceps ratione reiterationis, & geminationis poſſit furca ſuſpendi Hipp. Marſ. præcita. ſingu. nu. 3. copioſè alloquutus eſt Ioſep. Maſcard. conclu. 838. lib. 2. conclu. 1264. nu. 48. & paulò poſt l b. 2. lib. 3. de probatio. corrobo-
8 rantur † per ea quæ cumulant Maſcard. idem conclu. 1256. nu. 15. Aymo. Sauilia. conſi. 888. num. 3. lib. 5. vbi quando vltra calculationẽ interuenit actus puta liberatio quietatio, & ſi allegetur error, allegãti onus probandi incumbit, ſat itaq; erit, quod non probato ab adultis errore, tutores non ſunt vexandi Riminal. conſ. 300. nume. 67. lib. 2. Roland. Vallenſ. conſ. 49. nu. 39. lib. 1. Paul. Caſtrenſ. conſ. 36. quem citat Rolandus eo loci nu. 50. Paul. Pariſ. conſ. 89. lib. 1. accedant Maſcard. idem vbi ſupra num. 5. quo loci inquit ipſe, quod ſi verba remiſſiua in literis ſunt geminata, tunc putatur rationis redditio remiſſa Auguſt. Bero. quæſt. 21. cum ſimilibus à Roland. Vallenſ. conſ. 2. nu. 24. lib. 4. Io. Cepha. vbi ſupra num. 20. relatus
9 per Maſcard. & an, & † quando cenſeatur remiſſa rationis redditio ab alienorũ negotiorũ adminiſtratione, aliaq; ad præſignatam materiam concernentia adnotato ſi placet, Maſcard. conclu. nuperrimè effluxã.

Poſtremò affertur nam quando quis aliquem generaliter liberauit, vel apparet eum in omnem caſum dixiſſe, & voluiſſe ſe ratum habere, tunc ratificatio dilatatur ad ignorata Iaſ. in l. nec is, §. hæres, ff. de acquiren. hæredita. ſcribentes in l. ſub prætextu, C. de tranſactio. Hieron. Gabriel conſ. 146. num. 14. faciunt congeſta per Maſcard. concluſ. 1255. num. 8. lib. 3. cum ſimilibus. eo trahantur conſcripta, per eundem concl. 1264. præſertim num. 45. vbi quando renuntiatio eſt facta verbis generalibus, pręgnantibuſuè, tũc ad omnia trahitur aſtruũtur ea, quæ memoriæ reliquit Maſcard. idem concl. 1252. lib. 3. circa princip. vbi generalis quietatio trahitur ad omnia præcipuè quando eſt iuramento firmato Iacob. Menoch. conſ. 81. nu. vltimo lib. 1. Rubeus conſ. 63. num. 5. Laurent. Calcane. conſ. 16. Carol. Rui. conſil.
10 25. num. 9. lib. 1. vtriuſq; ſententiæ † obiectis prænarratis quid ſtatuendum quid in tribunalibus obſeruandum cãdide, & ingenioſe lector, vt cernis. ſunt hinc, atq; hinc denſi fluctus, vt in ſimili ſcribebat, Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 901. poſt nu. 9. lib. 5. Iacob namq; Menoch. conſ. 22. lib. 1. in eam iuiſſe ſententiam, tutorẽ non ampliùs cogendum ad reddenda computa, ſi ſemel reddiderit, at Iaſ. Rolanduſq; Vallenſ. hic conſ. 49. lib. 1. ille conſ. 219. lib. 2. aliam amplexi ſunt ſententiam, nempè iuramento, & generica liberatione minimè mouente, tutores cogi poſſe ad rationis redditionem, ſi numquam fuerit reddita, vel fuerit, ceterùm non pleniùs, quemadmodum iura deſiderãt. ſed in alterã quoque iuit ſententiam; Io. Cepha. conſil. 192. lib. 2. tutores herclè ſemel à rationis redditione abſolutos; ſi ſubſequuta fuit dupplicatio, vel iteratio cum rathificatione ab adultis, maioribus tamen conſtitututis, eos minimè vexari poſſe. ne igitur hallucinari videar, atq; neglectui res habita ſit, locupletiùs illã attingendã fore cenſui & quo perlucida ma-
11 gis fiat, nonnulla capita cõmemoranda † veniunt, primum quorum illud eſt, tutorem, quemlibet vè negotiorũ geſtorem teneri rationem

tionem reddere, vſq; ad annos propè triginta Roland. Vallenſ. anteà excurſus, num. 11. qui ſi numquam reddidit, vel minus plenè, vel quia apparet de dolo, tunc quamuis calculatæ fuerint rationes, nihilominus iterum reddendæ veniunt, ſic ſcriptum reliquit, Neuizza. conſ. 94. in extremo, Roland. vbi ſupra, num. 61. Ioſep. Maſcard. concluſ. 253. nume. 24. lib. 1. de probatio. vel ſi libuerit idem ſtatuam, de liberatione facta per adultum quindecim annorum, cui nil obeſſe videtur aſſertio ſua, ex qua nititur ipſe tutor, ſi nō perfectè rationem reddiderit, ita reſpondet, Io. Cepha. conſi. 192. num. 32. lib. 2. dum explicat, Pet. Ancha. conſ. 330. idem quoque cenſendum, ſi liberatio in caſſa, falſa, & erronea radicata fuiſſet, putà tutorem perfectam adminiſtrationis rationem reddidiſſe, quod fortaſsis vanum erat, ſicuti doctè voluit Socc. conſ. 159. lib. 2. relatus per Io. Cepha. loco prælibato num. 39. num. 41. vt ibi per eum, tertiam dantem reſponſionem, & inferius alteram, poſterioremq; vſq; ad nu. 44. plura cumulantem, quæ ſilentio reticui,

22 ex quò liber eſt impreſſus. † idem etiam ſtatuendum de ratione adminiſtrationis reddita minori, quæ ſi improbè reddita fuerit, iterum reddenda erit, quiquidem minor fateri minus valet rationem ſibi redditā fore, quandoquidem donare iudicatur, ideoq; neq; curatori, neq; minori ipſi huiuſcemodi facultas conceditur, neq; etiam cum decreto iudicis, ſaluo tamen quod minori fuiſſet pecunia illęſa, vel ex ea opulentior factus fuiſſet, ſic copioſè explicat Io. Cepha. vbi ſupra num. 44. nu. 47. dum reſpondet Iaſ. præcitato conſil. 219. lib. 2. Caroloq; Rui. conſi. ſuo 95. lib. 5. & præcognoſcendi ſunt, Tyb. Decia. conſil. 43. num 3. lib. 4. Aymo. Sauilia. conſi. 494. lib. 3. non mouent geminationes ipſæ, ex conſcriptis, à Iacob. Menoch. conſ. 918. num. 22. lib. 10. vbi pulcherrimè.

Alterum, & ſecundū caput ſit, qđ tametſi de errore doceatur calculi bis, ter, & quater, cogendus veniat tutor ipſe ad rationes reddendas, tamen ſi ſatis ſuperq; redditæ fuerint, præſertim liberatione ſubſequuta, prægnantibus verbis, clauſuliſq; latioribus, quippè non iterum vexandus erit, prout eleganter docuit, in hac facti ſpecie Iacob. Menoc. conſ. 22. num. 10. num. 16. lib. 1. vbi more ſuo opulenter graditur. de materia latè per totum videndus eſt Aymon. Crauett. conſi. ſuo 434. lib. 3.

Tertium poſtremumq; caput, vt ſi tutor fue-

23 rit † liberatus ab ipſo adulto legitimam ætatem agente, qui nihilominus, vt maior proteſtatus fuerit plenam habuiſſe notitiam contentorum omnium in adminiſtratione, atq; rerum in inuentario deſcriptarum ſe recipiſſe atque in vtilitatem verſas faſſum fuiſſe, & ex certa ſcientia, animoque deliberato præuio, & enixo, tutorem liberans cum præuia quoq; animaduerſione, quòd erat de veritate inſtructus, & doctus, & vlteriùs remiſsionem illam, vel liberationem dupplicans, ac triplicans per temporum interualla, & ſic cū actu geminato eo quidem caſu haud vexandum fore tutorem ipſum, minimumq; prodeſſe iudicat quietationem illam Io. Cepha. vbi ſupra, nu. 7. & num. 18. & videatur obſecro ſi placet, à num. 23. vſq; ad finem quibus in locis optimè declarat, reſponderq; conſilijs per multorum, prima cōſideratione in diuerſam partem facientium, eorumque obiectis, quæ ſilentio inuoluo, ne eruditas aliquorum aures offendere cenſeat, præcipuè quando adeſt iureiurandum, corroboratur hoc ipſe enim num. 18. ſenſit in actu geminato erro-

24 rem minimè præſumi † ex traditionibus per Maſcard. conclu. 838. loco prælibato, cui aggregetur Iacob. Menoch. conſ. 412. nu. 87. lib. 5. & præſertim quando eſt liberatio facta inter ſanguine cōiunctos idem conſ. 289. & in ſpecie num. 25. num. 27. num. 28. lib. 3. cum concordantibus.

Sed aduerte quæſo, opinionem Io. Ceph. numquam admiſi, neq; nunc admicto, quandoquidem ſequeretur, vt ſi tutor fuiſſet in dolo liberaretur omninò. atqui nos habemus, dolum futurum, ſine præteritum, per genericam liberationem retromiſſum minimè putari, tùm inter viuos, tùm, & ſi fiat in vltima voluntate Pet. Ancha. conſil. 118. Paul. Pariſ. conſ. 90. nu. 4. lib. 1. Socc. conſ. 22. num. 12. lib. 3. Iaſ. in l. ſub prætextu, C. de tranſactio. Philip. Dec. conſ. 192. Ioſep. Maſcard. conclu. 1252. num. 11. nume. 12. lib. 3. cum concomitantibus alijs. nec morſicat geminatio excurſa, nām quietatio quęlibet geminata, atq; generica, reſtringitur, vt ciuilem iuſtumq; recipiat intellectum Impera. Conſtantinus, & alter Cæſar, in l. 1. in l. generali, C. de Sacroſan. Eccleſ. perſpicuè enim apparet verborum plenitudinē ſaluari debere iuxta rectā eorum ſententiā Laurent. Calcane. conſi. 16. ſenſit Maſcard. vbi

25 ſupra nu. 9. ſubdens † nu. 10. genericam liberationem ad ea ex quibus captio eſſet, minimè extendi ex Alex. ſententia, conſil. ſuo 48. num. 12. lib. 6. multa obijci poſſent aduerſus Io. Cepha. at ne amplius hoc in loco

immo-

Digitized by Google

in morem mit quicquid ſit, illi aſſentior ſaltē, ex traditis à Tyber. Decia. conſ. 14. nu. 35. num. 46. & conſ. 27. num. 6. lib. 5. & conſ. 56. num. 56. num. 96. & nu. 99. lib. 4. cum concordantibus. ab eodem conſ. ſuo, 39. nu. 69. num. 70. num. 83. num. 93. nu. 95. lib. 2. & conſi. 1. nu. 42. & inferius lib. 3. conſ. 46. num. 37. lib. 2. obiter quæro ſi tutor liberatus fuerit à redditione rationum in teſtamento, & promiſerat illas poſteà reddere, an cenſeatur renũtiare huiuſmodi liberationi? Aymon. Sauilia. conſil. 424. nume. 7. & inferius lib. 3. aſſerit quod non, vt ibi per eum.

ARGVMENTVM.

Pandi hîc quandoquis ab abſolutionis iuſiurandi nexu in tribunalibus Epiſcoporum ſe diſſolui efflagitauerit nũm penes illorũ prætorio litem inferre cōpellatur nec ne? diſtinctio minimè incelebris ſubnectitur.

SVMMAE.

1 *Abſolutionem iuramenti petens ab Epiſcopo, an pro contractus reſciſſione agere poſſit corā iudice prophano, apud eundemuè Epiſcopum? copioſè diſcutitur.*

2 *Abſolutio iuriſiurandi conſideratur dupliciter altera quæ propriè denominatur abſolutio: altera verò habilitatio, & quod ſit inter vtranq; diſcrimen, & an, & quādo requiratur citatio partis explicatur, & num. 3.*

4 *Bonifatij Octaui Romani Pontificis conſtitutionem, in capit. vltimo de for. competen. ponderari.*

5 *Aſſerentium ſententia pro contractus reſciſſione penes eundem Dyoceſanum agi oportere breuiter enarrari, & num. 8. vbi de negatiua opinione.*

6 *Interdictum vti poſſidetis reiuendicationis præparationem fore ex Vlpiani ſententia.*

7 *Contractus, & diſtractus par eſt ratio ex Cari, & Carini, Cæſarum reſponſis.*

9 *Imperatorum Diocletiani, Maximianique pronuntiata demonſtrari num. quoq; 10. Vlpiani Sancionem.*

11 *Diſtinctio thematis, aut in Pontificis, aut Cæſaris in vrbibus non ineleganter accōmodatur.*

12 *Pyrrhi Alſani Salernitani ſumma laudes.*

RACEMATIO 121.

Illud tacitus non præteribo (quod, & affatim tradendum erit ne quēquam obſecro perturbet) an ad re-
1 ſcindendum † fœneratorium contractum quis acturus ſimulatè, vel metu factum, ab Epiſcopo iuramenti abſolutionem petijerit, agere aſtringatur apud Regia Tribunalia quidem, vel Cæſarea, pro eiuſdem contractus reſciſſione. an ne penes eundem Dyoceſanum? pro iunioribus primum enarrare cenſui, dupplicem iuriſiurandi abſolu-
2 tionem, † alteram nempè copioſam, quā mediante penitus atq; radditus diſſoluitur iuramentum, & ob id, parte citata, ab Epiſcopo concedi aſſolet. alteram verò iuramenti abſolutionem impropriam fore, quam prudentes ſignificantius aptiuſq; iuris urandi habilitationem denominant, ob quam minimè id retromittitur: ſed illius ſuſpenditur effectus vſq; ad cauſſæ exitum. Bald. in cap. 1. nu. 5. de iur. iurand. Roland Vallenſ. conſil. 13. num. 38. lib. 1. Panor. Abb. vbi Felin. & reliqui cap. 1. nuperrimè excurſo, Franciſ. Ripen. in rub. de iudic. decretal. num. 29. Oldrad. conſ. 120. Aymo. conſ. 329. num. 15. lib. 3. Roland. idem conſi. 2. num. 6. lib. 2. & vide caſum Ioac. Myuſ. obſeru. 57. ſingula. obſerua. centu. 2. circa abſolutionem an ſufficiat ad totā cauſſam, ne inquam, qui iurauit periurij metu agere impediatur. ideoq; ad agendi finem, aiunt, ab Epiſcopo permi-
3 cti, † parteq; minimè citata, quòd ſi ſententia exinde in principali cauſſa aduerſus eum intorquetur, qui huiuſcemodi habilitationē impetrauit, periurus iudicabitur, haud aliter, ac ſi eam non obtinuiſſet, ſi ad ſtatutam diem pecuniam ſoluiſſe, vel contractum impleuiſſe minimè comperiatur, prommiſſoremq; qui verā non eſſe cauſſam demonſtrauit, ob quam habilitationem impetrauit, tali iuriſiurandi facultate, quod inſtauratum fore putatur, vel ad priſtinum ſtatum reuerſum, quemadmodum antea hercle erat obligatum remanere. ſic Bal. Soccinuſq; recenſent, in l. hæc ſcriptura, ff. de conditio. & demonſtratio. hûc in ſimili bellè quadrant, quæ docuēre Socc. Iun. conſ. 47. nume. 38. lib. 3. Cæſar Vrſill. in additamentis ad Matthæ. Afflic. Neap. decif. 220. num. 11. Iacob. Menoch. conſi. 508. nu. 8. lib. 6. conſ. 343. num. 46. nu. 55. lib. 4. idem conſ. 24. lib. 1. Tyber. Decia. conſ. 78. nume. 6. lib. 5. & conſ. 71. num. 43. lib. 4. Aymo. Sauil. conſ. 815. conſ. 786. nume. 13. lib. 5. Ioac.

Mynſ.

Digitized by Google

Mynſ. idem obſerua. 84. cent. 6. Alex. conſ. 222. lib. 2. Tyber. idem conſ. 32. num. 26. lib. 4. vbi pulchrè videndus eſt Andr. Gail. obſeru. 22. lib. 1. practic. obſeruat. vbi multa præclara de materia in ſubſequẽtibus. ſcire quoq; oportet pro ipſius Hypotheſis ornatu, quòd vbi in contractu interpoſitum eſt iuramentum, ob illud Dyoceſanus competens euadit iudex inter laicos, talis contractus occaſione, ſicuti non pepercit Romanus Pontifex Bonifacius Octauus, in capit. vlt. de for. competen. lib. 6.
4 ponderando † eo loci dum inquit, ipſum coràm Eccleſiaſtico iudice ad cuius forum ratione iuramenti cauſſæ huiuſmodi cognitio noſcitur pertinere, de iure poteris conuenire.

Quibus ſic cõſtitutis, & iactis, ſubtilis Bal. in l. ordinarij, C. de rei vẽdica. cui aſſeclę fuerunt Paul. Caſtrenſ. in l. 2. C. vbi, & apud quem Alex. in l. quoties, C. de iudit. idem conſ. 63. lib. 3. Felin. cap. 1. de iur. iurand. Franciſ. Ripen. in decretal. tit. de iudic. Gerard. ſingul. 88.
5 † exiſtimant apud eundem Epiſcopum pro reſciſsione contractus experiri oportere, & ob id cautela tradita fuit à Paul. in l. ordinarij antea excurſa, vt iusiurãdum remictat ei, qui ſe iuramẽto obſtringit, quod ſæpè permictitur. Philip. Dec. ad rub. de iud. decretal. Gerard. vbi ſuprà quibus in locis, de communi teſtantur opinione. ad quam ſententiam fulciendã arguitur tali medio, ob iuramentum in contractu interpoſitũ Dyoceſanus eſt competens laicorum Iudex, Innocentius Tertius nos monet, in cap. nouit de iudic. vbi Conſiculus And. Barba. nu. 3. atqui iusiurãdum per talem habilitationẽ minimè fuit conuulſum, igitur datur intelligi, quod Epiſcopus adhuc eſt cauſſa in illa inter laicos diſceptanda haud incompetens iudex, cumq; de iuriſiurandi abſolutione cognouerit iudicare quoque debet poſſe, tùm principi de cauſſa, tùm, & reſciſsione contractus.

6 Coadiuuatur ſecundo loco nàm † vti poſſidetis interdictum, rei venditionis eſt præparatio quædam, Vlpianus in l. 1. §. inter litigatores, ff. vti poſside. & nihilominus iudex in poſſeſsionis cauſſa debet iudicare poſſe, & in proprietatis, rei vendicationiſq; materia. Imperator Conſtantinus, in l. nulli, C. de iudic. & per illum textum aliqua pulchra tradit Iacob. Menoch. conſ. ſuo 431. nu. 65. lib. 5. pari melodia in hac hypotheſi, vt qui iure iurãdo abſoluit de principali quoq; cauſſa iudicem euadere; obiter videndus eſt ex recentionibus Iacob. idem, conſ. 853. num. 12. 30. lib. 9. nũmquid Iudex cauſſæ principis, ſit quoq; incidentium cum concordantibus. à Tyber. Decia. conſ. ſuo 94. num. 5. lib. 2. And. Alcia. conſ. 38. lib. 5.

7 Tertio, & vltimò innititur ſententia † hęc, ea, & viriliori ratione, etenim clari, & non controuerſi iuris eſt contractus, atq; diſtractus eandem eſſe rationem, ad hoc locupletiſsimi ſunt teſtes Imperatores Carus, Carinuſq; Numerianus, in l. ſi ad reſoluendam, C. de præd. mino. Magon. dec. Flor. 1. nu. 24. Aymo. Sauilia. conſ. 548. num. 6. lib. 3. argumento eorum, quæ idem ſcribit conſil. 674. num. 30. conſ. 701. ſub num. 55. And. Gail. obſeru. 2. nu. 5. practica. obſerua. lib. 2. lib. 4. & Io. Cepha. conſ. 212. nu. 4. lib. 2. or, quemadmodum ſi de contractu implẽdo cõtrouerteretur Epiſcopus idoneus eſſet Iudex, pari ratione cùm de illo quippè diluẽdo, vel reſcindendo litigaretur. eo trahatur, Tyber. Decia. tracta. crimina. cap. 36. nu. 6. tom. 1. lib. 4. cum concomitantibus alijs ab Hyppo. Marſ. crimina. pract. §. reſtat, nũ. 6. & latè inferius.

8 Atqui alteram, & † contrariã amplectuntur ſententiam Didac. Couar. cap. 4. nu. 8. lib. 1. varia. reſolutio. Philip. Dec. in rub. de iudic. decretal. Paul. Caſtrenſ. ſuperius excurſa l. ordinarij, pro qua ſentẽtia corroboranda primitùs ea deducitur ratio, quòd is, qui Iudex idoneus exiſtit quando de contractu agitur implendo ſi de illo reſcindendo litigatur, haud competens eſt Bal. Paul. Caſtrenſ. & alij in præcitata l. 2. C. vbi, & apud quem: quo in loco, de reſcindendo agitur cõtractu, & minimè loci illius Iudex decidit, in quo factus eſt cõtractus, qui quidem ſi de contractu implendo pertractaretur, competens eſſet, at citiùs iudicat domicilij loci Iudex;
9 † ſic docuẽre Imperatores Diocletianus, & Maximianus eo loci quoniam ea, quę in tranſactione dari placuerat, te tradidiſſe proponis: conſequens eſt, ſi de his repetendis per in integrum reſtitutionem, vel quãcunq; aliam cauſſam putaueris agendũ: eius adire te prouincię Præſidem in qua domicilijũ habent, quos conuenis, oportet; ſed Epiſcopus iuramenti ratione competens euadit Iudex quando contrauertitur, vt contractus obſeruetur, igitur pellucidè conſtat ſecus eſſe quando pertractaretur de illo premendo, vel diruendo.

Secundo loco mouetur quòd exhibitio rei vendicationis eſt præparatio Vlpianus in l. 1. l. 3. §. eſt autem, ff. ad exiben. idem opinatus eſt in l. ad rem mobilem, ff. de procu-

rato. de quo late D. Octauius Gloritius in
comm. cap. ſuper literis in gloſ. niſi forſan,
nu. 348. & ſeq. & ibid. in verſ. vnde breuiter
de reſcrip. & tamen, ſi de Ancillæ dominio
litigaretur, præſes illã exhiberi iubet, & poſt-
modum de ipſius dominio, penès iudicẽ rei
vendicatio inſeritur Imperator Alexander,
in l. 1. C. ad exhiben. vbi Sancitum reliquit,
ſi dominium Ancillæ, de qua agis: ad matrẽ
tuam pertinuit; nec iure à patre tuo venun-
data eſt; eiuſq; proprietatem tibi vendicare
paratus es; præſes Prouinciæ exhiberi eã iu-
bebit, vt apud iudicẽ de rei veritate q̃ratur.
10 Tertio, & poſtremò loco † adducitur Vl-
piani ſententia, in l. 2. §. ſed, & ſi dubitetur,
ff. de iudic. quo loci Sancitum fuit, ſi dubi-
tetur vtrùm in ea; quis ſit cauſſa, vt conueni
ri debeat Romæ, vel domum reuocandi ius
habeat Romanũ cognoſcere prætorem vtrũ
in illa is ſit cauſſa, vt ius domum ei reuocan-
di competat: quòd ſi competere animaduer
tat, iudicio ſiſti cautionem coràm iudice do-
micilij exiget, diemq; proſtituet: qua pro-
pter cognoſcit de huiuſmodi præparatione,
an reuocandi iuſ competat, cæterùm princi-
pali de cauſſa minimè. ergò meritò.
Vtriuſque ſententiæ peroratis argumen-
11 tis † diſtinguendum fore arbitror, quemad-
modum immemor non fuit Vlpianus ad Sa-
binum, in l. falſus §. 1. ff. de furt. ex quò di-
ſtinguendo veritas inuenitur Ioannes Anto.
Cannetius Conſiculus in extrauag. volentes
Friderici Regis quæſt, ſed neceſſaria offerre
ſe nu. 15. fol. mihi 10. Aymo. Sauilia. conſ.
949. lib. 5. nempè aut ſumus Cæſareis in Vr-
bibus, & Epiſcopus à iure iurando tantũ ab-
ſoluet, at de contractus reſciſsione minimè
cognoſcet, quandoquidem cum inter laicos,
non ſit competens iudex, quàmuis de præpa
rationis cauſſa cognouerit, nihilominus de
principali iudicare non valebit, aut ſumus
12 Pontificis in vrbibus, † & tunc communis
ſententia antea ſcripta tolerari potuit, & ita
doctiſsimus probatiſsimuſq; vir Pyrrhus Al-
fa. ſubſtinet ad rub. C. de edend. nume. 46.
vbi planiùs, copioſiuſq; demonſtrat, & ſpe-
ciatim paulo inferiùs communem defenden
do ſentẽtiam ait, quando ſumus cauſsis in il-
lis cognitio quarum ad Epiſcopum attinet,
allegat Did. Cauar. cap. ſuperiùs excurſo.

ARGVMENTVM.

Præfigitur hûc non incelebris caſus, quando
Clericus cum prophano in criminatorium
iudicium incidunt, nùm deuoluantur om-
nes ad Curiam Eccleſiaſticam, an ne pro-
phanam.

SVMMÆ.

1 *Laici, ſi cum Clericis delictum commiſerint,
an à laico Iudice ſint alieni, an ne omnes
clericorum reſpectu de iuriſdictione effi-
ciantur Eccleſiaſtica.*
2 *Sententiæ illorum tranſcribuntur, qui tenuê-
re cunctos de iuriſdictione Eccleſiaſtica
euadere.*
3 *Contraria ſentẽtia, tamquàm in praxim ad-
miſſa, illuſtrior viſa fuit. & num. 5. nu.
6. num. 7. & num. 8. vbi Didac. Couar.
exornatur, & num. 9. vbi Iul. Clar. ex-
tollitur.*
4 *Vlpiani pronuntiatum in l. ſi quis vxori, ff.
de furt. tranſplantari.*

RACEMATIO 123.

FRequentiſsimè apud Regia Tribu-
nalia illud cõtrouertitur axioma,
& quamuis tritum, attamen neglé-
1 ctui non habendum, ſi homicidiũ †
ab vno Clerico perpetratum ſit de plurium
laicorum ſocietate, vel ſi multi ſimul quorũ
aliquis Clericus fuerit deliquerunt; an ſolius
Clerici reſpectu, tota eorum omnium cauſſa
ſit ab Eccleſiaſtico Iudice terminanda adeò,
vt cũcti iudicis Eccleſiaſtici iuriſdictione po
tiantur? herclè permulti ſummi viri in eam
condeſcendêre ſententiam, vt exiſtiment,
eos omnes de iuriſdictione effici Eccleſiaſti-
ca, atq; ideò Clerici fauore laicos à profano
iudice alienos fore, valdè enim ſuffragari vi-
2 dentur, Bar. in l. ſolent, † ff. de alime. legat.
Maria. Socc. in capit. 1. de for. competen.
Bartho. Socc. in l. cum ſenatus in extremo,
ff. de reb. dub. Io. Crot. in l. 1. num. 19. de
verbo. obligatio. Hieron. Alba. luculenti ſua
diſputatione de immu. Eccleſ. nu. 55. idem
conſ. 13. num 6. Matteſ. notab. 144. Iaſ. in
l. Imperium de iuriſd. om. iud. Hippo. Marſ.
in l. de minore, §. tormenta, num. 14. ff. de
quæſtio. Ludou. Roma. conſ. 256. Socc. Iun.
conſ. 34. lib. 2. Frãciſ. Aret. conſ. 25. Egid.
Boſſ. tit. de for. competen. num. 147. Hippo.
idem conſ. 67. num. 62. cum ſimilibus à Iaſ.
conſ. 238. lib. 2. atq; à Roland. Vallenſ. conſ.
ſuo 24. lib. 4.
3 Atquì diuerſa † ſententia illuſtrior nem-
pè viſa fuit, vt Iudex prophanus quo ad lai-
cos, eccleſiaſticus verò quoad perſonas co-
gnoſcat

gnoſcat Eccleſiaſticas; ad quam probandam ſententiam ſupereſt Domini Lectores, vt teſtes, & auctoritates deducamus, quorum veſtigijs, & vocibus percommodè firmari valeat. primùm citatur inſignis Vlpiani locus in l. ſi quis vxori, ff. de fur. in initio, eo namq;
4 loci Vlpianus inquit, ſi quis vxori † res mariti ſubtrahenti opem conſiliumuè accommodauerit, furti tenebitur. ſed, & ſi furtum cũ ea fecit, tenebitur furti, cum ipſa non teneatur, ipſa quoq; ſi opem furi tulit, furti non tenebitur, at rerum amotarum: hæc ſe habere Vlpianus ait, ecce quæſo, criminis conſociũ in delictis cõſocij priuilegio minimè gaudere, immunitateque haud potiri. vxor profectò ac Titi' ſi vnà res aliquas à marito furto ſubtraxerint, Titius is furti actione plectitur, cæterum vxor aliena erit, atq; ſolùm amotarum rerum cautum eſt actione teneri. quemadmodum immemores neq; fuẽre Diocletianus, Maximianuſq; Cæſares, in l. diuortij, C. rer. amota. contextus ſunt l. 1. ff. rer. amota. vbi idem cenſuit Paulus ad Sabinum, & l. qui ſeruo. §. item placuit, ff. de furt. quo in loco hoc ipſum Vlpianus animaduertit.
5 Secundo loco affertur auctoritas † Ignei in repetitio. l. 1. §. ſi quis in villa, num. 17. ff. ad ſellenia. quo loci teſtatus eſt opinionem ſuperiùs excurſam in praxi minimè obſeruari, quicquid de iure memoriæ proditum fuerit. conſonant domini illi de Sacro Concilio Neap. vt ex recollectis ab Anto. Capic. deciſ. ſua 173. vbi affluenter concludit, ita ſeruatum eſſe in quadam facti ſpecie, vt ibi per eum.
6 Ad idem, & tertiò vocatur, ad hanc † ſententiam comprobandam quiſquis ille ſit in additamentis ad Alexandrum conſil. 122. verſ. vterq; lib. 4. quo in loco poſt enarratas doctorum opiniones, ſubdit, inſuperabilibus articulis exceptis, à vero aliena eſſe quæ iuris interpretes eo loci inſerebant, & nec in praxi obſeruari. vult igitur is ex recentioribus, quòd vbi ſumus in delictis, & ſic ea in re, quæ diuiſionem recipit Eccleſiaſticus iudex, quo ad ſuos cognoſcat Clericos, laicus autem quo ad laicos. ſecus quando de indiuidua cauſſa litigatur.
7 Quarto locò adducuntur inſignia † pronũtiata Aymo. Sauilia. conſ. 232. lib. 2. atque Pet. Rebuf. in auten. habita. C. ne filius pro pat. priuileg. 106. vbi inquiunt ipſi poſt plures receptiorem crebrioremque ** iudicari ſententiam hanc.
8 Quinto loco citatur † Doctiſsimus Hyſpanus is Didac. Couar. cap. 34. poſt nume. 1. practica. quæſtio. vbi hanc ipſam ſubſtinuit opinionem, ſcriptumq; reliquit, vtraſq; conciliando ſententiãs nu. quoq; 2. vt anterior locum ſibi vendicet. quotieſcunq; cauſſam indiuiduam, & communem eſſe contingat. at ſi verſemur in re, vel diuidua cauſſa, quẽadmodum in criminalibus poſteriorem hãc, quam prænotauimus, in praxi admittendam fore.
9 Sexto, & vltimò conuocatur copioſſis † ille vir tempeſtate ſua Iul. Clar. crimin. prac. quæſtio. 36. verſ. euenit plerumque quod in eodem crimine committẽdo, fol. mihi 226. quo loci de multorum ſententia ait, ab hac opinione in practica minimè recedendum: cui aggrego Ceſarem Vrſill. Neapo. deciſ. 213. nu. 8. ad Matth. Afflic. vbi de contingentia facti Tyber. Decia. conſi. ſuo 84. nu. 27. & inferiùs à contrario ſenſu lib. 2. & quę dicantur connexa, atq; indiuidua ſcribũt inter cæteros Aymo. Saulia. conſ. 818. conſi. 936. num. 28. lib. 5. Iacob. Menoch. conſi. 421. num. 65. lib. ad hũc 5. cum concordantibus alijs ab Andr. Gail. capit. 1. num. 19. idem cap. 6. num. 18. lib. 1. de pace publ. vbi teſtatur Clarum antea ſcriptũ, atq; Ant. Capicium deciſ. 173. ad quem te reicio.

ARGVMENTVM.

Quatuor hûc enarrantur caſus, an, & quando vxor ob ſolam animi declarationem corã Iudice factam tutela ipſa priuetur, & nũ quoq; nuptijs cum ſecundo marito cõtractis, vidua iam effecta, tutelam præcitatã reaſſumere queat, adeòut iure merito recipiatur.

SVMMÆ.

1 *Mater filiorũ tutela priuata ſecundas ob nuptias ſi vidua efficiatur vtrùm tutelã reaſſumat? diſputatur, & num. 2.*
3 *Adoptionem nepotis ab auo factam eum liberare à patria poteſtate. ſed aui morte illum in patris poteſtatem recidere, & nu. 4. vbi de ſimilibus alijs demonſtratur.*
5 *Vidua numin eandem patris poteſtatem recidat, in qua prius erat quàm nuptui traderetur?*
6 *Filiam ſemel excluſam perpetuò excluſam remanere, tametſi ceſſet excluſionis cauſſa. & num. 9.*
7 *Regreſſum minimè dari de priuatione ad habitum, tùm ex legiſtis, tùm ex philoſophis.*

Digitized by Google

9 *Legatum uxori relictum donec cum liberis commoraretur, vel quouſq; vidua ſteterit, quamuis filiam idm nuptam de nouo in domum redaxerit, vel ſi ad ſecunda tranſuolauerit vota mortuo marito: attamen non id recuperat.*

10 *Pro hac contingentia facti, quatuor tranſcribuntur principes caſus, quos ſigillatim videre poteris, ſi non piget num. 11. nume. 12. & num. 13.*

RACEMATIO 124.

VEnuſtum thema, tametſi controuerſum, circa quod, ſi à me in tranſcribendo aliquid prætermiſſum fuerit, vel furtim recollectum, aut minus accuratè dictum, id obſecro, venia di-
1 gnum, veſtra pro facilitate iudiceris, † ne igitur diutiùs ſuſpēſo vos nobiliſsimos lectores animo teneam, mox aggredior, numquid mater, filiorum tutela priuata, ob tranſitum ad ſecunda vota, ſi efficiatur vidua tutelam recuperet? & quidem reſpondendum videbatur affirmatiuè, potiùs quàm negatiuè, primùm quia nos videmus in ſimili prouiſionē omnem ob cauſſam, ſi cauſſa eſt momentanea, & effectus ſucceſsiuus pro præterito permanere, atq; pro futuro extingui, quemadmodum patet in tutela, quæ agnato defertur eo quòd agnationis iura obtinet ex Paulo in l. vltima, ff. vnde libe. & dilatio momē-
2 to expeditur, † cauſſa itaq; eſt momentanea, effectus autem ſucceſsiuus cum maneat pupillari ætate durante; quia ex re, ſi capitis diminutione agnatio quieſcat, locum ſibi quoque non obtinet, tutelæ effectus pro futuro. inde filia nubēdo ſui fuit iuris, & effectus ille ſolis ex nuptijs momento cauſſatus tractū habet ſucceſsiuum, durantibus ijs, quibus ſilentibus, effectus ipſe cæſſare putatur, paripaſſu, & in hac noſtra facti ſpecie.

3 Secundo principaliter loco † affertur Imperatoris Iuſtiniani Sancio in l. penul. verſi. ſed hæc omnia manere, C. de adoptio. quo loci traditum eſt, nepotis adoptionē ab auo factam ipſum liberare nepotem à patria poteſtate, ſed aui obitu illum recidere in patris poteſtatem, facit tex. in l. cum loca, ff. de religio. & ſumptib. fune. vbi Pomponius refert Sacra loca deſinere eſſe ſacra hoſtiū occupatione atquì ea ceſſante, iterum Sacra effici. vt ibi per eum.

4 Tertio ſuffragatur, † etenim liberatus à patria poteſtate ob patris deportationem reſtituto eo in patriam redit potteſtatem, veluti etiam ſi furioſus reſipiſcat ſub curatoris poteſtate eſſe deſinit ad quam nempè reuertitur, ſi furor redeat Imperatores Antoninus, ac Conſtantinus in l. 1. C. de curato. furioſo. & in l. vlt. C. de ſenten. paſſ. accento etiam, quòd cauſſa eſt illa quæ regulat cauſſatum Paulus iuris prudens in l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patrona. atq; potentior eſt cauſſa, quàm ſit eius effectus ex Cæſaris reſponſo, in autent. multo magis, C. de Sacroſan. Eccleſ. Vlpia. in l. ſi pater, circa principio. ff. de adoptio. Papinianuſq; in l. cum pater, §. dulciſsimis, de legat. ſecundo, Vberiùs docuit, Socc. conſi. ſuo 24. lib. 1. & poſt eum elegantiſsimus Hieron. Alba. conſ. 24. poſt num. 3. vbi multa cum concordantibus.

5 Quarto, & vltimo adducitur † Thom. Grāmat. deciſ. ſua 54. quo in loco concludere videtur, viduam in eandem recidere poteſtatē patris ipſius. in qua priùs erat, quàm nuptui traderetur cùm vera, ac ſimplex à patria poteſtate liberatio minimè eſſet. ſecus quando diſſoluitur per emancipationem de vtriuſq; voluntate, quæ herclè requiritur, quandoquidem adſcribitur in num. voluntariæ iuriſdictionis quemadmodū adoptio, manumiſsio, legitimatio, ſicuti plura cumulat Pyrrhus Alfa. ad rub. de off. eius cui manda. eſt iuriſd. num. 2. nume. 3. & inferiùs, & quòd mater ipſa ob tranſitum ad matrimonium, & ob id filiorum tutela orbata, ſi efficiatur vidua tutelam recuperet, voluit ſpecula. tit. de tutor. §. nunc dicendum verſ. ſi mater, & poſt eum Excellentiſsimus Io. Cepha. conſi. ſuo 423. nu. 13 lib. 3. & prænotandus eſt Nicol. Boer. deciſ. 265. nu 4. cum ſimilibus.

6 Atquì pro parte † negatiua facere iudicantur inferiùs deducenda. & primo quia nos habemus concluſionem illam è noſtris formatam, quòd filia ſemel excluſa perpetuò remanet excluſa, quàmuis ſileat excluſionis cauſſa Rapha. Fulgo. conſ. 8. Socc. conſ. 114. nu. 4. lib. 4 Philip. Dec. conſ. 506. nu. 3. Socc. nep. conſ. 76. num. 113. lib. 1. videto And. Gail. obſeruat. 148. per totum lib. 2. prac. obſeru. vbi pulcherrimè, pari melodia, conſoniſque carminibus hoc in caſu, vt tametſi mulier ipſa fuerit vidua, ex quò ob tranſitū ad ſecundas nuptias iure ipſo tutelę commodo fuit priuata, herclè non debet poſſe iterū recuperare eam. Tyber. Decia. conſil. 57. lib. 4. cum ſimilibus.

7 Secundo potiſsimum † loco ſuaderi videtur opinio hæc, namq; quod omnino effunditus extinctum, & depreſſum eſt, reuiuiſcere nequit Paulus prudentiſsimus vir, in contextibus

tibus legum qui res, §. areà, ff. de ſolutio. & in l. ſi vnus, §. pactus verſ. ſed ſi pactum, cum ſequentibus, ff. de pact. l. inter ſtipulātem, §. ſacrā, de verbo. obligatio. & iam naturalibus placuit de priuatione ad habitum regreſſum minimè dari ex cumulatis à Socc. Iun. conſ. ſuo 29. nume. 13. lib. 4. ſcribunt Alex. in l. ſi pars diuerſa, nu. 2. Philip. Dec. in l. actione, C. de tranſactio. cum concomitantibus alijs quos affluēter citat Io. Cepha. conſ. ſuo 423. num. 47. num. 51. lib. 3. & in caſu ſingularisſimo, quem tangit Aymo. Sauilia. conſ. 425. num. 99. lib. 3. de pignore vendito creditoris voluntate, non reuiuiſcere, quamuis ad debitorem redeat illa res.

8 Tertio quoq; loco † vocatur Socc. Iun. cōſil. 110. lib. 1. vbi ſi legatum vxori ſit, donec cum filijs in domo ſua ſteterit: mortuo hærede filio, quamuis filiam iam nuptam de nouo in domum cum marito reducat: minimè debetur. ad idem facit, atq; conducit, quòd ſi mulier cui à viro legatum eſt, donec vidua vixerit: ſi ad ſecunda tranſuolat vota, legatū perdit. neq; illud recuperat ex eo quia maritus ſecundus in fata cædat, atq; ideò orbata remaneat. ratio hæc eſſe videtur, quia legatū ſemel extinctum robbur aſſumere haud valet, quamuis extinctionis cauſſa quieſcat, vt ibi per eum, nu. 3. nu. 8. & nu. 6.

9 Quarto, & poſtremo † accedat, ea iuris regula, quod ſemel excluſus, perpetuò cenſeri debeat exploſus, in tantùm, vt ſi filia per ſtatutum ſimpliciter excludatur, ſtantibus maſculis, dicitur perpetuò excluſa, etiam ſi filij maſculi poſt modum moriātur ad ſucceſſionem herclè reintegrari minimè debet, à qua fuerat orbata, Socc. Iun. conſi. 22. poſt nu. 1. lib. 4. vbi de concordi * ſententia And. Alciat. declarat, conſ. 210. num. 7. num. 18. lib. 9. vbi aduertatur ſi placet, cum ſimilibus, quę afferri poſſent. pulchrè tradit Iacob. Menoch. conſ. ſuo 220. nūm. 53. & longè inferiùs lib. 3.

Sunt itaq; hinc atq; hinc denſi fluctus, ſicuti in ſimili ſcribebat Aymo. Saulia. conſi. 10 ſuo 901. poſt num. 9. lib. 5. quid igitur † tenendum? iucundisſimè lector pro reſolutione quæſtionis huius arbitror diffundendos eſſe quatuor, & nempè principes caſus, quorū primus ille ſit, vt ſi forſan vxor ipſa declarauit coram Iudice ſe velle trāſitum facere ad matrimonium, & tunc ſi quæratur, an illicò deſinat eſſe tutrix, reſpondendum erit receptiorem * ſententiam fore Bar. & ſequacium in l. ſi quis ſub conditione, num. 28 ff. de teſta. tute. quod, & in ſponſalibus dilatatur, eā iure ipſo priuari, quemadmodum teſtatus eſt Cæſar Vrſill. anno. ſua ad dominos de Sacro Conſ. Neap. 357. poſt nume. 1. vbi de magis ** communi, & alios quàm celebres citādo viros aſſerit, matrem ſiue adeat iudicem, vel contrahat ſponſalia, ſi non pæniteat, tutela orbari, quam dicit ipſe, non dum mater ſuſceperat, vt ibi per eum.

11 Secundus caſus † vt ſi retento eodem themate, mulier iàm ſuſceperat tutelam & exindè ad ſecunda vota tranſuolare volens, animum ſuum coràm prætore aperuerit, & tunc vera ſit illorum opinio, vt exiſtiment, mulierem haud priuari ob ſolam animi declarationem, vel ob ſponſalia tantummodo contracta. ea potisſimum ratione, quòd motus primi non ſint in conſideratione ex gloſ. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſc. & Cler. cum congeſtis ab Afflic. deciſ. Neapo. 357. cui aſſentitur Nicol. Boer. deciſ. 266. poſt nu. 5. vbi cenſuit benigniorem, * equioremq; opinionem. ſic ſentire videtur, Cæſar Vrſill. vbi ſup. poſt nu. 3. vbi complures alios citat, & nos ſcripſimus racema.

12 Tertius caſus, qđ ſi reuera † de facto nupſit viro ſecundo, & tunc etiam ſi in teſtamēto tutrix data fuiſſet, ſecundum magis communem ** opinionem poſt mortem ſecundi viri, illam reaſſumere minimè poſſe. ratio eſt in proptu, ex quò cùm ſuſpecta à filiorum tutela obijcerit, adhūc durat ipſa ſuſpitionis cauſſa ob ſobolē ex poſteriori viro ſuſceptā, quam veriſimile eſt prædiligere, atq; in craſtinum eam poſſe ad alia conuolare vota, nāque clari, & perſpicui iuris eſt, ſemel malum præſumi malum in eadem delicti ſpecie ex Vlpiano in l. ſi cui, §. ijdem, ff. de accuſatio. Io. Cepha. conſ. 82. num. 34. lib. 1. Alexā. conſi. 5. lib. 1. Hyppo. Marſ. conſ. 15. num. 9. Alex. idem cobſ. 77. conſ. 144. lib. 2. vnà cum fuſiùs coaceruatis à Ioſep. Maſcardi conclus. ſua, 1003. num. 37. & num. 38. & longè inferiùs cū ſuis explicationibus lib. 2. de probatio. qui nempè princeps in ordine caſus intelligitur, ſi pupillus ipſe cæteros idoneos tutores habere nō valeat, ſic ſcribit Nicol. Boer. deciſ. anteà ſcripta, 266. poſt. nu. 4. & antè finem.

13 Quartus, & poſtremus caſus, † vt ſi fortaſſis mulier eadem et cum ſecundo marito cōtraxerit, & ob id tutelam perdiderit ratione triplici ex deductis ab Aymo. Saulia. conſ. ſuo 18. num. 1. & à Socc. Iun conſi. 71. nu. 8. lib. 2. & inferiùs, eo quippè caſu, viduam propter obitum ſecundi mariti factam, ſi pupillus tutorem induſtrioſum, vel idoneum habere

Digitized by Google

bere non valebit iuremerito in ſubſidium tutelam reaſſumere. ſicuti pulchriùs patet ex Nicol. Boer. vbi ſuprà, ad finem. ex cuius pronuntiatis omnibus facilè colligere licebit inſigni, & ingenioſo lectori. racemationi huic ſpectant, quæ ſcribit, Iacob. Menoch. conſ. 278. nu. 7. num. 15. lib. 3. atq; Aymo. Sauilia. conſ. 991. num. 3. lib. 6. vbi copioſius videndus eſt Petr. Surd. deciſ. ſua 106. ſed Ioac. Mynſ. teſtatur deciſum fore per dominos Camerales obſerua. 83. cent. 3. ſing. obſeru. indiſtinctè reaſſumptionem tutelæ ipſius denegari, vt ibi per eum ad quem ſtudioſum remittimus.

ARGVMENTVM.

Mouentium legato, an, & quando fructus humi cohærentes compræhendi dicantur, nõ in ſuaui diſtinctione coniecta.

SVMMAE.

1 *Fructus pendentes, & ſolo cohærentes nùm contineri cenſeantur in legato mobilium? diſcutitur. & nu. 4. & nu. 5.*

2 *Veritatem rem ſolidiſſimam, murumq; inexpugnabilem fore.*

3 *Fructus à ſolo ſeparati mobiles eſſe iudicant.*

6 *Sententiæ diſſonæ diſtinctionis fœdere conciliantur. & nu. 7.*

8 *Fructus etiam maturos ſub mobilium legato, qui adhùc mortis tempore pendebant, non venire: ſed hæredi competere.*

RACEMATIO 125.

IN vltimis voluntatibus ſæpe numero ea facti ſpecies in dubitationem non impertinenter cadere ſolet,
1 nùmquid teſtator bona † mobilia legans pendentes fructus, & ſolo cohærentes teſtamenti tempore contineri cenſeantur, quàmuis poſt factum teſtamentum, viuo adhùc teſtatore, à ſolo ſeparati fuerint? veritati inhærendo, cùm baſis, atq; iuſtitiæ funda
2 mentum ſit, reſq; ſolidiſsima, † & inexpugnabilis murus, ac omnia vincat ex adnotatis, à Roland. Valenſ. conſ. ſuo 4. num. 19. lib. 4. alijſq; ſimilibus à Tyb. decia. conuulſis conſil. 1. num. 9. nu. 11. lib. 4. reſpondendum fore cenſui, quam breuiùs, & ſuccinctiùs fieri
3 valeat. † & circà fructus à ſolo ſeiũctos queſtionis non eſt, quandoquidem pluſquàm manifeſtum eos mobiles fore, Modeſtini ſententia, in l. vltima ff. de requirend. reis ponderando eo loci dum dicitur, ſed, & Diuus Traianus inter mouentia fructus quoque haberi reſcripſit, curandum eſt autem, ne quid ei, qui profuit medio tẽpore à debitoribus eius ſoluatur, nec pro hoc fuga eius inſtruatur. de fructibus verò pendentibus, ſoloq; cohærentibus vtrum mobilium legato cedant, dubi-
4 tationis eſt, & quidem † inter cæteros duo conſummatiſsimi viri opinati ſunt eos mobiles eſſe, ex quò illorũ natura talis ſit, vt proximè à ſolo ſeparari debeant, atq; ideò ſaltẽ in habitu, ac potentia mobiles eſſe iudicentur, quemadmodum immemores non fuerũt Philip. Dec. conſ. 472. nume. 5. & inferiùs Aymon. Sauilia. conſil. 329. lib. 3. & priùs animaduerſum reliquerat Paul. Caſtrenſ. conſil. 132. lib. 1. argumen. eorum, quæ notabiliter tradit Iacob. Menoch. conſ. 502. nu. 35. lib. 6. quibus aggrego, Tyber. Decia. conſil. ſuo 44. nu. 85. lib. 4. vbi pulchre.
5 At nihilominus † contrariæ ſe ſe adſcripſere ſententiæ And. Alcia. conſil. 182. lib. 9. Aymo. Sauilia. conſ. 577 num. 6. lib 4. aſſecla fuit Carol. Rui. conſi. 134. nu. 13. lib. 1. dicebat enim And. Alcia. pendentes fructus pars fundi eſſe quamdiu ſolo cohærent ex iuris conſulti Caij pronuntiato, in l. fructus, ff. de rei vendica. & per illum textum Roland. Vallenſ. conſ. 27. lib. 2 ac Tyber. conſ. 50. ſub num. 3. lib. 3. cum vulgaribus fere paſsim id genus. ſunt itaq; inter ſe diſſonæ ſententiæ, quàm ob rem diſtinctionis fœ
6 dere cõciliari poſſunt. † & quia diſtinguendo veritas inueniri aſſolet veſtigijs Iuriſconſulti Vlpiani inhærendo, in l. falſus. §. 1. ff. de furt. Aymo. Sauilia. conſ. 949. lib 5. huiuſmodi affertur diſtinctio, aut fructus viuo adhûc teſtatore à ſolo ſeparati fuerũt, & tũc ex mentis coniectura legati eſſe putantur. & ita vendicet ſibi locum ſententia Paul. conſ.
7 antea ſcripto, aut profectò poſt † teſtatoris obitum ſeparati ſunt, & tunc relicti minimè exiſtimantur. ſuaderi videbatur ratione duplici, nam ex quò eo tempore quo dies legati cædit, nondum mobiles eſſe putantur, ſed fundi portio, meritò ergò ex ſuperius adducta l. fructus cum concomitantibus. & quia fructus quoq; pendentes inter immobilia cõputantur doctè ſenſit Andr. Tiraquel. de retract. lignager. §. 1. gloſ. 7. num. 37. Altera ratio eſt ex Caij prudẽtis reſponſo deprõpta, in l. quamuis, ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta. vbi traditum eſt turpem eſſe partem, quę ſuo non congruit vniuerſo, & quæ ſequuntur. ſic intelligentia datur ad And. Alciat. conſiliũ

vbi

Digitized by Google

vbi ſuprà, quàm nempè opinionem copioſè diſſeruit Hieron. Gabriel. conſ. ſuo 98. num. 5. & inferiùs & nu. 10. ſcripſit fructus etiam
2 maturos, † qui adhuc mortis tempore pendebant, ad heredem non herclè ad legatariũ pertinere præcognoſcendus eſt idem nu. 6. num. 7. quo loci ſenſit, fructus, qui tunc ſolo cohærebant legato huiuſmodi minimè cædere quamuis conſtare poſsit teſtatorem, de ijs tãtummodo mobilibus rebus ſenſiſſe, quæ facti teſtamenti tẽpore habebat. in hac ſententia grauiùs figit pedes Franciſ. Mant. ſuo nobiliſsimo tractat. de coniect. vltima. volunta. tit. 3. num. 6. num. 7. lib. 9. de vſuris, vel augumẽto legati multa Petr. Surd. deciſ. ſua 88. & quid de fructibus ſeparatis à ſolo feudali? Roland. Vallenſ. conſ. 54. nu. 30. lib. 3. inquit eos allodiales fore.

ARGVMENTVM.

Ex contentis apparent, quæ præfigantur in præſentia quoad criminatoria iudicia, & quòd plus delinquat mandãs, quàm mandatarius reſpondit Tyber. conſ. 115. nu. 8. lib. 3.

SVMMÆ.

1 *Accuſatus quòd Titium interfecerit ſi poſtmodum fuerit probatum quod occidi mandauerit, an eodem damnari iudicio?*

2 *Accuſaui ex quò deiecisti me de poſſeſſione; ſi probauerim quòd eijci feciſti, an ſuccumbam?*

3 *Sententiam aduerſam huiuſce thematis ſplendidiorem fore.*

4 *Teſtes, qui dixerunt Titium occiſum fuiſſe die Martis, & exindè conſtet, mandatum cædis ipſius eo die factum: ſed alio exequutum tempore, nùm falſi pęna plectendi veniant? & nu. 5. vbi Marcus Aquilinus vocatur in l. ſi is qui pro emptore, de vſu capio.*

RACEMATIO 126.

NOn raró ſiſcitari cõſueuit criminalibus in cauſsis, nùm ſi quis Sem-
1 pronium accuſauerit, quòd † Titiũ percuſſerit, ex qua quidem percuſſione fuerit ab hac luce ſubtractus, & poſtmodum probauerit minimè percuſsiſſe, ſed benè mãdaſſe quòd Titius percuteretur, numquid inquam, Sempronius eodem quoq; iudicio condemnari debeat? & videtur quòd non ex ſententia Io. Mona. in regu. qui per alium, lib. 6. quem aſſequuntur ſubtilis Bal. in cap. 1. §. iniuriam, ſuprà numerum 20. de pac. iuram. firma. verſ. pone accuſo te, dicit
2 † enim eo loci Bal. ſi accuſaui ex eo quia eijeciſti me de poſſeſsione, & probauerim, quòd deijci feciſti ſuccũbere debeo Philip. Dec. & Hieron. Cagno. in l. is damnum dat, num. 7. de regul. iur. vbi ſi quis Dec. inquit, accuſet aliquẽ homicidium perpetraſſe, atq; probaret de mandato, ſuccumberet, ſenſitq; Andr. Alciat. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap. poſt nu. 66. videndus eſt Hipp. Marſ. conſ. 48. nu. 18. & inferiùs.

3 Actamen † contraria ſentẽtia ſplendidior viſa eſt, quòd nihilominus Sempronius is, eodem etiam iudicio damnari debeat, cũ auctor delicti fuerit quemadmodũ ab hac opinione minimè diſceſsit, Io. Crot. vir celebris ſuperius deducta le. ſi is qui pro emptore n. 172. voluitq; quiſquis ille ſit, in quod in additamento ad Philip. Dec. nuperrimè effluxum refert, & ſequitur ſententiã hanc Marc. Aquilin. Calaber in l. ſi is qui pro emptore, num. 240. antea ſcripta cum ſimilibus, & cõcomitantibus, vt ibi per eum, quem tibi cogitandum relinquo expreſsè voluit Tyber. Deçia. conſ. ſuo 115. num. 7. num. 8. lib. 3. ſed quid in teſtibus qui pro teſtimonio dixe-
4 runt Titium interfectum fuiſſe † die Martis, & exindè appareat mandatum nempè cædis ipſius eo factum die: at alio tempore exequutum, vtrùm in huiuſmodi ſententia procliuiores eſſe debeamus, vt ij falſi pęna non teneãtur? & quidem reſpondetur, breuiſsimè eos haud pęna tali aſtringi, ſicuti notabiliter colligere licebit ex capite periculosè, de pęnit. diſtin. prima quo loci conſtitutiſsimum eſt, teſtem deponentem tertia die Iunij occiſum fuiſſe eum, qui reuera occiſus fuerat in octaua eiuſdem, minimè in falſum incidere, ſi præcitata die tertia mandatum fuit illum occidi: etenim quàmuis propriè dicatur interfectus in octaua, attamen inſpecta mandantis voluntate declarata die tertia, eadem occiſus fuiſſe cenſetur † Ludou. Roma. conſil.
5 301. num. 7. Andr. Alciat. Crotuſque, atque Marcus Aquilinus in locis ſuperiùs citatis, & in ſpecie num. 241. & Ludou. idem ſingu. ſuo 576. cum additamentis ad eum ſic Marcus Aquilinus nume. anteaſcripto, fol. mihi 264.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Egregia dubitatio eſt, nùm legitima includatur, ſi filius Rogatus fuerit totam reſtituere hæreditatem, & quando? nonnulla Iacob. Menoch. conſ. 533. num. 9. num. 15. lib. 6. idem conſ. 686. num. 26. & inferiùs lib. 7.

SVMMÆ.

1 *Filius omnem reſtituere hæreditatem grauatus cenſetur quoq; ſuam legitimam reſtituere obnoxius, ſed contrarium, & meliùs num. 2.*

3 *Legitimæ renuntiationem oportere ſpecificã: nec ſatis eſſe genæricam.*

4 *Filius ſimpliciter adeundo, patriſque iudicium agnoſcendo legitimam minimè detrahere prohibetur.*

5 *Legitimam deberi parentibus inuitis, ac reluctantibus, atq; detrahi antè legata pia.*

6 *Ioannis Cepha. ſententia, conſ. 272. nume. 143. lib. 2. & alibi reiecta.*

7 *Legitima in fideicommiſſo reſtituendo, quando includatur.?*

RACEMATIO 127.

COmplures legum ſtudioſi, & innumerabiles penè ſcriptores inſigniter exſcripſère, nũquid filius grauatus totam † reſtituere hæreditatem,
1
cenſeatur quoq; grauatus ſuam reſtituere legitimam, vel trebellianicam? quotidianum eſt thema, & ob id affluenter propè attingendum ex Pauli reſponſo, in l. legaui, de libe. lega. cum concomitantibus alijs, & nẽpè ex recentioribus tangit poſt alios opinatiſsimus Io. Cepha. conſ. ſuo 272. num. 143. lib. 2. quo loci aſſerit, vt ſi pater filium ipsũ grauat totam reſtituere hæreditatem, exiſtimatur illum adhùc in legitima depremiſſe, atq; ideò dubium non fore, Galeatiũ de quo ibidem grauatum fuiſſe etiam in legitima, ac trebellianica per eius patrem cuius voluntatem approbaſſe iudicatur Galeatius ipſe nõ tantùm ex eo quòd hęreditatem ſimpliciter adhierit, verùm etiam ex eo, quod numquã voluntati paternæ repugnauerit, nec umquã dixit velle ſuam legitimam, atq; trebellianicam detrahere, vt ibi per eum, qui idem ſcribit, conſ. 291. nu. 16. lib. ſuperius excurſo.

2 At nobiliſsime † lector, animaduertendũ eſt, enimuerò falſa exiſtimari videtur Io. Cepha. ſentẽtia, ac à vero aliena herclè per manus traditum eſt, patrem in legitima filiũm ipſum grauare minimè poſſe, quandoquidẽ illam habere dicitur ex prouidentia legis Vlpianus, in l. ſi arrogator, de adoptio. cum cæteris contextibus, igitur datur intelligi in dubio patrem haud debere poſſe id voluiſſe, qđ ſuę minimè fuit poteſtatis ex congeſtis à Philip. Dec. conſ. 81. num. 1. & conſi. 218. nu. 3. Tyber. Decia. conſi. 39. lib. 5. & per illũ tex. Cepha. idem conſ. 412. num. 24. lib. 3.
3 ad idem, † & ſecundo innititur ſentẽtia hęc, vt filius in legitima grauatus non putetur q̃ppè niſi ſpeciatim ei renuntiauerit nec à ſupplemento, nec ab ea excludi locupletiſsimus eſt ad hoc teſtis noſter Cæſar in l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoff. teſta. & per illum tex. Hieron. Alba. conſ. 37. nu. 1. quem ineuitabilem nuncupat Curt. Iun. conſi. 27. num. 30. quem aſſequitur Hieron. idem vbi ſupra poſt num. 7. & quòd per genericam renuntiationem iuri legitimæ renuntiatum minimè iudicetur autumant Guid. Pap. deciſ. 93. Curt. Sen. conſ. 37. Thomas Grammat. deciſ. 57. num. 26. Cæſar Vrſill. in additamentis ad Matth. Afflic. anno. ſua 178. num. 2. Iacob. Mandel. conſ. 66. & quid ſi interuenerit iuramentum? videndus eſt Tyber. Decia. conſ. 39. nu. 70. lib. 2. latè Roland.
4 Vallenſ. conſ. ſuo 99. lib. 4. quamuis † igitur pater de legitima reſtituenda ſenſerit, filius nihilominus ex teſtamento adeundo, ſimpliciterq; patris iudicium agnoſcendo, minimè prohibetur legitimam ſibi iure naturæ debitam detrahere; etenim tametſi teſtẽmentũ approbauerit, attamen legitimæ detractioni haud renuntiaſſe intelligitur; quod pronuntiatum ampliari cenſetur, & ſi filius vocauerit ſe contentum de relictis ex teſtamento, ſic admonent Curt. Sen. conſ. 75. num. 8. ſigno. conſ. 80. nu. 4. & inferiùs Pet. Ancha. conſ. 152. num. 8. Philip. Dec. conſil. 419. eo trahantur, Iacob. Menoch. conſ. 611. nu. 37. lib. 7. Tyber. Decia. conſ. 86. num. 23. & conſ. 2. num. 93. lib. 5. ad idem, & tertio
5 fulcitur, † profectò inquiunt maiores noſtri, legitimam minimè eſſe hæreditatis, ſed bonorum partem Vlpianus in l. Papinianus, §. quarta, ff. de inoff. teſta. & per illum tex. & cæteres contextus Hieron. Alba. conſil. 38. circa prin. Alex. conſ. 150. nume. 8. lib. 2. Roland. Vallenſ. conſ. 39. lib. 3. Aymo. Sauilia. conſ. 506. nu. 14. lib. 3. accedat quoq; legitimam deberi parentibus inuitis, ac eam detrahi poſt funeris impenſam, es alienum, libertateſq; antè tamen legata pia ex coacer

uatis à

Digitized by Google

uatis à Io. Cepha. conſil. ſuo 412. num. 22. num. 25. & & num. 26. lib. 3. quamuis itaq; filius rogatus fuerit omnem reſtituere hæreditatem, non tamen rogatus intelligitur legi
6 timam ipſam reſtituere. Quartò; † & vltimò opinio iſta ſuffulta comperitur, celebri auctoritate Franciſ. Mant. tracta. de coniec. vltima. volunta. tit. 8. lib. 7. num. 3. & longè inferiùs nu. 10. quibus in locis; more ſuo doctorum turbam adducit, ideoq; ſecundum eum, Io. Cepha. ſententia vbi ſupra minimè ſubſiſtit. faciunt congeſta per And. Gail obſerua. 119. lib. 2. prac. obſerua. Iacob. Menoch. conſil. 993. & conſil. 939. lib. 10. Tyber. Decia. conſil. 52. nume. 14. lib. 5. idem conſil. 99. num. 4. lib. 3. vbi quamuis filius teſtamentum approbaſſet. pulchrè idē, conſ. 86. nu. 64. lib. iſto Tyber. idem conſ. 55. num. 26. & conſ. 70. num. 7. nume. 11. lib. 4. Aymo Sauilia. conſ. ſuo 974. num. 10. lib. 5. & an, & quando teſtator poſſit filium grauare in legitima ipſa, ſatis ſuperq; demōſtrat Iacob. Menoch. conſ. 707. num. 2. lib. 8. cæterum illud in mentem venerat, filium renuntiare exiſtimari, qui prælegata agnouit ſibi relicta ea conditione, vt legitimam detrahere nequeat, vel ſi fideicommiſſum legatum fuerit ab hærede filij in pupillari æta-
7 te diem claudētis extremum † namq; in his, & ſimilibus caſibus legitima ipſa includitur. Socc. Iun. conſ. 122. nu. 9. lib. 1. Paul. Caſtrenſ. in l. ex tribus, C. de inoff. teſta. num. 5. Iaſ. in l. cohæredi nume. 8. & inferiùs de vulga. & pupilla. ſubſtitu. cum concomitantibus alijs à Franciſ. Mant. prælibato loco, nú. 11. & num. 12. fol. 176.

ARGVMENTVM.

Vtrùm ſpectetur initium, & an idem ſtatuendum de principiante, quod de his, quæ ſequuntur ex principio? ſpeciatim dubitatur, an primo, an ne ſecundo officiali delicti commiſsi pęna debeatur?

SVMMÆ.

1 *Pęnam delicti perpetrati vltimo deberi officiali attento quod diuerſis temporibus iuridictionis fructus emerant, & nu. 6.*
2 *Teſtem in termino iuratum, examinari poſſe poſt terminum.*
3 *Iudici ſi pars quarta pęnæ debeatur, nùm illi ſoluenda erit, qui condemnauit: an nè ei, qui exegit.*
4 *De principio ipſo idem iudicamus, quod de augmento.*
5 *Finem digniorem reputari omni eo quod ordinatur ad ipſum.*

RACEMATIO 128.

HAud me quidē preterit, vt aliqui nō à vero auerſi, & bonitate ingenij, rerumq; vſu, & experientia adiuti id, quod nunc ipſe ſubijcio, trade-
1 re conati ſint. vtrùm officiales ementes † iuriſdictionis fructus temporibus diuerſis primo, an ne ſecundo delicti commiſsi condemnatio debeatur? perbella eſt quæſtio, circa quam, ſi ſingula perſequi ſtudeam, res in immenſum volumen abiret. ſed iucundiſsime lector, tota vis puſillo iudicio meo eſt in perſcrutando, nùm initium ſpectandum ſit an nè finis? & quidem apud maiores noſtros nō incommodè ſcriptum eſt initium in conſideratione haberi, quando habet dependentiam à principio ipſo Vlpiaus in l. 3. §. ſcio, vbi Bart. & alij concomitantes, ff. de mino. Matth. Afflic. deciſ. 210. num. 3. vbi plura congerit Cæſar Vrſillus in additamento ad eum. atque actum principio attribui ex Philip. Dec. in cap. licet, poſt num. 15. de pro-
2 batio. quo loci aſſerit teſtem in temino † iuratum examinari poſſe poſt terminū. ex quo ad iuramentum trahitur. multa pręclara docuit Tyber. Decia. conſ. 60. num. 13. & inferiùs lib. 4. argument. eorum, quæ ſcribit Iacob. Menoch. conſi. 717. num. 10. lib. 8. & aliàs ſcriptum reperitur, vbicunq; principiū eſt licitū, illud in cōſideratione habetur. Vexillarius Bar. in l. quod ait, §. quod ait, ff. de adulter. idem quoq; quando eſt illicitum minus tamen quàm ſit finis Alex. conſ. 75. lib. 5. & obiter multa tranſcribi poterunt, quod idem iudicamus de principiante, quo de his, quæ ſequuntur ex principio. Curt. Iun. conſ. 172. conſ. 154. conſ. 145. & an in delictis attendatur initium videndus eſt Alexan. conſ. 216. lib. 6. quibus omnibus addo Iacob. Menoch. conſil. 684. num. 21. lib. 7. cum con-
3 cordantibus † rurſus ſi ex forma legis municipalis pars quarta pęnarum prætori ſit conceſſa, quas redegerit in ęrarium: & alter condemnauerit, alter verò exegerit, partem pręlibatam illi ſoluendam fore, qui condemnauit, ex quo exigendi præcipua cauſſa fuit Philip. Dec. conſi. 654. Aymo. Sauilia. conſil. 212. num. 8. lib. 2. & poſt alios ex recentioribus Pyrrhus Alfa. in autent. ſi quis in aliquo documento, C. de edend. num. 30. vbi

num. 31. inquit. vt ſi Iudex primus condemnauit. & reus appellauerit: appellationiſq; Iudex ſententiam primã approbauerit, quartam partem primo tribuẽdam eſſe Iudici, ex Paridis ſententia, de ſyndaca. in verbo prouentus, num. 4. vt ibi per eum, cui exaggero Io. Cepha. conſil. 136. nume. 7. num. 8.
4 lib. 1. † & quod idem iudicetur de principio, quod de augmento annotat, Philip. Dec. cõſil. 331. cum ſimilibus à Iacob. Menoc. conuulſis conſ. ſuo 684. num. 21. lib. 7. & aliàs actus cenſetur factus ab initio, ſi ab initio fuit conuentum de illo actu faciendo Iacob. Mandel. conſ. 4. num. 51. cum ſimilibus. & accedat id quod notabiliter voluit Socc. conſ. 70. num. 9 & inferiùs lib. 4. vt ſi ſcolaris priùs fuit licentiatus, & poſtmodum doctoratus, quia doctoratus in quãdam venit conſequentiam ad licentiam ipſam, atq; ab ea dependentiam habet, licentiæ tempus inſpicitur, & ob id doctoratus ſalarium illi priori debetur, qui erat tempore licentiæ. facit Io. Cepha. traditio, conſ. ſuo 136. vbi ſuprà num.
5 7. & paulò poſt. Faciunt † quoq; ſuperius effluxis inſignia pronuntiata Tyb. Decia. conſ. 123. num. 70 lib. 3. & conſ. 11. nume. 24. lib. 1. idem conſ 8. num 241. lib. iſto, & de principio contractus Iacob. Menoch. conſil. 843. num. 37. lib. 9. multa præclara ſcribit, Aymo, Sauilia. conſ. 331. nu. 8. & inferiùs lib 3. & quid de eo qui participat de duobus extremis Alex. tangit conſ. 108. lib. 4. & de fine, vt dignior ſit omni eo, quod ordinatur ad ipſum finem Aymo. Sauilia. conſil. 281. num. 2. idem conſ. 331. num. 8. lib. 3. cum ſimilibus à Roland. Vallenſ. conſil. ſuo 77. lib. 4. vbi de initio ipſo reſpectu delictorum. Io. Cepha. conſ. 229. lib. 2. vbi de bannitis in diuerſis territorijs.

Or, præter noſtrum inſtitutum euagati parumper
6 † reuertendo eo quo diſceſſimus, dicendum erit, pęnam deberi officiali illi, qui vigebat in principio perpetrati delicti tempore ex viriliori auctoritate Io. Cepha. conſ. ſuo 397. nu. 100. lib 3. & ſcribebat Nicol. Boer. deciſ 5. nu. 20. & inferiùs cũ alijs ab eo citatis, idq; verum fateor, cuius rei peruulgandæ cauſſa conuoco Andr. Alcia. conſ. 10. n. 8 lib. 7. vbi de cõmuni ſcribentiũ ſentẽtia pulchrè voluit, Rolãd. Vallẽſ. conſ. 77. lib. 4.

ARGVMENTVM.

De Baronia, & vtrùm fęminæ ſint admiſsibiles in Regno? & quid ſonet verbum hęres, & de fæudo ſi trãſitum fecerit ad fęminã, num maſculus ex illa exortus potiora obtineat iura aduerſus alias fęminas? prænotandus eſt, Iacob. Menoch. conſ. ſuo 413. num. 31. num. 54. paulo inferiùs lib. 5.

SVMMAE.

1 *Fœmina ad feudi ſucceſſionem non recipiuntur regulariter, ſed fallit in Regno.*
2 *Baronia conceſſa per illa verba de hærede in hæredem, quomodo interprætentur. & in campo feudali verbum hæres, remiſſiuè.*
3 *Feudum pro Titio, & hæredibus maſculis, ac fęminis receptum, ſi ad fęminam tranſitum fecerit: an maſculus ex ea procreatus cæteris fęminis præferatur?*
4 *Feudorum naturam eſſe vt in ſucceſſione ipſorum nullum ſit diſcrimen inter fratrem, ex latere patris dumtaxat, & fratrem vtrinq; coniunctum.*

RACEMATIO 129.

PEnſiculatè libuit hos quoq; racemulos inclyte lector, veluti appendiculam quandam pro operis medio tranſplantare, vt animus fortaſſe tuus pauliſper ex itinere fatigatus, hoc veluti nouo pabulo recenter, atq; mutatione reficeretur; ſolent namq; iſthæc dominationibus legentiũ non minus iucunda videri, quã viatoribus iam itinere laſſeſcentibus amęna
1 ſunt diuerticula. Sed ne moroſior ſim iuris † effatum comperitur, in fæudorum ſyluis opacis, nempè fęminam ſecundum veras concluſiones, ad fæudi ſucceſſonẽ non recipi cap. 1. quẽadmo. fæud. ad fil. pert. & cap. 1. § filia, de ſucceſsio. feud. c. 1. § hoc autẽ notãdũ, his qui feud. dar. poſ. Ludo. Roma. cõſ. 1. Iaſ. cõſ. 114. lib. 1. Roland. Vallenſ. cõſ. ſuo 41. lib. 4. idẽ cõſ. 41. lib. 2. vbi rationes attulit, & paſſim ferè genus id ab alijs, qui longiori ſtudio afferri poſſent. attamẽ inter complures coangustationes à fæudiſtis traditas, ea inter cætera affertur, in Regno fęminas fæudorũ capaces eſſe, ſicuti teſtatus eſt Conſiculus Io. Ant. Canne. in extrauag. volentes Frederici Regis, quæſtio. prædictis attexitur, num. 5. fol. 171. & ſcribit Matth. Afflic. capit. 1. num. 113. de nat. ſucceſsio. fæudo. quòd in Regno Vtriuſq; Siciliæ ſilent quæſtiones, ex quò mortuo maſculo fęmina ſuccedit, & aſſentiri viſus eſt, Hora. Mandoſ. in addıtamẽto ad Ludo. vbi ſupra, in verbo perpetuo, paulò inferiùs. Perlucidumq; fore putatur, ex fæudi

Digitized by Google

fæudi natura eſſe, vt maſculi ſuccedant minimèq; locus pateat fęminis donec maſculi ſuperſunt cap. 1. de eo, qui ſibi vel hæredibus ſuis, & per illum tex. Franciſ. Mant. in ſuo celebri tractat. de coniect. vltima. volunta. tit. 18. poſt nume. 6. lib. 8. Iacob. Menoch. conſ. 973. & conſi. 974. lib. 10. cum concorcordantibus ab eodem conſi. ſuo 391. lib. 4. multa venuſta docuit, Tyber. Decia. conſil. 58. num. 1. num. 34. num. 39. lib. 2. multa docuit And. Alciat. conſi. 10. conſ. 17. lib. 3. & an fęmina ſemel excluſa perpetuò cenſentur à fæudo excluſa And. Gail. obſerua. 148. lib. 2. prac. obſerua. ex communi ſcribentiũ opinione, concludit quòd, ſic quamuis ille, qui eã excluſit moriatur ſine maſculis Franc. Burſ. conſ. 89. nume. 9. lib. 1. Philip. Dec. conſ. 517. nume. 6. cum coangultationibus tamen de quibus per eum ſub num. 3.

2 Sed fac † obſecro Baroniam fuiſſe conceſſam per ea verba de hærede, in hæredẽ, quo pacto interpretari debeant? Socc. conſ. 57. lib. 3. Paul. Pariſ. conſil. 88. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 38. num. 4. & inferiùs famageratus ille vir Socc. Iun. conſ. ſuo 188. num. 6. lib. 2. in eam facile deuenere ſententiam, vt verba illa de hærede ſanguinis intelligantur, hoc eſt de deſcendente, ex Vlpiani pronuntiato in l. ex facto, §. vltimo ad trebellia. & per illum tex. adeũdus erit Cannetius idem in extrauag. ſi aliquem, quæſtio. præmittendum eſt, poſt num. 13. fol. 239. quos omnes aſſequitur Franc. Mant. loco ſuperius citato, ſub num. 5. cui pulchrè concinit, Iacob. Menoch. conſ. 489. num. 3. num. 14. lib. 5. copioſè ſcribit Tyber. Decia. conſ. ſuo 116. nu. 2. lib. 3. atq; idem nonnulla tradit conſ. 77. nu. 2. lib. 5. quemadmodum receptum eſt, in fideicommiſſis cùm æquiperentur, & de vno ad aliud rectè arguatur, quo argumenti genere vſus fuit And. Yſernienſ. capit. 1. §. hoc quoq; de ſucceſſio. fęudo: & alibi refert Philip. Dec. conſ. 445. quos inſectatur Comitatenſis meus Io. Anto. Cannetius in extrauag. ante excurſa, quæſtio. incipit ſed operę pretium, nu. 10. fol. 163. Iacob. Menoc. conſ. 89. num. 65. & conſi. 104. nu. 60. lib. 1. Tybe. Decia. conſ. 21. nu. 8. lib. 3. conſ. 14. num. 6. lib. 5. Roland. Vallenſ. conſ. 51. num. 4. lib. 4. atq; de pronuntiato illo hæredibus in materia fæudali præcognoſcendus eſt poſt multos Cannetius idem in pręallegata volentes, in ea facti ſpecie, conſequenter, differendum eſt, fol. 45. & quomodo ſit elargatum altera quæſtione, exordiente; eſt pręterea annotandum, num. 7. fol. 217. & alibi dũ incipit opinio ſupradicta, nu. 15. vbi verbũ hæres, in pelago fæudorũ intelligi debet, de maſculis, ac deſcendentibus, vt ibidem per eum, quo me remitto. facit textus in capit. 1. §. ſi cliẽtulus de aliena. fæud. & per illum tex. Matth. Afflic. ad præludia fæudo. nu. 121. & inferiùs Roland. Vallenſ. conſil. 3. num. 12. lib. 4. Ioſeph. Cumia conſiculus alter, in repetitio. cap. ſi aliquem Iacobi Regis, num. 230. Tyber. Decia. conſi. 58. nu. 12. lib. 2. vbi lãtiſsimè declarat, ſcribit And. Gail. obſerua. 149. num. 4. lib. 2. prac. obſerua. idem obſerua. 154. nu. 21.

3 Atquì præcipuè, & ſitienter † quæro, ſi Baronia recepta fuerit pro Titio, & hæredibus maſculis, ac fęminis, atq; ideò Baronia ipſa tranſitum fecit ad fęminam, ſi fortè poſtmodum aliquis naſcatur maſculus ex fęminis, vtrùm alijs præferri debeat fęminis? & quidem inficiari non poteſt fęudum ex ſucceſſoris qualitate naturam mutaſſe, & tamen ex illuſtriũ virorũ ſentẽtijs, eo vẽtum eſt, cuiuſmodi ſunt, Paul. Caſtr. conſ. 176. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 181. nu. 2. Petr. Ancha. cõſ. 174. nu. 2. vt opinẽtur, quãuis Baronia tranſitũ fęcerit ad fęminã: nihilominus maſculum qui ab illa exindè natus fuerit, cæteris fęminis præferri debere, & eſt tex. in cap. 1. de eo qui ſibi vel hæredib. ſuis maſcu. vel fęm. & per illum tex. Franciſ. Mant. antea ſcriptus, nu. 6. faciunt tradita, per Matth. Afflic. cap. 1. nu. 35. de conten. int. dom. & vaſal. de inueſt. fæud. idem in cap. 1. num. 7. de benef. fęm. cum ſimilibus. à Iacob. Menoch. conſ. ſuo 331. lib. 4. conſ. 443. nu. 80. & inferius vbi multa ſatis venuſta lib. 5. idẽ conſ. 400. vbi num. 60. lib. 4. explicauit. idem conſi. 391. num. 18. lib. iſto. aliâs quoq; legimus,

4 fęudorum † naturam attenta iuris communis diſpoſitione eam fore, vt nulla in ſucceſsione ſit differentia inter fratrem ex latere patris dumtaxat, & fratrem vtrinq; coniunctũ cap. 1. de grad. ſucceſsio. in fæud. vbi Bal. id adnotat. ſcribit Alex. conſi. ſuo 9. lib. 5. Philip. Dec. conſ. 444. num. 5. ſequiturq; Hieron. Alba. conſ. 40. poſt verſ. nolo vllo pacto prætermittere deciſ. cum alijs à Franc. Mãt. deduc. tit. 13. num. 5. lib. 8. tracta. de coniec. vltima. volunta. & cõmemorauit Matt. Afflic. cap. 1. §. & quia num. 21. de his qui fæud. dar. poſ. cum concomitantibus. à Tyber. Decia. conuulſis conſ. ſuo 33. nu. 68. lib. 5. & videndus eſt ex Conſiculis Iun Milanẽſ. deciſ. 8. nu. 139. & inferiùs, & in ſpecie, nu. 141. lib. 1. latè And. Gail. obſeru. 151. lib. 2. pract. obſerua.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De legato facto à vaſſallo nùm legatario æſtimatio ſaltem fæudalis rei præſtari debeat diſputatur, & quæ ſint hæreditaria fæuda? de formis illis de quibus in præſentia latè Tyber. Decia. conſ. ſuo 3. num. 174. nu. 188. lib. 4.

SVMMÆ.

1 *Vaſſallus de Baronia, vel re fæudali etiam pro anima, ſeu elemoſina quicquid decernit nullius reputatur momenti. Roland. Vallenſ. conſi. 71. lib 2. vbi nume. 24. ait,* mal da chi non hà, ſecondo la cãpana di San Pietro.

2 *Fæudo legato, vtrum legatarius obtinere valeat ſaltem quo ad æſtimationem ipſam? & nu. 3. vbi duo, & principes diffunduntur caſus, & num. 4.*

5 *Fæudum pro ſe, & hæredibus quibuſcunq; conceſſum, an legari valeat?*

6 *Baroniæ forma pro te, & hæredibus quibuſcunq; & pro te, atq; hæredibus.*

RACEMATIO 130.

NOn inconcinniter ab inclytis ſcriptoribus decertatum eſt, lepidis, veнuſtiſq; vocum modis pronuntiatũ illud, quod re vera prorſus à ludo alienum eſt, quinimò præcæteris & fructuoſius, & frequentiùs clari nempè, & non con-
1 trouerſi iuris eſt, † Vaſallum etiam pro anima fæudalem rem legare minimè poſſe cap. Imperialem, in initio, de prohib. fæud. alienatio. per fride. capit. 1. de ſucceſsio. fæud. ponderando eo loci dum dicitur, nulla ordinatione defuncti in fæudo valente. & facit contextus in cap. ad hũc pr. §. donare, qual. ol. fæud. pote. aliena. cum concordantibus. à Tyber. Decia. congeſtis conſ. 39. num. 27. lib 2. conſ. 58. nu. 4. lib. iſto, tangit Anto. Canne. in extrauag. volentes, quæſtio. incipit ſucceſsiuè ſubnectitur quotidiana quæſtio, num. 36. fol. 167. ſcribunt Iaſ. conſ. 96. lib. 1. Paul. Pariſ. conſ. 7. num. 13. lib. iſto Roland. Vallenſ. conſ. 42. nu. 2. lib. 1. idem conſ. 50. num. 4. num. 5. lib. 3. & conſ. 79. lib. 2. idem conſi 1. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ 32. nu. 15. lib. iſto Tybe. Decia. conſ. 33. num. 49. lib. 1. Aymon. Sauilia. conſil.
2 1000. num. 30. lib. 6. † Sed difficultas eſt, ſi fæudalis res legata fuerit, an hæres æſtimationem legatario præſtare teneatur? Alexa. conſ. 19. nu. 14. lib. 6. Socc. Iun. conſi. 72. num. 60. & conſ. 74. nu. 19. lib. 1. Roland. Vallenſ. conſil. 41. num. 31. & inferiùs lib. 2. Matth. Afflic. cap. 1. nume. 78. de prohib. fæud. alienatio. per Fredericum, & alij ferè paſsim tenent, nec legatario æſtimationem deberi iuribus, & rationibus, de quibus, vt ibidem fuſiùs per eos, & eſt communis opinio, quæ dilatatur, tametſi legatũ fuerit relictũ perſonæ coniunctæ, vel pro ipſius teſtatoris anima Socc. Iun. conſ. 74. vbi ſupra, num. 20. Roland. antea excurſus, num. 32. Bal. cap 1. §. donare nu. 3. qual. ol. fęud. alien. pote. cum alijs ſimilibus.
3 At contraria † ſententia illuſtrior eſſe videtur, & ne funepeus fortaſſe iudicer, duo, & principes diffundendi veniunt caſus, quorum primus ille ſit, vt ſi fæudalis res à teſtatore legata fuerit ex certa ſcientia, ex quò minimè ignorabat fæudalem eſſe, & tunc validi roboris legatum erit, & conſequenter æſtimationem deberi ſic Curt. Iun. conſ. ſuo 30. num. 5. & ſenſerat Io. Fab. Inſtitu. titu. de lega. §. non ſolum, in extremo, atq; ideò cum fæudum pro anima relinquitur æſtimationem dari Matth. Afflic. voluit, in cap. 1. §. præterea ducatus nu. 90. de prohib. fæud. alienatio. per Fredericum; hic igitur princeps caſus locum ſibi vendicat, quando Baro ipſe non inſcius erat, & ita teſtatoris ſci-
4 entia indubitatè præſuppoſita. † Secundus caſus ſit, quòd ſi Baro, vel fæudatarius legauerit baroniam per iuris errorem credens ſe legare poſſe, & tunc fatendum erit legatario nihil præſtari debere, quam diſtinctionem pulchrè aſſequutus eſt, Franciſ. Mant. tract. de coniect. vltima. volunta. tit. 11. num. 8. lib. 9. vbi poſt nume. 12. aſſerit, quòd cùm quæſtio iſta de facto incidiſſet Io. Antonium Fontibonum Hælenę eius vxori fęminę pudicisſimę ſi credimus ei. fęudalem fundum legaſſet, hęredem nempè ad illius ęſtimationẽ pręſtandam condemnatum fuiſſe, quamuis ipſe in fęudo minimè ſucceſsiſſet, vt ibi per eum, præcognoſcendus eſt, Iacob. Menoch. tracta. de præſump. præſump. 119. lib. 4. ac Magonius Flor. deciſ. 54. poſt nume. 20. & num. 22. quæ ſententia multo magis admittenda foret, ſi proximus vaſſallus, qui ſuccedit in baronia fuerit hæres inſtitutus, & lon-
5 gè magis, ſi fæudum † alicui conceſſum fuerit pro ſe, ac hæredibus quibuſcunque, quandoquidem tunc legari poſſe cenſetur ex adnotatis, à Bal. in cap. Imperialem, num. 19. de prohib. fæud. alienatio. per Fredericum

Alex.

Digitized by Google

Alex. in l. ſi patroni, num. 14. & inferiùs, ff. ad trebellia. Socc. Iun. conſi. 72. nume. 22. lib. 1. Aymo. Sauilia. conſ. 256. nu. 8. Curt. Iun. conſ. 1. vbi de communi * cum alijs copioſè deductis à Franciſ. Mant. nuperrimè effluxo, num. 13. num. 14. & inferiùs quo in loco aſſerit, quoq; quòd, & ſi non nulli autoritatis non incognitę contradixerint, nihilominus opinio prælibata frequentiori calculo recepta * * fuit, hec ille propè finem, de quaquidem forma † pro te, & hæredibus quibuſcunq; ponit Antonius Cānetius in extrauag. volentes quæſtio. at non erit inutile, nu. 51. & paulò poſt fol. 129. multa ſcribit, & penè infinita Horat. Mandoſ. in additamento ad Ludo. Roma. conſil. 31. circa ſignum illud vniuerſale in verſ. 8. prædicta confirmantur, & verſ. 9. pro prædictis benè facit, quæ hûc ſpectant, Aymo. conſil. 414. lib. 3. Alexan. conſ. 30. num. 11. lib. 1. & de huiuſmodi, & ſimilibus formis Ioſep. Cumia Cōſiculus, ad præludia cap. ſi aliquem, num. 231. & num. 285. Cannetius idem, in cap. volentes, vbi ſupra. quæſtio. idem videtur, cum ſubſequentibus fol. 43. egregia exempla poſt conſonantes copioſè congeſsit, Iacob. Menoch. conſ. ſuo 999. lib. 10. Aymo. Sauilia. conſi. 701. num. 40. lib. 4. Tyber. Decia. conſ. 58. nu. 30. & inferius lib. 2. quòd ſi in inueſtitura legatur pro ſe, & hæredibus verbū hæredibus, oſtendit Baroniam hæreditariā fore, ſic poſt multos admonet Iacob. idem conſ. 104. nu. 9. lib. 1. vberrimè Ioſep. Maſcard. concluſ. 767. lib. 2. de probatio. & vide quæſo Iacob. eundem conſ. ſuo 401. num. 7. lib. 5. cum ſimilibus à Roland. Vallenſ. conſ. 67. nu. 22. lib. 2. vbi de magis * * communi ſententia.

ARGVMENTVM.

In materia primogenituræ quotupliciter cōſiderari poſsit, & quis dicatur propriè, & genuinè primogenitus, & vtrùm ſtante cōſuetudine, quòd in Baronia ſolus primogenitus ſuccedat ex primo matrimonio, alter ex ſecundo, vel tertio thoro, eo primo naturæ fatiſq; concedens, recipiatur? & de primogenito quòd magis diligatur, quam alij ſcribit Tyber. Decia. conſ. ſuo, 101. num. 10. lib. 2.

SVMMÆ.

1 *Statutum, vt primogenitus ex primo matrimonio ſolus in Baronia ſuccedat, an filius ex ſecundo matrimonio, illo repudiāte admittatur? & num. 2. & nu. 3.*

4 *Primogenitum uerè, & propriè illum nuncupari, qui primò natus eſt.*

5 *Primogenitum intelligi hoc eſt, potiſſimum in gradu naturæ, & maior naturæ, vel ætate.*

6 *Primogenituram dupplicem fore ſecundum natiuitatem, & ſecundum ſucceſſionis tempus.*

RACEMATIO 131.

TAntus eſt inueſtigādi feruor, vt hoc tacere non poſsim, ſi ex municipali forſitan lege cautum fuerit, primogenitum † ex primo matrimonio ſolum in Baronia ſuccedere atq; ideo ex primo nullus naſcatur, ex ſecundo matrimomio vnus, ex tertio verò complures exorian-tur, an ſtatuto, vel huiuſmodi legi municipali locus eſſe dicatur? & nempè quo ad primā inſpectionem concludendū videretur minimè ei locum fore, quandoquidē cùm ex primo matrimonio nemo fuerit natus, ſtatuti verba deficiunt, igitur, & ipſius diſpoſitio quieſcere iudicatur Vlpianus in l. 4. ff. de dam. infec. §. toties, vbi Bar. & alij, pulchrè faciunt congeſta per Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 68. h. 18. n. 21. & inferius lib. 4. & per Gloritium in eius comm. cap. ſuper literis in oppo. princ. nu. 151. de reſcrip. attamen contrāria, & melior ſententia fuit, tùm quia primogenitus quocunq; matrimonio æditus fuerit exiſtimatur, qui delatę ſuceſsionis tempore omnes præcellit Salic. & Bal. in l. ſi quis prioris, §. talem, C. de ſecund nupt. Baldus idem in l. 2. C. de iur. emph. nume. 5. cum alijs à Marco Aquilino citatis, in l. Cēturio, de vulga. & pupilla. ſubſtitu. part. 1. nume. 4. fol. 101. vbi paulò inferiùs declarat. quapropter, ſi ex omnibus † matrimonijs ſint liberi, ſed is, qui ſolus erat ex primo matrimonio Baroniam repudiat, vel efficiatur frater minor equidem is, qui illum ſequitur Baroniam obtinebit tamquam primogenitus. ita Iacob. Menoch. conſ. 97. num. 15. & num. 16. lib. 1. & facit, quia dicimus electionem ſecundam dici primam reſpectu tertiæ, & ſecundæ nuptiæ denominantur omnes poſt primas, & ita tertiæ nuptiæ appellantur ſecundæ, ex gloſ. in rub. C. de ſecund. nupt. vbi Franciſ. Ripenſ. quos aſſequitur Iacob. Menoch. antea ſcriptus nu. 18. & prænotandus erit Marcus Aquilinus loco ſuperiùs citato, num. 6. vbi de communi * ſententia quamuis ad-

3 uis aduerſæ fuerit † ſententiæ Io. Anto. Canncetius in extrauag. ſi aliquem Iacobi Regis quæſt. & quia fol. 269. poſt num. 7. & num. 11. & inferiùs vbi ſtatutum loquens de filio primogeniti non vẽdicare ſibi locum in filio ſecundo geniti, atq; loquens de primogenito, filium ſecundo genitum comprehendere non poſſe ex coaceruatis, à Iacob. Menoch. conſ. 802. num. 3. lib. 9. nam ipſe comprobo, auctoritate Andreæ Alcia. conſ. 101. nu. 11. lib. 9. & poſt eum, & cæteros conſonantes inſigniter defendit Franciſ. Mant. tract. de coniect. vltima. volunta. tit. 10. num. 6. num. 8 lib. 8. vbi paulo poſt ſubdit periculoſam cenſeri contrariam ſẽtẽtiam, vt ibi per eum, qui de communibus teſtatus eſt ſuffragijs, cum qua quidem opinione ipſe quieſco.

4 Atqui † ad illud velim curioſus animaduertat lector, vt ſi quæratur, quis dicatur primogenitus quòd verè, & propriè ille denominatur à noſtris, qui primo natus eſt: non autem qui loco primogeniti mortui illius locum eſt ingreſſus. quæ ſententia probari videtur tùm Diuina tùm Cæſarea tùm quoque Pontificia Conſtitutione, lex Diuina, atque cæleſtis ita ſcripta comperitur exod. cap. 34. omne quod aperit vuluam generis maſculini meum erit de cunctis animantibus tàm de bobus, quàm de ouibus, meum erit, primogenitum aſini redimes oue. ſin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. primogenitum filiorum tuorum redimes nec apparebis in conſpectu meo vacuus. his igitur apertè conſtare putatur primogenitum nuncupari, id quod primò naſcitur legiturque apud Eccleſiaſt. cap. 24. ego ex ore altiſsimi primogenita ante omnem creaturam; iure autem Pontificio, ac Cæſareo probatur in cap. Ioſeph. in extremo, de verbo. ſignificatio & in § in reliqua verò parte in proemio pandectarum ponderando eo loci dum dicitur,
5 quia quod primum eſt aliud ante ſe haberet † non poteſt. primogenitus quoq; intelligitur hoc eſt primus in gradu naturæ, & idem eſt quod maior natura, vel ætate ex adnotatis à Bal. in cap. 1. ad finem de filijs nat. ex mat. ad Morga. contra. quo loci ait, de hoc Siciliæ Regno, quod ex pacto defertur primogenito, ſi primogenitus ille in fata conceſſerit ſine filijs, ſecũdo genitus minimè ſuccedet. ſenſêre Iaſ. in l. quoties, num. 42. C. de rei vendica. Ludo. Roma. conſ 98. Doctè explicat Iacob. Menoch. vbi ſupra, num. 51. nu. 58. & paulò poſt, vt ibi per eum. & in ſumma primogenitura dupplici ex cauſa ſumitur, nempè ſecundum natiuitatem, & ſecundum
6 ſucceſsionis † temptus. prima eſt vera primogenitura. ſecunda eſt ficta Petr. Ancha. conſ. 82. num. 7. Iacob. Menoch. præcitato conſ. 97. num. 85. ſed copioſiùs præcognoſcendi veniunt Tyber. Decia. conſi. 16. lib. 4. Roland. Vallenſ. conſ. 38. nume. 23. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 442. nume. 23. lib. 5. & conſ. 981. num. 23. lib. 10. idem conſ. 754. lib. 8. conſ. 220. num. 58. num 101. & conſ. 269. nu. 19. lib. 3. Conſiculus Ioſeph Cumia ad caput ſi aliquem in verbo gradu, num. 64. cum ſimilibus.

ARGVMENTVM.

Nùm filius ex defuncto primogenito antepo natur alteri fratri, & ſic patruo ſuo, & vtrũ conſtitutio vocãs proximiores: filius proximioris ſubintret? prænotandus venit Iacob. Menoch. conſ. 805. poſt nu 70. conſil. 886. lib. 9. & an in fæudis quo quiſq; proximior, eo potior ſit? tangi. Aymon. conſ. 715. num. 9. lib. 4.

SVMMÆ.

1 *Primogeniti filius, an fratrem antecellat, vt ſic patruum excludere cenſeatur?*
2 *Primogenitus quando ex teſtamẽto vocatur nepos excludit patruum.*
3 *Statutum vocans proximiorem, filius proximioris non ſubintrat in patris locum.*
4 *Nepos, an præferatur patruo famoſiſſima eſt quæſtio, ex Ioſep. Cumia Conſiculo.*

RACEMATIO 132.

CÆterũ vnus ille locus inter alia me conuocat ad quem concinnandum longè felicior cithara fermè requireretur quàm tracenſis Orphei, vt hoc vocabulo vtar ex adnotatis, ab Ange. Politia. miſcellaneo. centu. 1. poſt cap. 100. cũ ſimilibus. ſed vt hic liber paulò inferiùs, &
1 quæ † ſequuntur. vtrum primogenitus nuncupetur defuncti primogeniti filius, an ne ipſius frater, atque vter eorum tamquàm primogenitus præferri debeat? tangunt Oldra. conſi. 94. Paul. Caſtrenſ. conſil. 164 lib. 2. Franciſ. Arct. conſ. 162. Alex. conſi. 4. nu. 10. lib. 4. Philip. Dec. conſ 443. Socc. conſ. 252. lib. 2. And. Alcia. conſi. 21. nume. 2. lib. 3. Iaſ. in l. is poteſt, nume. 27. ff. de acquire. hæredita. Matth. Afflic. cap. 1. in initio, num. 13. de ſucceſsio. fæud. & cap. 1. §. omnes

Digitized by Google

omnes filij nume. 11. & inferiùs ſi de fæud. contro. ſit int. dom. & agna. Thomas Grammat. deciſ. 1. Hierony. Gabr. conſil. 107. num. 5. & num. 7. Hyſpanus is, Didac. Couar. cap. 38. num. 6. & nume. 11. practica. queſtio. ita vt articulus iſte valdè perplexus,
2 ſatiſq; arduus, ambiguuſq; reddatur,† & nihilominus in eam itum eſt ſententiam, quòd quãdo primogenitus ex teſtamẽto ipſo vocatur,& ita agatur de primogenitura,quæ procedit ex teſtatoris aſcẽdentis ordine, & ſubſequẽter de ſucceſsione tractetur tunc fatendum erit, nepotem ſemper excludere patruũ ſic egregius ille vir Socc. Iun. conſi. 3. num. 10. lib. 4. vbi de concordi ſententia teſtatus eſt. & receptiùs, & veriùs eſſe, nepotem primogeniti patruum excludere cum ius primogenituræ fuit à teſtatore ipſo ſancitum voluit Hieron. Gabri. ſuperius excurſus quem aſſequitur Franciſ. Mant. tract. de coniect. vltima. volunt. tit. 10. poſt nu. 9. lib. 8.
3 Atquì prenotandum eſt, ſi conſtitutio † vocet proximiorem an filius proximioris cenſeatur excluſus ? & videretur dicendum nepotem per ſubintrationem proximiorem dici atq; ideò fratrem fæudatarij defuncti repellendum ſic docuère Alex. conſil. 88. lib. 1. Philip. Dec. conſ. 484. Iaſ. conſ. 159. lib. 4. cum alijs ſimilibus. attamen altera ſententia melior viſa fuit, vt remaneat filius ille, vel frater proximior, & conſequenter nepotem illum,& primogeniti filium remoueri, ſic ſcribunt Pet. Ancha. conſi. 82. Paul. Caſtrenſ. conſ. 164. lib. 2. Matth. Afflic. in cap. omnes filij vbi ſupra, affluenter defendit,& aſſequutus eſt, Anto. Cannetius in extrauag. ſi aliquem, Iacobi Regis, per illammet conſtitutionem facti ſpecie ibi an filius excludatur à nepote maſculo, num. 8. & nume. 13. fol.
4 285. vt ibi per eum. At † ſuperiùs citatis exagero, pro vera, & effectiua reſolutione Tyb. Decia. conſ. 55. num. 48. lib. 3. & conſi. 7. num. 16. nu. 20. vbi pulchrè declarat. idem conſ. 16. per totum, & nu. 53. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 211. num. 32. lib. 3. & conſ. 999. num. 50. idem copioſiùs ſcribit, conſ. ſuo 981 nu. 33. nu. 36. lib. 10. doctè quoq; explicat, Roland. Vallenſ. conſil. 38. poſt alios, & num. 33. lib. 4. Aym. Sauilia. conſ. 410. num. 5. lib. 3. & conſ. 568. lib. 4. idem comperiùs tradit, conſ. 677. lib. iſto Ant. Cannetius in cap. ſi aliquẽ, ad verbum, præmittendum eſt, num. 65. fol. 237. vbi alter Conſiculus Ioſep. Cumia nu. 38. verbo gradu, quo loci fuſiſsimè, & poſt num. 72. & nu. 118. famoſiſsimam nuncupando queſtionem hanc, atq; multa alia pulchrà primogenituræ, & maioritatis, tangit And. Alciat. conſ. ſuo 138. nu. 11. lib. 5. cum concordantibus à Tyber. Decia. conſ. ſuo 9. num. 18. lib. 2. vbi pulchrè. idem conſ. 23. lib. 4. & examinauit quoq; Ioac. Mynſ. obſerua. 23. centu. 3. ſingul. obſeruat. quo loci ad fauorem filij contra patruum determinauit.

ARGVMENTVM.

In campo legitimationum, & an legitimatus ſpecificè ad fæuda, potiora obtineat iura adeò, vt illorum capax ſit, atq; de legitimationis inſtrumento nùm probet quem illegitimum fuiſſe ?

SVMMÆ.

1 *Natum aliquem non legitimum per legitimationis inſtrumentum probari ex veriori ſententia.*
2 *Legitimatus ad Baroniam, vel fæuda nominè citatis illis quorũ intereſt an ad illorũ ſucceſſionem recipiatur ?*
3 *Duo capita pro hac facti ſpecie ſparguntur. & num. 4. vbi co anguſtatur, & num. 5. vbi ſecundum enarrari.*
6 *Legitimationem alchimiæ haud diſſimilem quæ apparere facit id quod non eſt.*

RACEMATIO 133.

EX infinito hoc atq; vario ſtudiorum genere in quibus preclariſsima noſtræ tempeſtatis ingenia nobiliſsime lector, deſudarũt nulla aut multiplici eruditione vtiliora, vel fructuoſiora maximauè voluptate iucundiora compluribus his quæ huiuſmodi racemationes mox continebunt propè crediderim, ac vtilitas nempè inde per quàm facilè probetur præcipua cum in ſucceſsionis pelago,& Baronum, Marchionumque, & Comitum, atq; Ducum verſetur illud, an eorũ filij legitimati vel per ſubſequens matrimonium, vel alia de cauſſa, ad Baroniæ, vel Ducatus culmen admicti valeãt, vt illius ſolertiſsimi viri Bapt. Egna. veſtigia inſectar in prin. poſt Ange. Poli-
1 tia. ſub tit. lamia, & quæ ſequuntur † ad quę quidem ipſe pro mea tenui facultate cunctarum paleſtrarum athletas non incommodè, vt ſuccintius fieri poſsit, receuſebo. & ne tẽpus conſumere iudicer, veriorem illam aggredior ſententiam legitimationis inſtrumẽtum pro-

tum † probare aliquem haud fore legitimè natum de Pauli mente in l. decem num. 4. vbi Alex. num. 34. vbi Iaſ. nume. 18. de verbo. obligatio. facit in ſimili quia per renūtiationis inſtrumentum hæreditatis illius aditio probetur Socc. Iun. conſ. 129. num. 22. lib. 1. per inſtrumentum quoq; emancipationis patriam poteſtatem præceſſiſſe probari cū ſimilibus à Maſcard. citatis conclu. ſua 971. lib. 2. de probatio. poſt num. 2. & nu. 8. cui aggregentur quæ ſcribit Aym. Sauilia. conſ. 879. ſub nu. 5. conſ. 881. ſub nu. 1. lib. 5.

2 Verùm enimuero † ſitienter quæro, nùmquid legitimatus expræſsè ad fæuda non tamen citatis ijs quorum intereſt, poſsit nihilominus ad ſucceſsionē admictiſ Marcus Aquilinus Calaber in l. Gallus, §. & quid ſi tantū, part. 3. num. 173. de libe. & poſthum. in ea fuit ſententia, vt ni, de conſenſu Domini legitimatus fuerit quòd numquam ſuccedere poterit legitimis namq; deficientibus fæudū ad dominum reuerſum eſt, cui ius iſtud cō petit tamquàm ius formatum, atq; cauſatum ab infæudatione illiuſmodi iuri minimè debilis poſſe etiam Imperator, vel ſummus Pontifex derogare tametſi cum clauſula non obſtante. vt ibi per eum. qui plures allegat, &

3 pcipuè Alex. conſ. ſuo 60. n. 2. lib. 2. ſed † aduertatur obſecro, præfigenda veniunt duo capita alterum eſt, ſi Baronia, vel fæudum eſſet antiquum, & tunc dicendum eſt, ſolius domini conſenſum minimè ſatis eſſe, ſed filiorum, agnatorumque legitimorum requiri quorum intereſt, ex quo ad illos Baronia reuerſura foret, alioquin eis legitimatio diſpendiū, aut perniciem minimè afferret. Alex. in l. gallus. § & quid ſi tantum, num. 25. de libe. & poſthum. faciunt congeſta per Tybe. Decia. conſ. 90. ad finem lib. 2. Caro. Rui. ſcribit, conſ. 36. num. 15. & paulò poſt lib. 1. Philip. Dec. conſ. 85. num. 8. & inferiùs quod

4 attamen † caput coanguſtationem recipit, niſi Baronia illa hæreditaria eſſet, in qua, & ſucceſſor defuncti ratum factum habere tenetur ex adnotatis à Matth. Afflic. in cap. vnico an agna. ampliter docuit Ari. Spinel. in l. 1. part. 3. nu. 81. & inferiùs. C. de bon. quæ libe. & non immeritò per ea quæ admonuit Tyber. Decia. conſ. ſuo 3. num. 154. lib. 4. viuoq; patre nullum agnatis ius quæſitum eſſe videtur. ideoq; neque illorum conſenſus, neq; citatio neceſſariò requiritur, nec vllam eorum mentionem in hac legitimatione fiendam quemadmodum ad hoc immemor non fuit Matth. idem in cap. naturales, num 35. ſecund. notab. & longe inferiùs, ſi de fæud. defunt. conten. ſit int. dom. & agna. vaſ. cū concordantibus alijs à Marco Aquilino conuulſis, vbi ſupra nume. 174. de libe. & poſthum. fol. 64.

5 Alterum caput illud ſit, quòd † ſi agatur de ipſius Domini præiudicio tantum, vt putà in fæudo nouo, & tunc ſufficere domini conſenſum in legitimatione ipſa expreſsim factà ad fæuda ſic ſentire cenſetur Marcus Aquilinus nuperrimè effluxus poſt nu. 173. de materia plura egregia docuit Iacob. Menoch. conſ. ſuo 934. per totum lib. 10. & de progreſſu legitimationis adeundus eſt idem conſ. 19. lib. 1. illud applicandum, quòd le-

6 gitimatio † eſt ſimilis alchimię quæ facit apparere illud quod non eſt Franciſ. Mant. de coniect. vltima. volunta. tit. 10. num. 8 lib. 11. And. Gail. obſeru. 140. num. 19. lib. 2. practica. obſerua. modò reliquum eſt, vt diſpiciamus parumper cætera hūc ſpectantia de quibus inferius ad commodiorem vſum, vberioremq; culturam ex traditis à Maſcar. lib. 1. de probatio. in initio nume. 10. cum concordantibus.

ARGVMENTVM.

Volūtaria iuriſdictio vtrùm exerceri valeat in homines alterius territorij, & de legitimatione an in bonis alibi ſitis ſortiatur effectum atq; in homines quo ad ſucceſsiones extendatur alterius dioceſis & quid de dominio Veneto an recipiantur legitimationes à Cæſare? nonnulla Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 918. lib. 5.

SVMMÆ.

1 *Legitimatio adoptio, manumiſſio, doctorum, ac militum creatio, emancipatio, in voluntariæ iuriſdictionis numerum adſcribuntur.*

2 *Iuriſdictionem voluntariam an liceat in homines alterius territorij exercere? ſunt ſententiæ diſſonæ, & tamen affirmatiua placuit, & nu. 3. & nu. 4.*

5 *Diuiſum Imperium hodie cum Ioue Cæſare habere diſtintaſq; regiones eſſe illarumq; diuerſos dominos.*

6 *legitimationem de eo factam qui legitimantis iuriſdictioni ſubditus non ſit, vani eſſe ponderis, nulliuſq; momenti eſt verior, crebrior, receptiorq; ſententia, & nu. 8.*

7 *Legitimationes Cæſareæ, in Venetorum dominio etiam quo ad ſucceſſiones recipi ex vetuſto*

Digitized by Google

vetuſto uſu demonſtratur, & nume. 9. quamuis Franciſ. Mant. nihil affirmet, & num. 10.

RACEMATIO 134.

NOn leuis eſt ponderis hic legitimationis modus in quem manus iniecturi ſumus etenim pluſquam manifeſtum eſt, in numerum iuriſdictionis voluntariæ noſtri, & vexillarij iuris
1 interpretes † adſcripſiſſe non modò manumiſsionem, emancipationem, adoptionem, doctorum, militumque creationem, verum etiam, & legitimationem ex gloſ. in cap. per venerabilem qui fil. ſint legit. vbi Innocentius na. 3. apertè cauère Signor. conſi. 219. nu. 13. Philip. Dec. conſ. 150. & conſ. 157. & cuncti noſtri in l. vltima, ff. de iuriſd. om. iud. optimè tradit, Roland. Vallenſ. conſil. 88. nume. 33. lib. 1. quos fuſiùs aſſequitur, Pyrrhus Alſa. ad rub. de off. eius cui manda. & iuriſd. num. 5. quo fit, vt non imper-
2 tinenter querendum eſt, an liceat † in homines alterius territorij iuriſdictionem voluntariā exercere, & ſubſequenter naturales filios efficere legitimos? & nempè ſunt pro vtraq; parte ſententiæ quarū prima fuit, Bar. conſ. 75. nu 4. lib. 1. Paul. Pariſ conſ. adhuc 1. nu. 8. lib. 2. Alex. & cæterorum l' vltima vbi ſupra quibus in locis aſſerunt iuriſdictionē huiuſmodi extra territorium exerceri poſſe, & eſt communis * opinio.
3 Altera verò ſentētia fuit† negatiua, & ęquè concordi fulcita ore, vt minimè fas ſit in homines alterius diœceſis eam exercere prout docuerunt Curt. Hieron. Cagno. & alij in l. vltima loco ſuperiùs citato Philip. Corne. conſ. 1. nu. 18. lib. 1. Signo. conſi. 219. nu. 13. Philip. Dec. conſ. 150. nu. 6. & quamuis ſint ſententię diſſonę: atq; concordes, cōmunibusq; ſuffragijs exornatę: attamen ea,
4 & melior † placuit maioribus, patribuſq; noſtris hoc eſt, anterior affirmatiua cui opinioni opitulatur Cęſaris reſponſum, & Iuriſconſulti Iuliani pronuntiatum. in l. 1. C. de emācipatio. libe. & in l. an manumictere, ff. ma nu. vindic. vbi vnius municipij, homines in alio emancipantur, neq; habetur in conſideratione emancipatum illum alterius eſſe municipij, ſed tantummodo vtrum lex municipij duumuiris poteſtatem dederit, & in eo Iuliani pronuntiato probari Iabolenum qui alterius erat Prouinciæ in Africa, ac Siria ſer uos ſuos manumiſiſſe cū congeſtis à Pyrrho Alſa. ſuperius excurſo, num. 15. quod, & verum fore putatur, quando Cæſar idem impe-
5 rabat † ſed hodie quia Regiones diſtinctæ ſunt: ac diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet: atque ideò non modò prouinciarum iuriſdictiones inter ſe ſeparatæ ſunt: verùm etiam illarum domini diuerſi exiſtūt, hac de re opinantur Noſtrates, Cæſarem minimè legitimare poſſe illos qui Romano ſubijciūtur Pontifici, & conſequenter neq; alterum Principem in alterius Principis territorio voluntariam adminiſtrare poſſe iuriſdictionem, ex adnotatis à Pet. Ancha. conſil. ſuo 320. & à Roland. Vallenſ. conſ. 88. lib. 1.
6 Atqui ſi queramus † circa legitimationē ipſam quid obſeruari neceſſe ſit animaduertatur obſecro, ex quo Ioa. Cepha. conſ. 23. num. 76 lib. 1. Didac. Couar. lib 4. decretal. part. 2. cap. 8 §. 8. num. 18. aſſerunt, legitimationem de eo factam, qui legitimantis iuriſdictioni ſubiectus non ſit nullius fore momenti, & ita obſeruari, quæ ſententia, & verior * &* crebior eſſe cenſetur in omnibus ciuitatibus exceptis tamen illis in quibus aduerſa vigeret conſuetudo, ideoq; datur intelligi, vt cuiuslibet etiam loci conſuetudo ſpectanda ſit, ex congeſtis à Franciſ. Mant. tracta. ſuo de coniec. vltima. volunt. tit. 2. ſup. num. 18. & inferius lib. 11. quemadmodum
7 eſt videre in dominio † Veneto in quo legitimationes à Cæſare factæ admictuntur: habentq; effectum omnem in ſucceſsionibus, & cæteris rebus, prout ad hoc locupletiſsimi ſunt teſtes Paul. Pariſ. 1. nu. 15. lib. 2. Hieronу. Cagno. in l. vltima de iuriſd. om. iud. num. 25. pulchrè Tyber. Decia. conſ. 3. nu. 109. lib. 1. quibus aſſentiri viſus eſt, Pyrrhus Alſa. vbi ſupra num. 22. & poſt num. 24. &
8 quòd legitimatio † extra territorium legitimantis effectum non ſortiatur adeò, vt nec legitimatio facta à Cæſare, vel eius Comite palatino extendatur ad bona in aliena iuriſdictione ſita, ex eo quia diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet voluēre Paul. Caſtre. conſi. 180. lib. 1. Aymo. Sauilia. conſ. 277. Philip. Dec. conſ. 55. nu. 3. Socc. Iun. conſ. 142. lib. 1. Alex. conſi. 67. num. 19. lib. iſto cum comprehenſis à Franciſ. Mant. tracta. de coniec. vltima. volunta. tit. 10. num. 43. lib. 11. & poſt nu. 45. vbi de magis * * com-
9 muni teſtatur ſententia, & illud † de dominis Venetis Iaſ. conſ 70. lib. 3. Socc. Iun. conſ. 99. num. 36. conſ. 100. num. 10. & inferius lib. 2. quamuis contrarium aſſerant, nihilominus altera opinio longo vſu, atq; ex diuturna conſuetudine recepta fuit; & ob id in viridi obſeruatione fuiſſe, vt legitimationes ab

Ii Impe-

Imperatore, vel eius Comite factæ in Venetorum præcitatorum dominio ſortiantur effectum quoad perſonas: bonorumq; ſucceſſiones ſicuti meliùs ſcribit And. Alcia. conſ. 17. num. 4. lib. 4. & conſi. 73. num. 13. lib. 9. cum congeſtis à Franciſ. Mant. vbi ſupra,
10 poſt num. 46. qui tamen nihil † affirmare auſus eſt, ſed totum id illuſtriſsimorum Dominorum Arbitrio reliquit, vt ibi per eum, & tamen ipſe cenſeo, prænotandum eſſe Iacob. Menoch. conſ. ſuo 629. num. 14. lib. 7. vſq; ad finem quo loci quatuor principes enarrat caſus poſt doctorum turbã, quos minimè tranſplanto, cùm codex ſit impreſſus.

ARGVMENTVM.

Vtrũ legitimatus verè, & propriè legitimus nuncupetur? & de dictione nihil, que eſt vniuerſalis negatiua. quemadmodum omnis: Aymo. Sauilia. conſ. ſuo 936. num. 8. lib. 5. idem conſ. 721. nu. 4. lib. 4.

SVMMÆ.

1 *Legitimatos quocunq; modo legitimos effectos verè, ac propriè legitimos cenſendos fore.*

2 *Cæſarea conſtitutiones in auten. quib. mod. natu. efficia. legit. §. oportet. & §. ſit igitur licentia, perpenduntur, & nu. 3.*

4 *Dictionem nihil vniuerſaliter operari, & tãtum affert dictio omne, quantum aufert dictio nullus, & num. 5.*

6 *Legitimatus in tantum iudicandus eſt legitimus, vt ſubſtitutum excludat ex crebriori ſententia regulariter.*

RACEMATIO 135.

AT exponendus eſt, ad hanc fermè ſententiam is inueſtigationis pulchrè locus, ad quem ſtatim auidè pergo, librorumq; faſces ita expoſitos en voluo,
1 maiores † igitur noſtri controuertunt nùm legitimatus verè legitimus exiſtimandus ſit? Ias in l. ſi is qui pro emptore, de vſucap. num. 227. & inferiùs ampliſsimè examinat: genericè tangunt, Oſaſcus, deciſ. ſua 118. Roland. Vallenſ. conſil. 83. lib. 3. Curt. Sen. conſ. 13. Iacob. Menoch. conſil. 157. lib. 2. Io. Cepha. conſ. 23. lib. 1. conſ. 285. lib. 2. And. Alcia. conſ. 6. lib. 4. idem conſ. 15. lib. 5. Iacob. Menoch. conſi. 202. num. 156. lib. 3. & ab alijs paſsim genus id circa quod ſi ſingula pſequi velim res in immẽſum penè volumen abiret, & quidẽ breuiter deciſiuè loquendo in eam ventum eſt ſententiam, filios quocunq; modò legitimos effectos verè, & propriè legitimos eſſe: rectèq;
2 eos ita † nuncupari ex Cæſarea conſtitutione in auten. quib. mod. natu. efficia. ſui, §. oportet, perpendendo eo in loco dum Iuſtinianus ait, quibuſq; modis procedunt ad legitimos meliùſq; concinit textus ille, §. reliqui, dum Cæſar idem inquit, reliqui igitur ſunt modi qui à nobis inuenti ſunt, quos percurremus legitimum ius præbentes, & quæ ſequũtur, qui nempè textus generaliter loqui videtur, de cunctis legitimationum modis, & quod naturæ reſtituti ſeu quouis modo legitimati legitimum ius verè habeant, nihilq; differant à legitimis. adducitur vltra complures penè
3 ſanciones † illud apprimè pronunciatum Cæſareum. §. ſit igitur licentia, tit. ſuperiùs citato, contextus eſt in, §. ſit igitur. quib. mod. natu. efficia. legit eo namq; loci Imperator ſic ſcribit, ſit igitur licẽtia patri in prædictis caſibus matrem in priore ſchemate relinquẽti Imperio preces offerre hoc declarantes q̃a naturales filios ſuos reſtituere naturæ, & antiquæ ingenuitati, iuri legitimo, vt ſub poteſtate conſiſtant nihil à legitimis filijs differẽ-
4 tes, ponderanda eſt ea dictio nihil, quæ † eſt vniuerſalis negatiua, & debet vniuerſaliter operari Iulianus, & Martianus, in l. vltima di libe. & poſthu. & in l. ſi is, qui ducenta, §. vtrùm, ff. de reb. dub. atq; omnẽ aufert differentiam Tyber. Decia. conſ. 42. num. 13. & inferius lib. 1. Ludo. Roma. conſ. 379. n. 2. Aymo. Sauilia. conſi. 294. nu. 6. pulchrè Curt. Iun. conſ. ſuo 153. num. 11. & inferius Tyber, Decia. conſ. 38. lib. 3. Ioa. Cepha. conſ. 186. num. 13. lib. 2. cotrahatur, quia nos habemus, quòd quantũ affert dictio omne, tantum aufert dictio nullum Tyber. Decia. conſi. 44. nume. 14. lib. 4. conſil. 122. num. 10. num. 14. lib. 3. conſ. 63 nume. 8. nu. 10. lib. 4. Aymo. Sauilia. conſ. 326. lib. 3. circa princ. And. Barbat. conſ. 84. num. 4. lib. 4. Felin. in cap. graue, num. 4. de off. ordina. Berengarius in l. vnica nume. 56. C. de ſent. paſ. vbi traditum eſt, dictionem iſtã
5 nullam † recipere coanguſtationem cum cõcordantibus à Pyrro Aſta. citatis ad rub. de off. eius cui manda. eſt iurid. num. 199. fol. 29. & de dictione nullatenus, quid dicẽter adcundus eſt, ſi dominum nõ pigeat lectorem, Iaſ. conſ. 7. lib. 1. & quòd nullum ſit inter illos diſcrimen præcipuè ſucceſsionum reſpectu copiosè, doctèq; voluit ex recentioribus,

Marcus

Marcus Aquilinus, in l. ſi is, qui pro emptore, de vſucap. num. 147. & inferius fol. 255. Curt. Iun. vbi ſupra præcognoſcendus erit. & ſenſerat Bart. ciuilis iuris delicium, in l. ſi is qui pro emptore, anteaſcripta, num. 29.
6 crebrioremq; ** teſtatus † eſt Ioan. Cepha. conſ. ſuo 117 num. 20. lib. 1. & conſi. 188. num. 19. lib 2. ac magis communem Franc. Mant. celebri tracta. de coniect. vltima. volunta. tit. 10. num. 10. & ſupra num. adhuc 10. & nu. 11. lib. 11. quo loci, more ſuo vberrimè defendit, pluraq; cumulat. quæ ſi tranſcriberentur, nauſeam ferè prouocarent cum dilatationibus, & coaguſtationibus ſed quoniam ingenioſus cum liber ſit typis excuſſus iã facillimè occurret. non omitto Marcũ Aquilinum ab obiectionibus, & morſibus opinionem hanc latè quoq; ſubſtitiſſe, atq; ideò regulariter ſubſtituram excludere, vt ibi per eos. reliqua verò ad legitimationem ipſam ſpectantia Curioſus lector, adire poterit Iacob. Menoc. conſ. 20. lib. 1. & Marcũ Aquilinum vbi ſupra nume. 154. & paulo poſt nu. 160. Tyber. Decia. conſ. 33. num. 41. num. 45. lib. 5. Iacob. idem conſ. 722. nume. 43. & conſ. 737. nume. 5. lib. 8. vbi quatuor, & principes enarrat caſus idem conſ. 625. nu. 29. & conſ. 687 num. 41. lib. 7. cum infinitis quæ allegari poſſent.

ARGVMENTVM.

Perpulchrum ſubiungitur thema vtrùm filij Baronum per ſubſequens matrimonium legitimati, ſint fæudorum capaces, & an inſtrumenta dotalia ſint de eſſentia, in terris Imperij, & nùm requiratur mulierem ipſam honeſtam eſſe; non mæretricem, minimeq; conditionis viliſsimæ non indoctè perſcrutatur.

SVMMÆ.

1 *Legitimati ob ſubſequens matrimonium an admiſſibiles ad fæudi ſucceſſionem? ſunt pro vtraq; parte frequẽtiores, magiſq; cõmunes iuris interpretum ſententiæ, & n. 2.*

3 *Baronia pro te, & filijs legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio exortis, vel pro te; & filijs ex te legitimè deſcendentibus. legitimatos per ſubſequens matrimoniũ non recipi oſtenditur. & nu. 4.*

5 *Fæudum pro ſe, & filiis legitimis, ac naturalibus conceſſum: legitimatus ob ſubſequẽs matrimonium admittitur.*

6 *Legitimatus, vt ad fæudi ſucceſſionem recipiatur, an prorſus requiri, vt inſtrumenta dotalia præcant? & quid in in Cæſarea diſtione? dux, & principes enarrantur crebriores opiniones, & nn. 7. & nu. 8.*

9 *Auctoris opinio in quam ſententiam procliuior ſit.*

10 *Legitimati ob ſubſequens matrimonium ad hoc, vt admittantur ad Baroniæ ſucceſſionem, an requiratur eos procreatos eſſe ex honeſta muliere? ſunt ſententiæ diſſonæ, & nume. 11. vbi concluditur ex veriori, receptioriq; ſententia nihil referre mulierem uiliſſimam, uel honeſtam eſſe.*

RACEMATIO 136.

NOn me præterit hoc quod ſubdim*, ab alijs ſecùs memorari, ac apud eruditos lepidiſsima eloquutione ſcatere, & ad illud interpretandũ, & explicandum per me eos, ad extremũ vſq;
1 ſudorem diſſudaſſe † an legitimati per ſubſequens matrimonium dicantur propriè, ac verè legitimi, vt habiles eſſe exiſtimentur ad Baroniæ ſucceſsionem? & quamuis Ioa. Cæpha. conſ. 364. lib. 3. quam plura cumulet: attamen a fæudi ſucceſsione minimè repelluntur Curt. Iun. conſ. 136. nu. 1. Philip. Deci. conſ. 155. nu. 3. & inferius de magis cõmuni ** opinione teſtatus eſt Horat. Mandoſ. in additamento, ad Ludo. Roma. conſ. 367. in verbo, non cenſetur, vt ibi per eum. tangit Io. Anto. Cannetius in extranag. volentes, Frederici Regis, ibi dum incipit, ſed operepretium eſt videre, fol. 137. cum deductis, atq; citatis à Franciſ. Mant. tractat. ſuo, de coniec. vltima. volunta. tit. 12. num. 3. lib.
2 11. ſed aduertatur quæſo, aduerſus † hanc quam præcitauimus opinionem textum comperiri ineuitabilem in capit. naturales, ſi de fæud. fuerit contro. vbi traditum eſt, quòd tametſi per ſubſequentiam ipſius matrimonij proles legitima fuiſſet, nihilominus quoad Baroniæ ſucceſsiones habilis minimè eſſe videtur naturales tex. inquit, filij licèt poſteà legitimi fiant, ad fæudi ſucceſsionem, nec ſoli, nec cum alijs admittuntur. quæ litera cùm generatim loquatur genericè intelligi oportet ad hoc iura ſunt vulgaria, & inibi quoq; adnotat Andr. Yſernienſ. quem aſſequitur Ludo. Roma. conſ. 367. num. 9. & de frequentiori iuris * interpretum ſententia quod legitimatus per ſubſequens matrimonium non ſuccedat in fęudo voluit Iacob. Menoch. conſ. ſuo 16. nu. 6. lib. 1. qua propter

3 opinor, duos, & principes † caſus conſiderandos fore, primus ille ſit, vt ſi caſtrum, vel baronia fuerit conceſſa pro ſe, & filijs legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio procreatis, tunc quanuis filij quocunq; modo legitimi facti verè, & propriè legitimi ſint, & appellentur attamen antonomaticè, & in potiori ſignificatu in ſpecie de ijs dumtaxat intelligitur, qui ex legitimo matrimonio ab initio nati fuêre ſuperfluenter ſcribit Marcus Aquilinus, in l. ſi is qui pro emptore de vſucap. n. 154. nu. 156. & nu. 158. & inferius fol. 256. vel quando inueſtituræ verba natiuitatis, atque originis initium reſpiciunt, vt ſi fuerit ſcriptum concedo fæudum pro te, & filijs ex te legitimè deſcendentibus. ideoque legitimati per ſubſequens matrimonium admicti non debent Bal. in cap. 1. §. naturales, ſi de fæud. fue. contro. int. dom. & agna. Ange. conſ. 29. poſt num. 6. Alex. conſil. 5. lib. 7. Curt. Sen. conſ. 35. Ioa. Cepha. conſi. 111. num. 11. lib. 1. Roland. Vallenſ. conſil. vlt. num. 39. lib. 2. cum alijs congeſtis per Francíſ. Mant. vbi ſupra, num. 22. facit
4 † quia legitimatus per ſubſequẽs matrimonium haud dici poteſt verè, & propriè legitimè natus, ſed fictè tantùm Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, antea ſcripta, num. 252. vbi nouè, & redundanter Marcus Aquilinus, nu. 158. cum alijs à Iacob. Menoch. comprehenſis, loco ſuperius adducto, nu. 6. & nu. 7.

5 Alter caſus † ille ſit, vt ſi fæudum fuerit alicui conceſſum pro ſe, & filijs legitimis, ac naturalibus, & tunc legitimatus ob matrimonium ſequens in fæudo ſuccedet: alioquin aliter reſpondendum eſt. Alexan. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, nume. 19. ff. ad trebellia. And. Alcia. conſi. 52. num. 6. lib. 9. cum concordantibus à Francíſ. Mant. ſuperiùs excurſo, num. 16. ex communi * Doctorum ſententia, & num. 22. ita videntur conciliari poſſe ſuperiùs adductæ Fæudiſtarum ſententiæ, nihilominus Ioac. Mynſ. obſerua. 42. teſtatur per dominos Camerales deciſũ fore eos ſucedere dic, vt ibi per eum cent. 5. ſingu. obſeru. quæ autem requirat legitimatio iſta per ſubſequens matrimonium iure ciuili inſpecto ponit Francíſ. Mant. vbi ſupra à num. 5. vſq; ad octauum, & quia liber eſt impreſſus, ſilentio inuoluo congruere videntur, inſignia exempla his quæ citauimus Tyber. Decia. conſ. 37. num. 66. & conſ. 1. num. 8. lib. 3. & conſ. 33. lib. 5. Aym. Sauilia. conſ. 675. lib. 4. & conſ. 991. nu. 81. & paulo inferius lib. 6. idem con. ſ 958. num. 45. lib. 5. & an filij legitimati per ſubſequens matrimonium in numerum legitimorum, ac naturaliũ comprehendantur, omninò videndus erit, Iacob. Menoch. conſ penult. lib 8. per totum, vbi Doctorum turbam more ſuo coaceruat, & quæ opinio ſit admictenda ibidem nume.
6 43. declarat. † atquì non inconcinniter decertatum eſt, quid ſi non præceſſerint inſtrumenta dotalia, nec ſolemnitates aliæ? vtrũ huiuſmodi legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedat in Baronia? Io. Anto. Cannetius Conſiculus, examinat loco præcitato, num. 4. & paulo poſt, & ſecundum eum, eſt quæſtio ardua, atq; difficilis, & quamuis magni admodum momẽti ſit matrimonium de iure Pontificio abſq; inſtrumentis dotalibus ex adnotatis à Philip. Dec. conſ. 155. Hyſp. Didac. Couar. in epito. de ſpõſa. & mat. cap. 8. num. 8. quos aſſequitur, Francíſ. Mant. ſuperius effluxus. poſt num. 7. quo in loco, de communi * ſcribẽtium ore. nihilominus † in
7 eam itum eſt ſententiam, à multis è noſtris, & refertiſsimis quidem viris eos qui Pontifitio iure, ex ſubſequenti matrimonio abſq; dotalibus, vel nuptialibus inſtrumentis legitimi eſſe cenſentur in dictione Cæſaris, vel terris Imperij minimè ſuccedere poſſe. Ang. conſ. 29. num. 4. Curt. Iun. conſi. 136. Socc. Iun. conſ. 52. num. 4. lib. 1. & conſ. 100. nu. 26. lib. 2. Andr. Alciat. conſ. 16. num. 5. lib. 9. quo loci de veriori * * magiſq; communi acte ſtatur ſententia Francíſ. Mant. vbi ſupra nu. 8. Anto. Cannetius preallegato loco poſt nu. 7. verùm enimuerò ſunt qui velint contrariã
8 amplectendo † ſententiam quòd vbiq; ſuccedant. Philip. Dec. 155. Paul. Pariſ. conſ. 13. num 49. lib. 2. Didac. Couar. anteaſcriptus, num. 8. Matthæus Afflic. in cap. 1. §. naturales, verſ. 5. num. 27. & nu. 35. ſi de fæud. defunt. fue. contro. int. dom. & Agna. Vaſal. Iaſ. conſ. ſuo 168. num. 7. num. 8. lib. 4. ampliter ſubſtinet crebrioremq; teſtatus eſt Hieron. Gabri. conſ. 21. num. 14. & inferiùs quos omnes inſectari viſus eſt, Francíſ. Mãt. vbi ſuprà poſt num. 8. quemadmodum inibi per eum. ſcribit Andr. Gail. obſerua. 141. lib. 2. practic. obſerua.

Or, quid exiſtimãdum † ingenioſe lector?
9 ipſe procliuior nempè, & pronior eſſem ad anteriorem ſectandum opinionem, vt in terris Imperij, quo ad ſucceſsionem verior, * receptiorq; ſententia ſit, dotalia requiri inſtrumenta Pet. Duen. in ſuis regu. 350. limitatio. 8. & facit pulchrè l. Imperialis, §. præſenti, C. de nupt. quo in loco Iuſtinianus tradit, ita demum matrimonium conſiſtere inter illam quæ ad honeſtam redijt vitam, virumq; nobilem,

Digitized by Google

bilem, & honeſtum ſi dotalia inſtrumenta cõ
ſecta erunt ſubdit ipſe poſtmodum, filios in-
dè natos effici hoc modo legitimos, & per il-
lum tex. Iacob. Menoch. conſ. 16. num. 13.
lib. 1. vbi de frequentiori * prudentum con-
ſenſu more ſuo librorum moles enumerans,
quam quoq; vti veriorem tenendam, eſſe cẽ
ſuit Comitatenſis meus, Io. Anto. Cannetius
vbi ſupra num. 19. huc conferre videntur, ea
quæ abundè ſcripſit, Pyrrhus Alfa. ad rub.
de off. eius cui manda. eſt iuriſd. num. 22. &
num. 24. vt ibi per eum. & videndus eſt, Ty
ber. Decia. conſ. ſuo 5. per totum lib. 1. vbi
10 copioſiùs quo me remicto. Sed lõgiùs † ob-
ſecro progrediamur, ad hoc, vt filij legitima
ti per ſubſequẽs matrimonium ſuccedere va
leant an requiratur eos procreatos fuiſſe ex
concubina in domo retenta, & quod non fue
rit turpis, infamis, non meretrix, vel viliſſi-
mæ conditionis? & quippè Socc. Iun. conſ.
52. num. 2. lib. 1. Io. Cæpha. conſi. 82. nu.
11. lib. 1. & alij multi à Franſ. Mant. relati
prælibato loco, num. 9. cenſent, filios ipſos
minimè fieri legitimos ſi mulier illa talis fue
rit. & eſt communis * opinio, vt Socc. idem
Iun. docuit, conſ. ſuo 12. num. 6. lib. 4. cæ-
11 terum in alterã & aduerſam † non nulli con-
denſcendẽ e ſentẽtiam, vt filij legitimi fiant
quàmuis mulier ſit vilis, ac abiectæ cõditio-
nis & vir ipſe nobilis. Paul. Caſtren. conſi.
430. lib. 2. Nicol. de Vbal. Peruſ. tracta. de
ſucceſſio. ab inteſta num. 61. & inferius Iaſ.
conſi. 234. lib 2 Hyſpanus Couar. in epito.
de ſponſa & mat. par. 2, cap. 8. §. 2. nume.
9. Senat. Pedamon. pulchrè deciſ. ſua 154.
& veriorem. & ** crebriorem voluit ſenten-
tiam fore, Iacob. Menoch. conſ. 18. num. 14.
& paulo poſt lib. 1. Io. Cæpha. conſ. 435. nu.
100 lib. 3. Anto. Canne. vbi ſupra, nu. 28.
& de magis communi fatetur Franciſ. Mant.
ſuperiùs excurſus, ſuprà num. 10. qui infini-
ta propè coaceruat. multa venuſta de nup-
tijs ipſis, declarauit Iacob. idem conſil. ſuo
225. lib. 3 per totum.

ARGVMENTVM.

Legitimati filij ob ſubſequens matrimonium in articulo mortis contractum vtrùm admittantur ad feudi ſucceſſionem, & an fraus argui poſſet? & an talis legitimatus excludat ſubſtitutum? diſputatur.

SVMMÆ.

1 *Matrimonium cum aliqua concubina cõtractum in articulo mortis vtrùm fraudolentum, & an filij illi ſic legitimati excludãt ſubſtitutum, adeòut ad feudi ſucceſſionem recipiantur? & nu. 2.*

3 *Opinio Caroli Ruini enarratur, ex qua duo cõſtituuntur capita, & num. 4.*

5 *Matrimonium in articulo mortis cõtractum haud fraudolentum preſumi, & ita legitimatum excludere ſubſtitutum niſi fraus, ex alijs coniecturis depromatur, ex concordi ſententia.*

6 *Fraus in dubio non preſumitur abundè tradit Ioſep. Maſcard. conclu. 814. lib. 2.*

RACEMATIO 137.

QVo pacto ſibi locum obtineat Ang.
ſententia, in l. ſed eſt quæſitũ, ff. de
libe & poſthum. nõ alienũ fuit hûc
referre, nec perſpiciẽda tñ ſed in-
troſpiciẽda magis, neq; (quod dicitur) à limi
ne, ac veſtibulo ſalutãda, verũ arceſſenda Ci
tiùs in penetralia (iudicio meo) & in intimã
familiaritatem, vt cum Ang. Politia. miſcel-
1 laneo. cent. 1. cap. 4. exordiar, † vtrũ in mor
tis articulo conſtitus, ſi matrimonium con-
trahat, cum aliqua concubina filij priùs nati
legitimentur adeòut ad baroniæ ſucceſſionẽ
recipiantur? complures reperiri ſententias
liquido conſtat, inter quas, & potiſſima affer-
ri ſolet, Ang. vbi ſupra, inquiens, quòd tam
etſi in articulo mortis conſtitutus, matrimo-
nium cõtrahere valeat, vt filij efficiantur le-
gitimi, hoc nihilominus minimè locum ſibi
vendicat, quãdo in ſubſtituti fraudem fieret
cum qua Ange. ſentẽtia conuenire putantur
Felin. in cap. in præſentia, num. 39. de pro-
batio. Albertus Brun. conſi. 15. nu. 17. atq;
vt veram, & nullatenus ob nubilari amplexus
eſt, Io. Anto. Canne. in extrauag. volentes,
Frederici Siciliæ Regis, quæſt. illa, ſed an cõ-
ſtitutus, fol. 179. num. 13. ex recentioribus
2 Conſiculis noſtris. † Altera opinio fuit, Ale-
xan. in l. ſi quis poſthumus, in initio, nume.
4. de libe & poſthum. Angelo aduerſa, ete-
nim Alex ait, quòd ſi vera eſſet ipſius Ange.
opinio quippè ſequeretur vllo vnquam tem-
pore legitimatum excludere ſubſtitutum: at-
qui iſtud eſſet aduerſus vnanimem iuris in-
terpretum ſententiam cui aſtipulãtur, & Iaſ.
in l. ſed, & ſi quæſitum, vbi ſuprà, & Franc.
Ripenſ. in l. ex facto, §. ſi ſi quis rogatus nu.
48. ad Trebellia. ratio hæc eſſe videtur, mo-
rientem minimè præſumi dolum cogitare ex
fuſiùs adnotatis, à Card. Pariſ. conſ. ſuo 13.
nu. 67 & inferiùs lib. 1. cum alijs ſimilibus.
3 Altera † opinio fuit, Carol. Rui. conſi. 213.
num. 7.

Digitized by Google

num. 7. & paulo poſt, lib. 1. idem conſ. 163. num. 6. & inf: à lib. 3. ex cuius pronuntiatis, colligi poſſunt duo capita primum illud ſit, quòd cùm aliquis matrimonium contrahit in articulo mortis perſpicuè vult, vt in illorum fraudem fecisse exiſtimetur qui eſſent in certis facultatibus ſucceſſuri non ſequuta legitimatione, qua propter legitimatio ea fraudolenta haud debet poſſe naturalibus filijs vtilitatem afferre, atq; ideò cæteris obeſſe. vlteriùs deducitur, verũ eſſe ex hoc ſolo quòd ſubſtitutus extet fraudem minimè præſumi. at quando aliud quoq; concurrit hoc eſt, legitimationem per ſubſequens matrimonium factam fore ab eo in mortis articulo conſtituto, nempè tunc facillimè dicendum erit, in fraudem ipſius ſubſtituti factam eſſe cenſeri, vt ibi per eum, ad quem quiſpiam occurrere

4 poterit. † Secundum caput ſit id, ſi fortè legitimatio facta fuerit alio tempore, quam in articulo mortis, vel ingenti ęgritudine, & tũc manifeſtè datur intelligi fraudis pręſumptionem quieſcere, & ita concordem opinionem locum habere, vt legitimatus ſubſtitutum excludat hęc ille Carol. Rui. eo trahãtur, And. Alciat. conſ. 140. num. 6. lib. 9. Io. Cepha. 276. num. 30. & inferius lib. 2. abundè proſequitur Francisc. Mant. tract. de coniec. vlt. volunt. tit. 13. lib. 11. poſt num. 2.

5 Poſtrema † ſententia fuit non nullorum, & quidem melior, legitimatum ob matrimonium in articulo mortis conſtitutum excludere ſubſtitutum enimuerò matrimonium in articulo mortis contrahi poteſt ex quò ſolo conſenſu perficitur. Nicol. Mozz. tract. ſuo de contrac. ſub tit. emptio. & venditio. circa prin. num. 18. & eſt communis * opinio, ex Alex. & alijs in l. ſi quis poſthumos, de libe. & poſthum. num. 4. qua de re, ſenio confectus, minimè prohibetur matrimoniũ contrahere affluenter Hyſpanus Didac. Couar. in epito. de ſponſa. & matrimon. part. 2. cap. 8. §. 2. nume. 10. Tyber. Decia. conſil. 83. num. 32. lib. 4. & inſumma tunc legitimatus ob matrimonium in articulo mortis contractum ſubſtitutum non excludit quando aliunde conſtare poſſet in fraudem contractum eſſe, atq; ideò à vero alienum fore iudicatur matrimonium illud contractum intelligi ad euerſionem fideicommiſsi, niſi ex alijs coniecturis fraudis cõſilium colligatur, vt puta fuiſſe comminatum ſubſtituto quòd illum excluderet, ſic Gabriel pri. conclu. nu. 54. de legitima. lib. 6. Paul. Pariſ. conſ. 13. num. 57. & nu. 68. lib. 1. Carol. Rui. conſil. 78. nu. 8. lib. 3. Philip. Dec. in cap. in præſentia, nu. 56. de probatio. Curt. Iun. conſ. 26. num. 9. affatim Hiero. Gabriel conſ. ſuo 24. nu. 3. vbi de communi * ſententia. alio-

6 quin in ambiguo † fraus minimè præſumitur, ex ſolo hoc qđ quis habeat ſubſtitutum Socc. Iun. conſ. 178. num. 23. lib. 2. Io. de amicis conſ. 24. Philip. Dec. conſ. 313. Aymo. Sauilia. conſ. 319. cum multis alijs à Maſcard. deductis, concluſ. 814. poſt num. 2. de probatio, lib. 2. illud quoq; applicandum eſt, legitimatum excludere ſubſtitutum ſi conſtaret matrimoniũ in articulo mortis fuiſſe contractum vigore præcedentis prommiſsionis quemadmodum ſuper hac facti ſpecie immemor non fuit, Io. Cepha. conſ. 239. num. 17. lib. 2. quam nempè opinionem locupletiſsimè aſſequutus fuit, Franciſ. Mant. vbi ſuprà, ſub num. 2. & poſt num. 5. quo me conij. io. & tamen præcognoſcendus eſt, Iacob. Menoch. conſ. 580. lib. 6. vbi pulchrè diſtinguit idem, & copioſe & doctè conſi. 971. lib. 10. cum concordantibus.

ARGVMENTVM.

Si alicui fuerit conceſſa baronia pro ſe, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, vel ex legitimo matrimonio nũquid legitimatus per ſubſequens matrimonium recipiatur? & quòd ſemper attendatur inueſtituræ forma, & origo prima Tyber. Dec. conſ. 83. nu. 6. nu. 10. lib. 4.

SVMMÆ.

1 *Inueſtitura eſt illa quæ omni fæudorum naturæ derogat. Tyber. multa conſil. ſuo 3. num. 151. lib. 3.*

2 *Fæudum pro ſe & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, an admittatur ad illud legitimatus ob matrimonium ſequens? examinatur, & num. 3. vbi altera tranſcribitur opinio.*

4 *Ioannis Antonij Cannetij Conſiculi ad hanc hypotheſim opinio in extrauag. volentes.*

5 *Auctoris animaduerſio quid ſenſerit ſuper hac difficultate.*

6 *Sententia receptior eſt, vt ſi fæudum fuerit conceſſum pro ſe, & hæredibus legitimè deſcendentibus ex corpore ſuo: legitimatum per ſubſequens matrimonium non ſuccedere.*

7 *Verba quæ naturaliter, & ciuiliter intelligi poſſunt: in dubio naturaliter potiùs quàm ciuiliter, accipi debere.*

RA-

RACEMATIO 138.

CElebratiſsimus Iureconſultus Bald. in cap. 1. de duobus fratrib. à capita. inueſt. dulciloquem concinnatus eſt, inueſtituram † omni ſeudorum naturæ derogare, & vim, naturamq; contractus, conceſsioniſq; demonſtrare Roland. Valenſ. conſ. 53. lib. 3. ſcribit Tyber. Decia. conſ. 49. num 4. lib. 5. cum alijs ab Anton. Canne. citatis, in extrauag. ſi aliquem, quæſtio. penult. & quia ſupra num. 4. & inferius fol. 335. idem tenor inueſtituræ inſpiciendus eſt Bal. in prælud. fæud. ſub nu. 47. cui ſtandum eſt in fæudalibus, vt congerit D. Octauius Gloritius in eius comme. cap. ſuper literis in 2. not. ſub. nu. 64. de reſcrip qui ſubdit, quod apud nos Siculos, tenor inueſtituræ, forma appellatur allegat Canne. in cap. volentes in §. explicitis num. 3. & Nicol. Intrigl. ſub nomine mode. in tract. de fæud. cent. 1. quæſt. 10. num. 50. ſuper quo videndus eſt Iacob. Menoch. conſ. ſuo 303. num. 56. lib. 1. de inueſtitura ipſa plura venuſta ſcribunt Roland. Vallenſ. conſil. 1. num 9. idem conſ. 48. num. 52. & conſ. 90. nu. 28. lib. 4. Tyber. Decia. conſi. 30. num 37. lib. 3. Iacob. Menoch. conſ. ſuo 474. num. 3. lib. 5. Aymo. Sauilia. conſi. 639. num. 8. lib. 4. Tyber. idem conſ. 58. num. 23. num 25. lib. 2. ideoq; non immeritò perſcrutandum eſt, an legitimatus per ſubſequẽs matrimonium, ſit fæudi capax quotieſcunq; inueſtituræ tenor dictaret pro te, & hæredibus de tuo corpore legitimè deſcendentibus, vel ex legitimo matrimonio? candide lector, pro hac hypoteſi duæ † reperiuntur ſententiæ principes

2 prima ſententia fuit, Bal. in cap. naturales, nume. 5. ſi de fæud. fue. contro. int. dom. & agna. & eiuſdem conſ. 367. lib. 5. & aſſeclarum Alex. conſ. 5. num. 3. lib. 3. Carol. Ru. conſ. 92. num. 13. & inferiùs lib. 3. Roland. Vallenſ. conſ. vlt. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 35. num 22. Anto. Nat. conſ. 624. nu 21. Ludo. Gozad. conſ. 25. num. 2. quibus in locis, aſſerunt, huiuſmodi legitimatum haud recipi debere, & eſſe ſententia * concors.

3 Altera † opinio fuit, & quippè aduerſa, vt legitimatus is, ſub tali conceſsione ad baroniæ ſucceſsionem minimè prohibeatur admitti de ſententia And. Yſernienſ. præcitato c. naturales, ſi de fæud. fue. contro int. dom. & agna. quem aſſequitur Matth. Afflic. eo loci poſtremo notab. num. 25. & voluit, Paul. Caſtren. in l. vlti. C. de his qui ven. æta. Card. Pariſ. conſi. 14. lib. 2. Iaſ. conſ. 168. nume, 6. lib. 4. & eſt * communis ad hũc ſententia atqui Anton. Canne. ex recentioribus Conſiculis, ad extrauag. volentes Frederici Siciliæ

4 Regis † quæſtio. ſed quid ſi dictaret inueſtitura, num. 9. fol. 176. duos videtur conſtituere caſus, quorum potiſsimus ſit is quòd ſi inueſtituræ verba dictarent pro te, & hæredib. legitimè deſcendentibus, atq; ex legitimo matrimonio natis, & ſic verba eſſent geminata, & tunc dicendum erit, legitimatum per ſubſequens matrimonium haud recipi valere ad fæudi ſucceſsionẽ. ſic procedant Allegata per Bal. conſ. 367. lib. 5. Philip. Dec. conſ. 155. in extremo, ac Carol. Rui conſi. 92. num. 16. lib. 3. & Roland. Vallenſ. conſ. vltimo vbi ſuprà. ſecundus caſus ille ſit, vt ſi verba nõ ſint geminata, ſed vt propoſuimus, & tunc tenenda erit, opinio contra Bald. illiuſq; aſſeclas, vt talis legitimatus ob ſubſequens matrimonium à baroniæ ſucceſsione minimè repellatur: & ait communiorem, & veriorem ** ſententiam fore, vt ibi per eum.

5 At † ipſe audacter præter celebres aliorum opiniones ſentio, in hac difficultate duo ſpargenda eſſe capita, quorum vnum illud ſit, vt ordinatè procedamus, ex coaceruatis à Ioſep. Maſcard. lib. 1. de probatio. circa prin. num. 10. ſi baronia eſt conceſſa pro ſe, & filijs legitimis, atq; naturalibus: & tunc legitimatus per ſubſequens matrimonium meritò ſuccedet in fæudo, vel baronia & ita procedat ea quam precitauimus, communis opinio, quam obſeruarunt Alex. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 19. ff. ad Trebellia. Matth. Affic. in cap. 1. §. naturales, ſuperiùs allegato in quinto notab. Hyſpanus is Didac. Couar. in epito. de ſponſ. & matrimonio: part. 1. cap. 8. §. ſecundo, in extremo, And. Alciat. conſ. 52. num. 6. lib. 9. vbi de magis communi ** cum deductis à Franciſ. Mant. tractat. de coniect. vltima. voluntа. titu. 12. nume. 16. lib. 11. atque à Iacob. Menoch. conſil. 16. nume. 4. libro 1.

6 ſecundum caput † eſt, vt ſi forte fæudum fuerit conceſſum pro ſe, & filijs legitimè deſcendentibus, vel ex legitimo matrimonio, & tunc * receptior ſententia ſit, legitimatum ob ſubſequens matrimonium minimè admitti, & ita gradiatur altera opinio, quam aſſequitur Iacob. Menoch. vbi ſupra, num. 6. & num 20. vbi pulchrè declarat. eo accedat, Franciſ. Mant. vberrimè effluxus, num. 22. corroboratur hoc, etenim verba in dubio in ſpecie, non in genere accipi debent ex traditis, ab Vlpia. in l. hoc legatum, vbi Bar. de legat. tertio, & in l. qui liberis, §. hæc verba,

Digitized by Google

verba, vbi Iaſ. de vulga. & pupilla. ſubſtitu. Tyber. Decia. conſ. 19. num. 225. lib. 3.]at in ſpecie intelligi debent de legitimè nato antonomaticè, & in potiori ſignificatu Iaſ. in l. ſi domus, §. ſi fundus, de lega. 1. vlteriùs legitimè natus eſt de communi diſpoſitione vtriuſq; iuris quo ad omnia legitimus: legitimatus autem eſt, de iure ſpeciali, vel ex priuilegio ſpecificè conceſſo: ſed verba ſecundum commune, & regulare ius, & non ſecundum ius ſingulare intelligi debent, ex adnotatis, ab Alex. in l. apud Iulianum, §. conſtat. de lega. 1. Iaſ. in l. 2. nume. 4. vbi Dec. nu.
7 8. C. qui admit. cum ſimilibus. Ad idem † optimè facit quia legitimè natus legitimus eſt naturaliter: legitimatus verò ciuiliter: atqui verba quæ naturaliter, & ciuiliter intelligi poſſunt: naturaliter potiùsq; ciuiliter in ambiguo accipi debent. Paul. Caſtrenſ. & cæteri ſcribentes in l. vltima, C. de his qui ven. æta. impetra. cum fuſiùs citatis, à Marco Aquilino in l. ſi is qui pro emptore, de vſu cap. num. 155. num. 157. & nume. 158. fol. 256. ac à Iacob. Menoch. conſ. ſuo 999. nu. 42. lib. 10. ſuperiùs nihilominus adductis ipſe conuoco, eundem Iacob. conſ. 799. num. 42. & longè inferiùs lib. 8. vbi omninò videatur.

ARGVMENTVM.

Vtrùm fæudum nouum adiecta clauſula conceſſum, vt antiquum cenſeatur, nouum nihilomininus iudicandum? videto caſum per Andr. Alcia. conſi. 32. poſt nume. 3. lib. 3.

SVMMÆ.

1 *Baronia antiqui fæudi iure conceſſa nùm iudicanda noua?*

2 *Opinio illuſtrior eſt, ob præcitata verba baroniam illam antiquam exiſtimari.*

3 *Fæudum nouum quod vetus cẽſeatur, pro antiquo eſſe, atq; fratri in ſucceſſione fratris locum patere.*

4 *Marcus Aquilinus Calaber, doctor inſignis.*

RACEMATIO 139.

INter celebres, illuſtreſq; viros illud auctoritatis non paruæ pronunciatum diſcuti ſolet, numquid baronia antiqui fæudi iure † conceſſa
1 verbis illis minimè refragantibus, noua exiſtimetur? ſuper qua enimuero facti ſpecie duæ comperiuntur opiniones, altera fuit. Iaſ. conſ. 152. lib. 2. And. Tyraquel. tracta. ſuo ligna. §. 32. gloſ. 1. & vn. num. 32. & inferius atq; Oldra. conſ. 178. ex quorum verborum complexu, manifeſtè datur intelligi, ex ijs verbis haud deſinere nouam eam baroniam eſſe quandoquidem rei veritatem ſuperiùs citata verba non mutant: & eſt com-
2 munis * opinio actamen † ſunt, & alij auctoritatis non incogniti ſcriptores qui opinãtur, & quidem meliùs ea verba in inueſtitura poſita iure antiqui fæudi, baroniam ipſam efficiant antiquam iuremeritò quemadmodum ſcripsêre Andr. Alcia. de præſump. regu. 3. præſumpt. 28. num. 4. Curt. Iun. tract. fæudo. part. 1. quæſtio. 8. Iaſ. conſ. 1. lib. 3. quã ſententiam veriorem * teſtatus eſt, Cannet, Conſiculus in extrauag. volentes, quæſtio. ſed quid ſi fuerit in dicta forma ſtricta, fol. 117. num. 2. cui addo, And. Gail. obſer. 50. lib. 2. pract. obſerua. vbi de multiplici effe-
3 ctu enarrat. ideoq; fæudum † nouum adiecta Clauſula conceſſum quòd antiquum cenſeretur: pro antiquo eſſe, atq; fratri in ſucceſſione fratris locum patere. ex quò quamuis princeps qui mutandi poteſtatem habet, cõditionemq; fæudi deteriorandi facere minimè poſsit, vt fæudum nouum vetus, vel paternum ſecundum veritatem ſit: nihilominus benè illi antiqui paterniuè fæudi iura tribuere poteſt: vt in omnibus, & per omnia quo ad effectum baronia noua pro paterna,
4 vel auita, & antiqua habeatur. † & ita tenuêre Io. Crotus in l. ſi is qui pro emptore, de vſucap. num. 86. vbi And. Alcia. nume. 19. vbi, & nouè, & pulchrè Marcus Aquilinus, inſignis doctor Calaber, num. 118. fol. 253. eo trahantur, Curt. Sen. conſi. 49. num. 16. num. 19. Curt. Iun. conſi. 1. num. 13. Paul. Pariſ. conſ. 5. num. 11. lib. 1. cum deductis à Io. Cepha. conſ. 302. num. 50. lib. 3. ſcribunt, Alexa. conſil. 34. lib. 5. Philip. Dec. conſil. 53. pulchrè Hiero. Alba. conſ. 3. nu. 4. num. 8. Roland. Vallenſ. conſ. 3. num. 7. lib. 4. idem conſ. 60. num. 11. num. 46. quo loci de magis * * cõmuni ſententia lib. 1. declarat Iacob. Menoch. conſ. ſuo 523. num. 9. lib. 6. Aymo. Sauilia. conſ. 1000. num. 321. lib. 6. & conſ. 639. num. 9. lib. 4. conſ. 509. num. 7. lib. 3. conſ. 614. nu. 3. lib. 4. idem, conſil. 952. lib. 5. cum concordantibus. ab eodem Aymo. conſ. ſuo 926. lib. iſto conſil. 674. num. 21. lib. 4. & videndus Iacob. Menoch. conſ. 158. lib 2. Roland. Vallenſ. conſil. 32. num. 7. lib. 3. ſed quid è contrario an fæudum

Digitized by Google

ſeudum antiquum concedi valeat, vt nouum? Andr. Gail. obſerua. 49. lib. 2. prac. obſer. per media plura, negatiuè concludit. idem Ioac. Mynſ. obſerua. 49. cent. 2. ſingul. obſerua. de huiuſmodi pugna idem latè obſeruat. 83. 84. cent. 4.

ARGVMENTVM.

De feudo ex pacto, & prouidentia, & vtrùm in ambiguo cenſeatur hæreditarium: an ne proprium, atq; rectum? multa Ioſep. Cumia in præludijs, cap. ſi aliquem, num. 268. num. 272. fol. 49. & quando dicatur ex prouidentia? copioſè Tyber. Dec. conſil. 3. num. 168. nume. 188. lib. 4. multa idem conſ. 58. num. 27. lib. 2.

SVMMA.

1 *Feudum in dubio ex pacto, & prouidentia eſſe putari, & nu. 4. vbi de magis communi ſententia.*

2 *Baronia pro te filijs, & nepotibus, atq; pronepotibus, uel tuæ proli, uel generi ex pacto, & prouidentia exiſtimatur.*

3 *Feudum ex pacto, & prouidentia eſſe uideri quãdo eſt conceſſio facta Titio, & liberis, uel Petro filio ſuo, & nu 7.*

5 *Baroniã pro te liberis, & ſucceſſionibus quibuſcunq; maſculis ex pacto, & prouidentia iudicari, & quid de fæudo pro ſe, & hæredibus maſculis ab eo legitimè deſcendentibus? & nu. 6.*

8 *Vaſſallum de fæudo ex pacto, & prouidentia diſponere non poſſe.*

RACEMATIO 140.

QVis non videt fæudum in dubio ex pacto, & prouidentia præſumi qd, & Codices impreſsi nobis perſuadere
1 † contendunt; euidentiſsimeque ſcribunt? vt And. Yſernien. capit. 1. qui fæud. dar. poſ. Alex. conſ. 19. nume. 5. lib. 5. Iaſ. in l. 2. num. 188. C. de iur. emph. Philip. Dec. conſ. 78. Curt. Iun. conſ. 1. nu. 11. Paul. Pariſ. conſ. 23. nume. 134. lib. 1. Socc. Iun. conſ. 42. nu. 3. lib. 3. Didac. Couar. cap. 18. num. 3. & poſt nume. 4. varia. reſolutio. Ludo. Gozad. conſi. 4. nume. 26. pulchrè Oſaſcus deciſ. Pedemont. 160. Ioa. Cepha. conſ. 303. num. 32. lib. 3. & conſil. 311. nume. 1. lib. iſto, vbi declarat. ſcribit Iacob. Menoch. conſ. 987. num. 17. lib. 10. & ita per Camerales deciſum fuiſſe teſtatur, Ioac. Mynſ. obſeru. 2. num. 3. ſingu. obſer.
2 cent. 4. ſed apud † eruditos quęri aſſolet, per quę verba oſtendãtur fæuda ex pacto, & prouidentia? candide lector, ſcriptum reperimus, quotieſcunq; in inueſtitura ipſa compræhenſa eſſent eo pronuntiata à concedente, vt concedo tibi caſtrum, vel baroniã pro te filijs, & nepotibus, vſq; in infinitum deſcendentibus, vel tibi ac tuę proli, vel pro te, tuiſq; poſteris, vel generi. Roland. Vallen. conſ. 55. num. 4. & inferius lib. 3. equidem omnia iſta ſic enuntiata dictant fædum eſſe, ex pacto, & prouidentia Arius Pinel. in l. 1. part. 3. nu. 90. C. de bon. mater. Curt. Iun. conſ. 3. num. 2. Alex. conſ. 18. num. 12. lib. 5. Roland. Vallenſ. conſ. 78. ad finem lib. 4. idem Alex. conſ. 30. num. 15. lib. 1. Tybe. Decia. conſ. 71. num. 9. lib. 5. vel mauis fæu-
3 dũ † ex pacto, & prouidentia nuncupari, qñ eſt facta conceſsio Titio, & liberis. erit quoque ſeudum ex pacto, & prouidentia ſi fuerit in inueſtitura dictum, Titio, & Petro filio ſuo. ampliter docuit Iacob. Menoch. conſ. 61. num. 9. num. 13. lib. 1. & ſcribit Tybe. Decia. conſ. 71. vbi ſupra, cum concordantibus ab And. Gail. obſer. 154. lib. 2. prac. obſerua. & quòd in dubio cenſeatur fæudum potiùs rectum, & proprium quàm non rectũ, & ita ex facto, & prouidentia voluêre Sigiſmun. Loffre. conſ. 1. num. 99. & num. 128. Matth. Afflic. in cap. 1. nu. 10. an agnatus,
4 & † de ** magis communi atq; veriori teſtatus eſt Ioſep. Maſcard. conclu. ſua, 767. nu. 4. num. 5. & poſt num. 10. lib. 2. de probatio. vt ibi per eum. & præſertim quando nõ eſt hæredum mentio facta ex congeſtis, ab Alex. conſ. 26. num. 13. conſ. 28. nume. 18. lib. 5. Philip. Deci conſ. 185. num. 3 & ſenſerat And. Yſernien. in cap. 1. §. hoc quoque, de ſucceſ. fæud. num. 7. at minimè otioſum eſt quærere, ſi inueſtitura dictum fuerit, ſit
5 tibi conceſſa baronia talis † pro te liberis, & ſucceſsionibus quibuſcunque maſculis, nùm iudicetur fæudum ex pacto, & prouidentia? quod herclè facillimè concedendum erit, ea namq; verba pro ſucceſſoribus, de ſucceſſoribus ſanguinis etiam non hæredibus non intelliguntur, Philip. Dec. conſil. 239. poſt num. 4. Curt. Iun. conſ. 109. num. 14. Roland. Vallenſ. conſ. 67. num. 25. lib. 1. Soc. Iun. conſ. 73. num. 14. lib. iſto Philip. idem conſ. 411. nu. 1. quos aſſequutus eſt, Iacob. Menoch. anteà ſcriptus, nu. 11. vbi de com-
6 muni * ſententia. † idem adhûc cenſendum erit, de fæudo pro ſe, & hæredibus maſculis

ab eo legitimè deſcendentibus, vt indicetur ex pacto, & prouidentia ex traditis, à Io.Cepha. conſ. ſuo 301. num. 105. lib. 3. Rolan. Vallenſ. conſ. 29. nu. 32. lib. 3. vbi de fæudo conceſſo per ſe, & hæredibus maſculis, & in ſumma illud dicitur fæudum ex pacto, & prouidentia principis ſimpliciter, & abſolu-
7 tè quãdo eſt conceſsio † facta Titio filijs ſuis, ac deſcendentibus maſculis nam ex quò nulla eſt facta mentio de heredibus minimè requiritur filios in baronia ſuccedentes neceſſario patris, vel aui hæredes fore quandoquidem ſeparata eſt ſucceſsio fæudi à ſucceſsione allodialium Baronum. ſic egregiè inquit, Iacob. Menoch. conſ. ſuo, 158. num. 3. lib. 2. quo loci plura cumulat, de multorum iuris interpretum ſententia de quo nempè fæudo
8 vaſallus † ipſe minimè diſponere poterit cà. 1. de ſucceſ. fæud. Andr. Yſer. cap. 1. tit an agna. etiam pro anima relinquendo vnam cãdelam Roland. Vallenſ. conſ. 50. num. 4. & inferius lib. 3. vbi de communi * ſententia dari enim videtur, liberis ex prouidentia cõcedentis. Philip Dec. conſ. 445. nu. 8. vbi de communi * ſententia teſtatus eſt. Ludou. Gozad. conſ. 9. num. 53. Cachera. deciſ. Pedemo. 160. Roland. Vallenſ. conſ. 28. lib. 3. latè Maſcar. vbi ſupra num. 4. & inferius. atquì ſuperius allatis, multa coaceruari poſſet, cæterùm pro coronide quadam conijcio te, ad eruditiſsimum Iacob. Menoch. conſ. ſuo 745. num. 29. lib. 8. & meliùs, & copioſiùs conſ. 999. lib. 10. quo loci diſtinguit, doctèq; explicat ea quę præcitauimus. & ob vſum regni baronia conceſſa per ſe, & hæredibus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus hæreditaria iudicatur teſtibus à Iacob. Menoch. citatis conſ. ſuo 202. nu. 61. lib. 3. & videndus eſt Tyber. Decia. conſ. 3. nume. 152. & longè inferiùs num. 183. nu. 188. lib. 4. ſed Franc. Mila. ex Conſiculis aliter teſtatus eſt poſt alios deciſ. ſua 7. lib. 1. cum concomitantibus.

ARGVMENTVM.

De fæudo hæreditario, eiuſq; natura, & quis in eo ſuccedat, atque ideò per quæ verba oſtendatur id hæreditarium eſſe. pulchrè Iacob. Menoch. conſ. 202. num. 51. & latè inferiùs lib. 3. & quando dicatur hæreditarium Iacob. idem conſ. ſuo 598. lib. 6.

SVMMAE.

1 *Fæudum ſimpliciter, & abſolutè hæreditariũ nuncupari, ſi inueſtitura dictet pro ſe, & hæredibus & quid ſi compræhenſum fuerit pro te, & hæredibus quibuſcunque? & num. 5.*

2 *Hæredibus pronuntiatum, baroniam hæreditariam eſſe demonſtrat, ex ueriori ſententia. & num. 3.*

4 *Fæudo in hæreditario quis nõ admittitur niſi hæres, uel filius, uel agnatus.*

6 *Fæudi hæreditarii natura eſt ut uaſallus facultatem habeat diſponendi.*

RACEMATIO 141.

Illud haud quaquàm prætererim eminentiſsimum Iacob. Menoch. non inelegantem ſcriptorem memoriæ reliquiſſe, hæreditariũ fæu-
1 dum † id abſolutè nuncupari cùm ſimpliciter dictum eſt concedo caſtrum Sempronio, pro ſe, & hæredibus, Tyber. Decia. conſil. 58. num. 26. vbi de concordi * ſententia lib. 2. Roland. Vallenſ. conſ. 55. idem conſ. 53. lib. 3. nu. 6. locupletiſsimè And. Gail. obſerua. 154. lib. 2. pract. obſeru. namq; in eo herclè nemo ſuccedere poteſt qui non ſit vaſſalli hæreſ. & ſenſerat And. Iſer. in cap. Imperialem, §. præterea, de prohib. fæud. alie. per fride. vbi Camerarius, Philip. Dec. conſ. 185. Paul. Pariſ. conſ. 3. nu 9. lib. 1. eiuſq; natura eſt, vt cui ſibi libuerit à vaſallo relinqui poterit hæc Menoch. ille conſ. ſuo, 158.
2 num. 4. lib. 2. & quòd † verbum hæredibus, oſtendat baroniam hæreditariam eſſe ſcripſêre. Andr. idem Yſer. in cap. 1. §. & olim, de ſucceſ. fæud. Alex. conſ. 55. nume. 6. lib. 4. Philip. Dec. conſ. 445. num 8. Curt. Iun. conſ. 1. num. 12. & conſi. 78. Hyſpanus is, Didac. Couar. cap. 18. num. 3. lib. 2. varia. reſolutio. Aym. Sauilia. conſ. 256. in extremo Alex. conſ. 19. lib. 5. Paul. Pariſ. conſi. 23. num. 171. lib. 1. Matth. Afflic. in tit. an agna. And. vbi ſupra, §. hoc quoq;. Hieron. Alba. conſ. 30. num. 9. vbi aſſerit, ex ijs verbis, dignoſci fæudum hæreditarium fore ex communi * ſcribentium ſententia adeundus eſt, Io. Cepha. conſ. 311. num. 36. num. 39. & conſ. 301. num. 104. & conſ. 307. nume.
3 34. lib. 3. & veriorem † opinionem * eſſe cõceptam inueſtituram pro te, & hæredibus, hæreditarium facere fæudum voluit ex recentioribus Conſiculis, Anto. Canne. in extrauag. volentes conſequenter differendum eſt fol. 45. num. 11. vbi explicat affluenter quo pacto in Regno elargatum fuerit verbum hæres, in materia fæudali, & quaſi per totum, cum ſuis dilatationibus, & coãgultationibus, vt ibi

Digitized by Google

vt ibi per eum. quem non tranſcribo. eo trahatur, Iacob. Menoch. conſ. ſuo 104. nume. 9. lib. 1. idem conſ. 479. num. 8. lib. 5. coprosè Ioſep. Maſcard. concluſ. 767. num. 1. lib. 2. de probatio. vbi de magis * * communi ſcribentium ſchola ait, fæudum id, in hæreditatis peticione venire ex Franciſ. Burſa. conſ. 89. num. 33. lib. 1.
4 † in quo quippè hęreditario fæudo quis minimè ſuccedit niſi is hæres ſit, agnatus, vel filius quemadmodum admonuerunt Alex. conſil. 10. poſt nu. 8. lib. 3. Paul. Pariſ. conſ. 2. num. 25. & inferiùs lib. 1. Iaſ. conſil. 180. poſt nume. 4. lib. 2. Philip. Dec. conſ. 208. nu. 7. & paulo poſt; atque de magis concordi ore ſcribit Franciſ. Burſa. conſ. 3. num. 3. lib. 1. quibus omnibus aſſentitur Maſcard. loco ſuperiùs citato num. 2. & inferius latè Roland. Vallenſ. conſi. 32. num. 29. lib. 3.
5 fæudum † ad hunc ſimpliciter, & abſolutè hęreditarium fertur, ſi receptum fuerit, pro ſe, & hæredibus quibuſcunque ex pronuntiatis, à Socc. Iun. conſ. 72. num. 22. & paulo poſt, lib. 1. Roland. Vallenſ. conſi. 1. num. 45. nu. 47. lib. 3. Ludou. Gozad. conſ. 26. num. 1. cumfuſius deductis, à Franciſ. Mant. tracta. locupleti de coniect. vltima. volunta. tit. 9. nu. 4. lib. 7. & cum ſimilibus & concordantibus ab Aym. Sauilia. conuulſis conſ. ſuo 606. lib. 4. ſcribit Rolandus conſ. 42 lib. 4. qua propter inferri videtur, eam hæreditarij fæudi
6 naturam † eſſe, vt de illo vaſallus abundè, & teſtari, & diſponere poſsit ex adnotatis, ab Anto. Nat. conſ. 501. nu 14. lib. 3. & poſt num. 22. atq; à Paul. Pariſ. conſ. 106 num. 29. lib. 1. cum multis alijs, à Iacob. Menoc. conuulſis, conſ. ſuo 104 nu 19. lib. 1. concordat Io. Cepha. conſ 389. num. 8 lib. 3. vbi inueſtitura pro ſe ſuiſque hæredibus, hæreditarium fæudum dictare iudicatur. abundè ſcribit Conſiculus Ioſep. Cumia, ad caput, ſi aliquem, in præludijs ſub nu. 82. nu. 87. num. 130. num. 285. Roland. Vallenſ. conſ. 34. nu. 84. conſ. 42. & in ſpecie idem, conſ. 48. num. 15. num. 51. lib. 4. egregiè docuit, Iacob. Menoch. conſ. 906. nu. 6. conſil. 940. lib. 10. declarat inſignis ille doctor Tyber. Decia. conſ. ſuo 117. num. 25. & inferius lib. 3. pulchrius idem conſi. 3. nume. 152. & latè inferius, & de verbo hæredibus, nu. 168. lib. 4. idem conſ. ſuo 83. n. 9. lib. iſto.

ARGVMENTVM.

De fæudo mixto, illiuſq; natura indagatur, & de Baronia per ſe, atq; hæredibus maſculis, & vtrùm vox maſculis, ſubintelligatur in hæredum pronuntiato ſcribit Tyb. Decia. conſ. ſuo 3. nu. 192. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 401. num. 12. lib. 5.

SVMMÆ.

1 *Fæudum ex pacto, & prouidentia, & hæreditarium ſimul quod? & nu. 2.*
3 *Fæudi mixti natura eſt, ut uaſallus de eo teſtari poſſit inter ſuos, & ſuccedens ſit primi inueſtiti hæres.*
4 *Baronia pro ſe, & hęredibus maſculis, an eos hæredes eſſe oporteat?*
5 *Fæudum ſi pro ſe, & hæredibus recipiatur, utrùm uox maſculis, ſubintelligatur?*

RACEMATIO 142.

AVget locus ille, quid ſit præterea fęudum mixtum, non ineptè à multis quæritur, & diligentiùs, ſcitiùſq; enarrare videtur, vexillarius ſanè Iacob. Menoch. conſ. 158. ſæpiùs citato, nu.
1 5. lib. 2. fæudum † igitur mixtum hoc eſt, ex pacto, & prouidentia Principis, & ſimul hæreditarium, illud denominari ſi fuerit dictũ, concedo pro te, & filijs tuis maſculis & hæredibus. enimuerò vtrumq; fuit compręhenſum quandoquidem duæ hæ qualitates fuerunt compræhenſæ, quòd filij ſint, & hæredes, ita animaduerſum reliquerat, Oſaſcus deciſ. ſua 161. vel ſi conceſſum fuerit fæudũ pro ſe filijs, & hæredibus ex adnotatis, à Io. Cepha. conſ. 311. num. 36. num. 57. & pulchrè declarat idem conſ 303. num. 111. lib. 3. fæudum mixtum ex pacto, & prouidentia hæreditariumq; quid ſit, vt ibi per eum. in-
2 ſigniter † concinit, Iacob. Menoc. conſ. 104. nu. 15. lib. 1. quo in loco inquit, ex illis pronuntiatis, hoc eſt, filijs, & hæredibus legitimis maſculis, dignoſci fæudum eſſe quodammodo mixtum ex pacto, & prouidentia, atq; hæreditarium. ſenſerant Didac. Couar. cap. 18. nume. 3. propè finem lib. 2. varia. reſolutio. Sigiſmund. Loffred. conſ. 46. num. 11. Ar. Pinel. in l. 1. part. 3. nu. 87. C. de bon. mater. & eſt communis * opinio & ſupra nu. 18. vbi de veriori teſtatus eſt ſententia. recenter docuit, egregius Iacob. Menoch. conſil. ſuo 999. nu. 7. vbi doctorum turbam enarrat lib. 10. quos non tranſplanto, ne citiùs papyrum denigrare videar. idem examinat, conſ. 677. num. 1. num. 8. conſ. 931. num.
3 20. lib. iſto † quod ſi anxiè ſciſcitaretur, quęnam ſit illius fæudi mixti natura, facilè reſpõ

Digitized by Google

dent noſtri eã fore, vt vaſallus inter ſuos te-ſtari poſsit quos redũdanter attulit, Cacher. deciſ. 161. nu. 6. eſt, & prӕcitati fӕudi quoque natura, vt is qui in eo ſuccedit ſit primi inueſtiti hӕres, ſuorum anteceſſorum perſona mediante, Philip. Dec. conſ. 390. num. 5. Paul. Pariſ. conſ. 65. num. 32. lib. 3. Alber. Brun. conſ. 18. nu. 14. Iul. Clar. §. fӕudum, quӕſtio. 9. verſ. ſed quӕro an oporteat, lib. 4. ſententia. quos aſſequitur Menoch. ſuperius excurſus, num. 16. & nu. 17. vbi paulò inferius de concordi * ſcribentium ſententia aſſerit. ex ſuperiùs citatis itaq; liquidò datur intelligi, ſuccedentes in fӕudo oportere, & filios, vel deſcendentes eſſe, atq; hӕredes.
4 ſed quid ſi accipiatur Baronia † pro ſe, & hӕredibus maſculis vtrùm oporteat eos hӕredes fore? Sylua. conſ. 30. Beto. conſ. 67. nu. 75. & inferiùs Aymo. Sauilia. conſ. 131. poſt num. 8. Socc. Iun. conſ. 42. num. 7. & paulo poſt, lib. 3. Philip. Dec. conſil. 78. And. Alcia. conſ. 1. poſt num. 9. lib. 3. & nu. 16. ſcribunt quòd ſic, & eſt concluſio concors * per Io. Cepha. deducta, conſ. ſuo 303. num. 39. lib. 3. vbi more ſuo doctorum turbam citat. tangit Ioſep. Cumia, in prӕludijs, cap. ſi aliquem, Iacob. Regis, nume. 282. & Iacob. Menoch. diſtinguit quo nam pacto intelligatur, conſ. ſuo 977. num. 4. & inferius lib.
5 10. illud † quoque tranſeunter applicandum eſt, ſi fӕudum receptum ſit pro ſe, & hӕredibus, an idẽ ſonet de hӕredibus maſculis? & nẽpè in campo fęudali legimus nos ipſi, nihil intereſſe mẽtionẽ fieri de hęredibus ſimpliciter, & abſolutè, vel de hӕredibus maſculis. ex quò in inueſtituris pronuntiatũ id maſculis, ſub intelligitur. adeòut hӕredis appellatio de filio maſculo accipiatur. atq; ideò ſub hęredis nomine, vocem illam maſculis in eſſe voluẽre Anto. Rub. conſ. 18. num. 3. Philip. Dec. conſi. 185. Matth. Afflic. in cap. 1. §. ſimiliter, nu. 20. de leg. Corrad. Curt. Iun. conſ. 41. num. 1. cum affluenter adductis, à Io. Cepha. vbi ſupra num. 41. & inferiùs vbi num. 44 indubitatum eſſe ait, vt ibidem per eum, doctè comprobantem. cui addo Tyb. Decia. conſ. ſuo 83. num. 9. lib. 4. declarat Ioſep. Cumia, in pręludijs cap. ſi aliquem, Iacob. Regis, num. 285. Iacob. Menoch. voluit, conſ. 722. nũ. 69. lib. 8. & ab alijs paſſim ferè genus id. videndus eſt, idem conſi. ſuo 202. num. 57. & latè inferiùs lib. 3. atq; Aymo. conſ. 960. lib. 5. Iacob. idem conſi. 158. lib 2. & quod nuncupetur fӕudum hӕreditarium ſecundum quid? Aymo. conſil 965. num. 19. lib. 5. Conſiculus idem Ioſep. Cumia ſuper rit. fol. 387. num. 60. num. 61. num. 62. & inferiùs.

ARGVMENTVM.

Baroniӕ vtrùm onus ſit dotis reſtitutio: & an rectè duci poſſit argumẽtum de fӕudo ad fideicommiſſum, & è contrario? prӕnotandus venit Franc. Milanenſ. deciſ. ſuӕ, 5. num. 63. lib. 1.

SVMMÆ.

1 *Fideicommiſſo bona ſuppoſita pro dotis conſtitutione, & reſtitutione diſtrahi.*
2 *Dotis reſtitutio, an fӕudi onus? adeòut alienari permittatur?*
3 *Autoris opinio in hac hypotheſi, & num. 6. & num. 7.*
4 *Argumentum à fӕudo ad fideicommiſſum, & è contrario validi eſſe momenti.*
5 *Dos ex vera iuris ſententia reſtitui ex bonis fideicommiſſo obnoxiis non prohibetur. & eſt magis concors opinio de qua inferiùs, & num. 8. vbi plures citantur.*

RACEMATIO 143.

PRimum omnium illud apud te ſtatum relinquam vir amiciſsime, locum eſſe adijciendum eodem capite, ac loco propè modum contiguo quem ferè adhùc non animaduerteram
1 ex veriori * nempè, & receptiori ſententia † ſtatutum eſt, fideicõmiſſo bona ſubiecta pro dotis ipſius conſtitutione, atque reſtitutione alienari poſſe, quemadmodũ in eam me traxere, & Iaſ. in auten. res quӕ, C. comm de legat. num. 29. Curt. Iun. conſi. 59. Philip. Dec. conſ. 376. Roland. Vallenſ. conſi. 85. num. 29. nu. 33. lib. 1. Ludo. Gozad. conſi. 97. nume. 10. Hyſpanus ille Didac. Couar. cap. 6. varia. reſolutio. lib. 3. poſt num. 10. copioſè Iacob. Menoch. conſi. 7. lib. 1. nu. 5. ſed an idem cenſendum erit, in fӕudorum ſyluis, vt dotium reſtitutio ſit Baroniӕ onus? ſunt qui velint, quòd tametſi dotis conſtitu-
2 tio ſit fӕudi onus, nihilominùs † ſecus eſſe videri, in reſtitutione, And. Yſer. capit. 1. §. quid ergò, núm. 6. de inueſtitu. de re alien. fact. vbi dumtaxat loquitur de ſororis dote, & de reſtitutione minimè. atq; alij, ab Ant. Canne. deducti in extrauag. volentes, quӕſtio. & cum ſuperiùs, num. 2. & inferiùs, fol. 89. dum tractat de fӕud. ex pacto, & prouidentia,

Digitized by Google

dentia, vt ibi per eum qui poſt num. 8. conatus eſt, hanc defendere ſententiam, & antè eum iam ſenſerant Bal. in capit. 1. §. rurſus, num. 8. de contro. inueſt. Matth. Afflic. cap. 1. §. donare, quali. fæud. alien. poſ. Io. Crot. in l. 1. ſolut. mat. ex quorum pronuntiatis, datur intelligi, Cæſaream illam Sancionem, res quæ, C. commu. de legat. in fæudis minimè ſibi locum obtinere, verum enimuerò ſi
3 adoleſcentulus † perſcrutetur, in quam opinionem inclinare velim, operæ pretium erit, adhibita trutina, & acri iudicio, vtriuſq; ſententiæ verba ſuſpendere, vt cum Io. Baptiſta Piò concinam annotationibus ſuis in apuleium, quæ ſint roſæ, laureæ, poſt principia. at, vt citò me expediam, reſpondi breuiter, Anto. Cannie. ac cæterorum opinio, nec cum puer adhuc eſſem perſuaderi poterat, vt in eam adducerer ſententiam, dotis reſtitutionem Baroniç onus non fore. profectò nos le-
4 gimus, quòd † interpretatio ea, quæ recipitur in fideiçommiſsis: recipitur, in fæudis, per ea quæ cumulat, Franciſ. Mant. ſuo celebri tracta. de couiec. vltima. volunta. tit. 18. lib. 8. poſt num 5. & vlt. dicebam, & de fæudo, ad fideicommiſſum argumentum deduci rectè poſſe, ex Io. Cepha. conſ. 313. nu. 31. lib 3. & è contrario Iacob. Menoch. conſil. 89. nu. 65. lib. 1. Philip. Dec. conſ. 445. nu. 33. quem aſſequitur Iacob. idem nuperrimè effluxus, conſ. 104. num. 60. his accedit Tyber. Decia. conſ. 3. num. 212. lib. 4. & conſ. 14. num. 6 lib. 5. Iacob. idem conſ. 781. num. 107 lib. 8. atqui vera eſt iuris ſen-
5 tentia, † multorum auctoritate ſuffulta. dotem datam poſt iniunctum fideicommiſſum, ex ipſo reſtitui debere, ſic memoriç prodiderunt Paul. Caſtren. conſil. 15. lib. 1. Alexā. conſ. 67. num. 4. lib. 4. Socc. conſ. 23. lib. 3. Iaſ. conſ. 157. lib. 2. Emilia. conſ. 144. Aymon. Craue. 291. in extremo, Didac. Couar. cap. 6. num. 10. lib. 3. varia. reſolutio. Roland. Vallenſ. conſ. 85. nume. 33. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 59. nu. 3. Philip. Dec. conſ. 376. & conſ. 519. nu. 2. pari igitur melodia, & de fæudo ipſo.

Secundo loco ſuffragatur is præcitati Ayſauilia. locus inſignis, vbi conſuluit, dotis augmentum cōſtitui poſſe à muliere ipſa de bonis fideicommiſſo obnoxijs. ſi itaq; minimè prohibetur augmentum hoc conſtituere quanto fortiùs fas erit, dotem iam præſtitam ex fideicommiſſo repetere ex quò in augmēto ſilere quodammodo cenſeatur priuilegij cauſa. quæ eſt ne indotata remaneat mulier cum abſq; illo dotata ſit ex Paul. Caſtr. conſ. ſuo 311. poſt nu. 3. lib. 1. argument. eorum quæ ſcribit Tyber. Decia. conſ. ſuo 20. circa princip. lib. 2.

6 Tertiò ad idem † ſpectare videtur, receptiſsimam * nempè cunctorum fore ſententiā, dotem poſſe ex facultatibus iam fideicommiſſo ſuppoſitis conſtitui. cæterum maior ratio eſt fideicommiſſum iam iniūctum pro dotis reſtitutione diſtrahi quàm pro conſtitutione. idq; ſuadetur, quia quando de dotis conſtitutione tractatur, quodammodo mulier agit de lucro aſſequēdo cum iactura ſuccedere in fideicommiſſo debentium quibus, cùm ſuppoſita ſint bona ea, dos veluti ex re aliena haud exiſtimatur à muliere conſtitui poſſe. cùm autem de dote agitur reſtituēda, de damno euitando mulier agit. ſi igitur Cæſar permiſit, bona alienari fideicommiſſo obnoxia pro conſtitutione, ergò fortiùs pro reſtitutione argument. eorum quæ docuit Tyber. Decia. conſil. ſuo 45. num. 7. lib. 4.

7 Quartò, † & vltimò ſtabilitur ſentētia hęc egregia Iacob. Menoch. doctrina, conſ. 33. num. 12. & latè inferiùs qui admodum ſuaui, ac blandiloquenti ſermone comprobat, & n. 27. & poſt num. 38. vbi de concordi ** magiſq; communi teſtatus eſt idem conſ. 7. nu. 5. lib. 1. quo in loco in ſpecie conſuluit, Menoch. ipſe maternam dotem in bonis fæudalibus reſtituendam fore ſi alia bona allodialia non ſuperſint ad gratiā Illuſtriſsimæ Beatricis vbi quoq; de veriori, & receptiori paulo inferiùs. idem quoq; non inſubtiliter explicat, conſ. ſuo 378. num. 31. & paulò poſt lib. 4. intrepidè firmauit Conſiculus Ioſeph Cumia in capit. ſi aliquem Iacobi Regis, ad verbum antiquis, num. 486. num. 491. ſcri-
8 bit Pet. Surd. deciſ. 62. de materia † obiter ſi tibi otium erit, ſcribunt, And. Alcia. conſil. 96. lib. 9. Roland. Vallenſ. conſ. 20. nu. 5. lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 318. nu. 35. lib. 4. Io. Cæpha. conſ. 177. num. 10. lib. 2. & de intellectu autent. res quæ vbi ſupra inſignia nonnulla tradidit exempla, Iacob. idē conſ. 796. nu. 13. & longè inferiùs lib. 8. cum concordantibus alijs à Tyber. Decia. conſ. ſuo 18. num. 25. & inferiùs lib. 2. prænotandus eſt Iacob Menoch. de præſump. præſu. 190. lib. 4. ac ex Conſiculis Fran. Milanenſ. deciſ. 7. num. 38. & latè inferiùs lib. 1.

ARGVMENTVM.

De hærede conficiente inuentarium & in hereditaria baronia ſuccedente vtrùm reuo

care

Digitized by Google

care poſsit alienata à defuncto ipſo, & an ei proſit inuentariũ? & de fæudo hæreditario aliqua venuſta Iacob. Menoc. conſ. 498. nu. 11. & conſ. 454. num. 15. lib. 5. ac Aymon. conſil. 745. lib. 5. conſi. 913. num. 12.

SVMMÆ.

1 *Filius vaſalli an reuocare valeat à patre diſtractum fæudum inuentario confecto? diſputatur, & nume. 4. vbi contraria, & opinio melior.*

2 *Hæredem filium alienationi fæudi ex pacto, & prouidentia contrauenire poſſe, præcipuè quando teſtatoris factum eſt aduerſus legis diſpoſitionem, & num. 3.*

5 *Fæudum ſi eſt hæreditarium, hæres ſiue conficiat inuentarium, ſiue non, defuncti facto ſtare tenetur. ex Papiniani reſponſo, & nu. 8. vbi inſolidum hæreditarijs creditoribus obligatur.*

6 *Martiani doctiſſimi pronuntiatum, in l. filius familias, §. cum pater, de lega 1.*

7 *Hæredem pro fæudo hæreditario etiam confecto inuentario contrauenire haud poſſe oſtenditur.*

9 *Fæudi in hæreditarij ſucceſſione, uenire, ut filios, utque hęredes, ex inueſtiturę forma.*

10 *Fęudum in ambiguò an pręſumatur antiquũ, uel nouum? remiſſiuè.*

RACEMATIO 144.

DVbio procul leuè hoc fortaſſe quibuſdam viſum iri nõ ambigo, quod in præſentia dicturus ſum, an vaſalli filius † etiam inuentario con-
1 fecto reuocare poſsit alienata in tantùm, vt minimè aſtringatur ſtare diſpoſitioni factæ ab ipſo defuncto? reſpondendum videbatur affirmatiuè, idq; multis rationibus, & legibus probari poſſe iudicatur. primùm præſuppoſito quòd fęudum eſſet, vel hęreditarium, vel ex pacto, & prouidentia quamuis hæres venire nequeat aduerſus defuncti factum ex Imperatoribus Maximiano, ac Diocletiano, in l. cum à matre, C. de rei vendica. & per illum tex. Iaſ. conſ. 238. ſupra num. 2. lib. 2. And. Alcia. conſ. 40. num 10. lib. 6. & vbique genus id. attamen facilè in eam iuriſinterpretes nos traxêre ſentẽtiam, nempè defuncti facto hæredẽ contrauenire poſſe quãdo illud teſtatoris factum nullius eſt momenti ſic And. Yſer. cap. Imperialem, poſt nu. 6. de prohib. fæud. aliena. per frede. Thom. Grammat. deciſ. 93. num. 8. Socc. Iun. conſil. 77. nu. 134. lib. 1. Aymo. Sauilia. conſ. 200. nume. 5. cum alijs concordantibus, à Iacob. Menoch. deductis, conſ. ſuo 559. nu. 4. lib. 6.

2 Secundo loco † pro dubitationis incremẽto facit, quòd cùm teſtator ipſe neceſſe habeat hęreditatem, vel bona aliqua hęredi ſuo relinquere tunc minimè compellitur hęres defuncti factum ratum habere, ex Gloſſemmatis mente, in cap. 1. §. hoc quoque, verbo inueſtiri, de ſucceſsio. fęud. quo loci habetur, vt ſi pater alienauerit fęudum ex facto, & prouidentia filio ipſi debitum, & ob id filius efficiatur patris hæres, poteſt herclè illi alienationi contrauenire: ſubſcripsêre Aymo. Sauilia. conſ. 200, num. 7. Iaſ. conſ. 56. lib. 3. Thomas ſuperiùs excurſus, num. 11. Philip. Dec. conſ. 445. num. 56. at vaſallus eſt huiuſmodi meritò.

3 Tertiò facit, pro hac † parte ex quò quando teſtatoris factum eſt aduerſus legis diſpoſitionem illi hęres cõtrauenire valet, ex adnotatis, à Curt. Sen. conſ. 1. circa finem Iaſ. conſ. 168. in extremo, lib. 4. actento quòd filius patris hæres minimè obſeruare tenetur patris ipſius voluntatem, atq; diſpoſitionem cùm ad ſui fraudem, ac perniciem facta fuit. igitur datur intelligi baronis hæredem, alienationi aduerſari rectè poſſe.

4 Cæterùm † in contrariam cogor ire ſentẽtiam, duos nempè diffundendo principes caſus, quorum primus ille ſit, vt ſi fęudum eſt ex pacto, & prouidentia: quod ſucceſſor obtinere poterit abſq; eo quod ſit hæres ſui immediati anteceſſoris, & tunc ſi efficitur hęres illius, qui alienauit, atq; confecit inuentariũ dumtaxat approbare tenetur teſtatoris factum quatenus habet ex ipſius teſtatoris facultatibus ratio hæc eſſe videtur, etenim per inuentariũ in eo ſtatu conſtituitur in quo fuiſſet priùſquam hęreditatem adiuiſſet, quo fermè tempore reuocare poterat, fęudumq; cõſequi ſine hæreditate. ſecundus caſus, quòd ſi fęudum eſt hęreditarium, & tunc ſtatuenda regula erit, vt ſiue conficiatur inuentariũ, ſiue non: ſemper hęres defuncti facto ſtare
5 tenetur. ad quam † probandam ſententiam, & ſubſequenter duos hoſce principes caſus, adducitur primuùm Papiniani Micantiſsimi reſponſum, in l. vnum ex familia. §. ſed ſi vno, de lega. 2. quo quidem loco enarrat, vt ſi fundus qui in familia conſeruari debuit, à teſtatore extraneo legatus fuit fundus is vendicari poterit ab eo ex familia, qui defuncto legãti hęres minimè efficitur. hęres igitur q. alioquin

Digitized by Google

iure ſuo, & ipſe vendicare potuiſſet doli exceptione repellitur. attento quòd valdi eſt momenti argumentum de fęudo, ad fideicōmiſſum, & è contrario. Io. Cepha. conſ. 313. num. 31. Philip. Dec. conſ. 445. nume. 33. quem aſſequitur Iacob. Menoch. conſ. 104. num. 60. lib. 1. & voluit idem conſ. 400. nu. 41. lib. 4. Roland. Vallenſ. conſ. 51. num. 4. lib. quòd 4. & ab alijs paſsim. & de materia inuentarij Aym. Sauilia. conſ. 1000. Tepet. Bellariorum incipit annis ſeptem, nu. 6. nu. 68. nu. 81. nu. 85. 94. lib. 6.

6 Secundò moueor, † Doctiſsimi Martiani pronuntiato, in l. filiusfamilias. §. cum pater, de lega. 1. eo enim loci iureconſultus concinit, hęredem pro ea parte qua teſtatori hęres eſt, qui fundum fideicōmiſſo ſuppoſitum alteri legauit, fundum illum minimè reuocare poſſe. accedant Alex. conſ. 3. in initio lib. 3. atq; Ludo. Roma. conſ. 18. nu. 4. vbi Hora. Mandoſ. in additamentis ad eum, qui alios conſonantes citat. quibus in locis, voluêre filium heredem patris effectum haud poſſe fideicommiſsi bona ſibi debita à patre ipſo diſtracta reuocare memoriæ quoq; prodidit Carol. Rui. conſ. 7. nu. 39. lib. 1. doctè ſcribit ad materiæ ſplendorem, Ioac. Mynſ. obſerua 21. ſingul. obſeru. cent. 4.

7 Tertio locò † impellit ad ita tenendum pro hæreditario fæudo, ea, & non infrequens iurisinterpratum ſententia, qua inquiunt, filium alienationi, ac diſpoſitioni à patre factę de fęudo pręcitato haud contrauenire poſſe. Matth. Afflic. Neap. deciſ. 240. nume. 11. etiam inuertario confecto Caro. Rui. conſil. 1. num. 13. lib. adhuc 1. Paul. Pariſ. conſi. 23. num. 198. lib. iſto ratio hæc eſſe videtur, quòd filius, vt in eo fæudo ſuccedat hæres quoq; eſſe debet. at hæres non poteſt defuncti factum impugnare igitur datur intelligi eum, fæudum alienatum minimè recuperare poſſe Roland. Vallenſ. conſ. 2. num. 40. lib.

8 1. & quòd ſi fæudum † hæreditarium apparet, hæredes etiam ſolemne inuentarium cōficientes inſolidum hæreditarijs creditoribus obligentur, voluit Alex. conſ. 19. lib. 1. Curt. Iun. conſil. 3. atq; ideò ad huiuſmodi fæudum aliquē qui hæres non ſit admitti non valere opinantur, Alex. idem, conſ. 13. lib. nuncàſcripto, & Philip. Dec. conſ. 88. num. 6. quos inſectatur Hiero. Alba. conſi. 2. nu. 27. & nume 28. affluenter docuit, Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 44. lib. 3. per totum. vbi complures tranſplantauit commilitones, & quòd non profi iat in hæreditario fæudo inuentarium ſenſêre Curt. Iun. conſ. 155. Anton. de Alex. conſi. vlt. inter conſilia Sigiſmund. Loffre. num. 51. Ludou. Gozad. conſ. 4. Hyſpanus Didac. Couar. cap. 18. lib. 2. varia. reſolutio. ex Cōſiculis proſequitur Anton. Cannet. in extrauag. volentes, Frederici Cęſaris, ibi conſequenter differendum eſt, nu. 35. fol. 47. vbi aſſerit receptiſsimā ** fore ſententiam hanc in Regno magiſq; communem, vt ibi per eum. & quid in fæudo hæreditario. ſecundum quid? Aymo. conſ. 960. num. 14. lib. 5. **

9 Quartò, & vltimò robur, & fomentum, accipit †opinio hęc viriliori auctoritate Iacob. Menoch. conſ. ſuo 89. num. 34. & num. 68. lib. 1. vbi pulcherrimè defendit, & in ſpecie aſſequitur more ſuo plura cumulans quæ ſilētio pertranſeo. ex eo quia venire debeant ſicuti filij, & vti hæredes Ioa. Cæpha. conſil. 303. num. 38. lib. 3. & conſequenter eos facultatem non habere alienata reuocandi, Tyber. conſ. 3. nume. 154. lib 4. videndus eſt Roland. Vallenſ. conſ. 53. num. 2. lib. 3. & conſ. 48. num. 15. nu. 16. lib. 4. multa Roland. idem conſ. 3. lib. iſto. ſed citius ea rata, firmaque ſubſtinere. ſuperiùs allatis, faciunt congeſta, ab eodemmet Cæpha. conſ. ſuo 393. num. 46. & num. 50. lib. 3. & idem anteà ſenſerant, Ludó. Roma. conſ. 140. ad finem Io. de Amic. conſ. 3. num. 17. Matth. Afflic. deciſ. 285. nume. 11. Io. Cæpha. vbi ſupra, nu. 49. quo in loco citauit, Iacob. Menoch. reſponſum 89. fæudum autem vtrùm

10 antiquum † an ne nouum exiſtimetur in dubio, notabiliter, & latè tradit Ioſep. Maſcar. conclu. 771. lib. 2. de probatio. quibus omnibus aggrego, Ioſep. Cumiam, in præludijs cap. ſi aliquem Iacobi Siciliæ Regis, nu. 85. vbi de magis ** communi interpræ tum ſententia Aymo. Sauilia. conſ. 1000. num. 6. & alibi in repetitio. lib. 6. Iacob. Menoch. conſil. 454. num. 18. conſ. 464. num. 31. lib. 5. idem apertiùs circà inuentariū egregiè conſuluit conſ. ſuo 506. nu. 16. lib. 6. & de fæudo, ex pacto, & prouidentia quod reuocari valeat ab Agnatis idem conſ. 545. num. 23. lib. 6. cum concordantibus, & quod dicetur fundum nouum? declarat Roland. Vallenſ. conſ. 16. nu. 13 lib. 3. & quid de pręſcriptionibus ſtatutarijs quomodo intelligantur? tangit Iacob. idem conſ. 837. nu. 46. lib. 9. **

ARGVMENTVM.

De duobus eodē partu exortis, eodēq; tempore in lucē proditis quis maior, quiſnam ad fęudi ſucceſsionem admitti dicatur?

SVM

SVMMÆ.

1 *Maſculum cenſeri primo natum ſi mulier, & fœminam inſimul, & maſculum peperit, ex vera legis ſententia.*

2 *Natis duobus: priorem tamquàm potiorem admitti ad Baroniæ ſucceſſionem.*

3 *Duo ſi naſcantur, & ignoretur quis prior in lucem proditus fuerit, an ſit locus gratificationi?*

4 *Formoſiorem, robuſtiorem, atq; animoſiorẽ, priùs natum fore indicari.*

5 *Fœminam quamuis per horam anteà natam: maſculum non excludere.*

RACEMATIO 145.

AB hoc ſeculo migrauit quidam baro vxore ſua pregnãte relicta quę maſculum, ac fœminam in ſimul peperit quęſtionis eſt, & quidem denſiſ-
1 ſimæ an † Maſculus primùm natus exiſtimetur, an ne fœmina, & ſic quis ad Baronię ſucceſſionem recipi valeat? concluſiuè loquendo, vbi laborare non expedit ad fauorẽ maſculi afferunt, Bar. in l. ſi fuerit, §. vlt. ff. de reb. dub. vbi Paul. Caſtr. Philip. Dec. in l. 2. num. 47. de regu. iur. And. Alcia. tract. ſuo, de prçſumptio. regu. 1. prçſump. 49. num. 4. Guido Pap. tracta. iſto, ſupra nume. 6. cum alijs à Maſcar. citatis conclu. ſua, 1083. lib. 2. de probatio. tametſi nõnulli fuerint in aduerſa ſententia, vt ibi per eum, poſt num. 3. ſubdentem, de iure veram eſſe opinionem hanc dicant quicquid velint, prçcitati ſcribentes cum ſuis nihilominus coanguſtationibus, quas non tranſcribo apud eum videri poſſunt. natus itaq; cenſetur primò maſculus, & non fœmina.
2 Atquì longiùs † progrediens, non ineleganter dubitatur, quis nàm anteponatur in Baronia ipſa ſi duo eodem partu, eademque tempeſtate nati fuerint? Iucũde lector quęſtio iſta ſcindi percommodè valebit in quatuor, & breuia capita quorum primum illud eſt, ſi duo naſcantur & ſciri poterit quis eorum fuerit in lucem proditus, & tunc facillima eſt concluſio, eum tamquàm potiorem, atq; anteſignatum preferri debere quãmuis poſteriorem natum priorem conceptũm fuiſſe dicatur ex multorum teſtimonijs, ex quò minimè conceptio, ſed natiuitas in conſideratione habetur. nec ſatis eſſe ſi vter illorũ prior manum demonſtret, niſi, & totus is primitùs exoriatur quemadmodum de natiuitate Phares, & Zaram in diuina ſcripturã, vt pinguiùs tranſcribit Conſiculus Ioſep. Cumia, ad caput ſi aliquem, Iacobi Sicilię Regis, in verba maior natu, num. 200. & paulò inferiùs.
3 Secundum caput, quòd † ſi fortè ſciri nequit quis prior natus ſit, & tunc eo ventum eſt, vt vterq; recipiatur tùm in dignitatibus: tùm etiam in cęteris rebus ex benigniori, cõgruentioriq; ſententia, à Ioſep. Cumia poſt And. Tiraquel. conſcripta, vbi ſuprà nume. 202. ſaluo, niſi alter eorum poſſideat, vt ibi per eum qui tamen ſub num. 204. ex mente Pet. Grego. ſubiungit, locum eſſe gratificationi quem Princeps eligere voluerit ex quò in Regno Sicilię fęuda adminiſtationis, vel exercitij iuriſdictionis indiuidua fore putãt.
4 Tertium caput † ſit, vt quamuis data paritate omnimoda gratificationi locus eſſe valeat, attamen coanguſtatur locum ſibi minime obtinere. ſuperiùs adducta ſi alter formoſior, rubuſtior, vel perfectior apparuerit quãdoquidem tamquàm prior de carcere materno exiuiſſe prçſumitur quo ſit, vt anteponendus veniat, vt potè fulgentior, & dignior, argumen. eorum quę tradit, Tyber. Decia. conſ. 19. num. 33. & conſ. 12. circa. princ. lib. 3. cum ſimilibus.
5 Quartum, † poſtremumq; caput, ſi naſcantur, & maſculus, & fœmina quòd maſculus etiam minor natu fęminã excluderet tametſi fœminam per horam prior nata fuerit quàm maſculus ex quò potentior eſt ſexus prçrogatiua ſicut accidit in facto, Ioſep. Cumię ſuperius excurſo nume. 209. inter geminos ſuos filios Antoninam, & Alexandrum nam dicit ipſe, ſi feudum habuiſſem, Alexander Antoninam excluderet, vt ibi per eum, affluentiùs comprobantem. & quando concurrunt maſculus, & fœmina quòd maſculus prçferatur quomodo procedat, videto ſi placet Iacob. Menoch. conſ. ſuo 837. num. 63. lib. 9. cum cõcordantibus & quid de duobus gemellis, & ignoretur quis prius natus fuerit: tangit Cęſar Vrſill. in additam. ad Neapo. Matth. deciſiones 387. ſub num. 5. poſt Andr. Tiraquell. videndus eſt Iacob. Menoch. de prçſump. prçſump. 51. lib. 6. per totum.

ARGVMENTVM.

In materia iuris accreſcẽdi, an, & quã locũ habeat in fęudo, vel emphitheoſi duob', pluribuſuè cõceſſa an nè portiones deuenire poti' dicãtur cõcedẽtib'? & de vſufructu, & ſimilib'. Iacob. Menoc. cõſ. 523. n. 6. lib. 6. cõſ. 464. lib. 5.

SVM

SVMMÆ.

1 *Emphitheoſi duobus conceßa vtrùm deficiēs portio accreſcat directo domino, vel alteri, & num. 5. vbi in fæudo extenditur.*

2 *Accreſcendi ius locū non obtinere in his quę ex contractibus proueniunt ob concordem iuris interpratum mentem. & quid in fęudis? nu. 3. declaratur.*

4 *Pomponij locus in l. ſi mihi, & Titio, de verbor. obligatio. expenditur ad id comprobandum.*

6 *Inueſtituræ tenorem maximè in fæudis, vel Baronijs attendendum, ex per multorum ſententijs.*

7 *Baronia conceſſa, vt alteri vel de vno fæudatario in alterum reuerteretur, ius accreſcēdi locum habere demonſtratur. idē ſi fuerit dictum quamdiù viuerent, vel vobis, & cuilibet veſtrùm concedimus.*

8 *Emphitheoſi inſolidum duobus conceſſa, an inter eos emphitheotas ius accreſcendi locum ſibi venditet? & quid ſi fuerit expreſſum, vt expectetur omnium mors, an accreſcat alterius portio domino directo, vno præmoriente nec ne? & nu. 9.*

10 *Ius accreſcendi in uſufructu quando locū ſibi obtineat, caſus eſt celeberrimus, ex recentioribus nuncupatus.*

RACEMATIO 146.

INcompræhenſibilis, ſuperantiſsimiq; Dei mundi huius opificis inuocato ſuffragio, aggredior, id nō
1 nihili faciendum thema, qđ † quippè mihi propoſitum fuit, numquid emphitheoſi conceſſa duob⁹, pluribuſuè nō loquor inſolidū, vel per verba illa in contractu adiecta, vt præmorientium pars, in alios deueniret ſi fortè fortuna quiſpiam ex ijs in fata cōceſſerit. iuri accreſcēdi locus eſſe dicatur: an nē directus dominus portionem illam citiùs vendicet? nobiliſsimè lector, non eundo per ambages, quas abhorrui valdè in eam procliuior ſum opinionem, vt directus dominus potiora obtineat iura, quàm accreſcendi iuris locus ſit, ad quam demonſtrandam primo impulit me, nam regulariter loquendo,
2 cùm accreſcendi ius locum † ſibi non vendicet in his quæ ex contractu prouenire dicuntur, quemadmodum teſtati ſunt legiſtarum Dux Bar. in l. ſi mihi, & Titio, nume. 4. vbi Alex. Iaſ. & alij de verbo. obligatio. Ludo. Roma. conſ. 19. Alex. conſ. 13. nu. 13. lib. 5. cuius auctoritas quanti robboris, & momēti fuerit teſtatiſsimum eſt, iàm apud Cæſarē Vrſillum in additamento ad dominos de Sacro Conſilio Neap. 100. Iul. Clar. §. emphitheoſis, vbi in ſumma, de communibus * iuris interpretū ſuffragijs docuit, quæſtio. ſua, 39. & in eo loco obiter adnotato, aliqua de materia per Hieron. Giaczarinum qui fæcit additiones quaſdam ad eum, meritò ergò portio minimè portioni accreſcit, ſed ad directum dominum eo loci quo digreſſa fuit, reuertitur.

3. Secundo loco me † impellit, ad ſententiā hanc fulciendam tex. in cap. 1. de duob. frat. à capita. inueſt. quo in loco ſtatutum eſt, vt ſi duo fratres fæudum ſtipulati fuerint pro ſe ipſis, eorumq; filijs, & hæredibus maſculis, eiſq; deficientibus, pro fœminis. ſi alter fuerit ab hac luce ſubtractus ſine filijs maſculis, filia nihilominus degente, ipſam recipiendā litera inquit, ad illam fæudi portionē patris reſpectu patruo ſuo expulſo, quiquidem patruus nec quoq; recipitur ſi ea mortem obijerit niſi forſitā ab initio ipſo in inueſtitura ſpecificè cautum fuiſſet. quamobrem ſecumdū terminos iuris notiſsimos, hoc quieſcēte pacto, portio ea filiæ prȩcitatȩ ad dominum redire conſtitutionum eſt, & idcircò Accurſius ibidem ſcribit, quod autem in fine dicitur, dominum à fratre excludi, accidiſſe ob pactum quia dictum fuit, expreſsè alioquin dicit ipſe, fratrer excluditur à domino, hæc Accurſius ille. videto Sigiſmund. Loffred. conſil. ſuo 15.

4 Tertiò lòcò alludit † Pomponij Sancio, l. ſi mihi, & Titio, de verb. obligatio. eo enim loci Pomponius ait, ſi ſtipuler mihi, & alij putà decem: non tota decem, ſed ſola quinque mihi deberi pars enim aliena deducitur: vt quod extraneo inutiliter ſtipulatus ſum, non augeat meam partem. ecce igitur quomodo quàm clarè loquitur iuriſconſultus. ideoq; in contractibus accreſcēdi ius locum ſibi minimè vendicat, hûc pertinere videntur traditiones, Alex. conſ. 17. num. 7. lib. 5. atq; Bar. l. ſi quis vſufructuum, ff. de vſufru. lega. & eiuſdemmet Alex. conſ. 167. num. 4. lib. 7. cum concordantibus.

5 Quartò, & vltimò † reſondit in terminis, elegantiùs Io. Cepha. conſ. ſuo 345. num. 4. vſq; ad ſinem vbi copioſiſsimè lib. 3. ad fauorem, & gratiam Reuerendorum Fratrum Diui Saluatoris de Peruſio, vt ibi per eum, qui contextibus, medijs, doctrinis, & auctoritatibus omni lepore fermè affluentibus, ſententiam hanc defendere niſus eſt, quia codex eſt impreſſus, typiſq; iàm excuſſus, non im-

meritò plauſum do. atque in illius ſententiā
vti iuriconſonam facilè concurro, ſicut cor-
uus philomelam imitando. idq; veriùs eſſe
arbitror, ex quò ſic receptum eſt in fæudo
nouo Ludo. Roma. conſ. 1. poſt nu. 6. Socc.
conſ. 19. lib. 1. Curt. Sen. conſ. 48. num. 2.
Philip. Dec. conſi. ſuo 263. nume. 1. vbi de
communi * ſententia refert.

Cæterùm ſubiungere † reliquum eſt, coan
guſtationes aliquas quandoquidem res ipſa
expoſtulat. prima coāguſtatio ſit, vt id quod
præcitauimus, locum ſibi minimè obtineat,
ſi in inueſtitura ipſa adiecta fuiſſent ea pro-
nuntiata, quòd alter ex Baronibus alteri in
Baronia ſuccederet. cap. 1. de fæud. March.
Duca. vel Comita, §. ſi duo fratres, vbi ſic li-
tera dictat, ſi duo fratres ſimul inueſtiti fue-
rint de benefitio nouo, ſi vnus eorū ſine de-
ſcendētibus maſculini ſexus mortuus fuerit,
dominus ſuccedit, non fratrer, niſi pactum
fuerit, in inueſtitura quòd frater fratri ſucce-
dat, eccè dum tex. inquit, niſi pactum. & hoc
non ex alio effluxiſſe fertur, niſi inueſtitura
ſuggerente quæ potiſsimùm attendi debet,
atq; oculis ſemper habenda cap. 1. vbi Bal.
& alij de duob. fratrib. à capita. inueſtit. Iaſ.
conſ. 1. lib. 3. Philip. Dec. conſ. 78. ſub nu.
6. Conſiculus Anto. Canne. ad extrauag. ſi
aliquem quæſtio. incipit eſt præterea anno-
tandum, num. 13. fol. 217. Roland. Vallen.
conſ. 79. num. 19. lib. 2. idem conſi. 53. lib.
5. & conſ. 3. nume. 5. lib. 4. Tyber. Decia.
conſ. 23. num. 34. lib. 1. conſ. 58. num. 23.
lib. 2. Iacob. Menoch. conſ. 474. nu. 3. lib.
5. Io. Cepha. conſi. 173. num. 16. lib. 2. de
qua limitatione cōcinit, famoſus ille vir An-
gel. conſ. ſuo 287. ſub num. 7. cum concor-
7 dantibus. Secunda † coanguſtatio eſt, vt nō
procedat, quotieſcunq; inueſtituræ tenor di-
ctaret, vt fæudum de vnō in alterum reuerte-
retur, ex annotatis, à Federi. Sen. conſi. ſuo
228. atq; à Franciſ. Ripenſ. poſt multos alios
l. re coniuncti, num. 166. de lega. 3. ſcribit
Io. Cepha. conſ. 345. nu. 26. lib. 3. vbi de-
clarat, quo nam pacto intelligatur Feder. Se
nenſ. & quibus in terminis, vſq; ad num. 32.
cum concomitantibus vel ſi dictū fuerit quā-
diù inueſtiti vitam degerent, aut conceſsio
ſit per ea verba vobis, & cuilibet veſtrū per-
mictimus, & haud diſsimilia his ſicut imme-
mores non fuere Alex. conſ. 30. nume. 9. &
inferius. lib. 1. optimè cantilat caput primū
de duob. fra. à capita. inueſtit. Philip. Cor-
ne. conſ. 285. lib. 3. poſt nu. 11. Curt. Sen.
conſ. 49. num. 54. Sigiſmund. Loffred. conſ.
15. nu. 4. cum ſimilibus.

8 Tertia coāguſtatio, reſpectu † emphitheo
ſis quia ſi conceſsio duobus inſolidum facta
eſt, tūc per non decreſcendi ius omnes eam
integram conſequi valebunt, vel exiſtētibus
illis verbis de vno in alterum reuertēdo, quę
ſubſequuta fuerunt illicò immediatèq; poſt
conceſsionem duobus factam. quemadmo-
dum in caſibus in quibus conſulti fuère Phi.
Dec. conſ. 327. num. 2. ac Socc. Iun. conſ.
70. num. 1. lib. adhùc 1. quos fuſiùs, meque
meliùs, & doctiùs explanare conatur Io. Ce
pha. vbi ſuprà num. 33. & inferiùs vſque ad
finem, lib. 3. vt ibi per eum, ad quem curio-
ſum miſſum facimus lectorem.

9 Quarta † coāguſtatio ſit, ſi inueſtitura ex-
primeretur, vt poſt omnium obitum, ad do-
minum ipſum reuerteretur quo fit, vt cun-
ctorum mors expectari debeat Ludo. Roma.
conſ. 19. Alex. conſ. 17. num. 9. lib. 5. Iaſ.
in l. 2. nume. 201. C. de iur. emphit. Curt.
Sen. conſ. 49. ſub nu. 72. Matth. Afflic. cap.
1. §. & quia, num. 18. qui de fæud. dar. poſ.
Horatius Mandoſius, in additamentis, ad
Ludo. Roma. vbi ſuprà quo in loco, de con-
cordi * iuris interpretum mente teſtatus eſt.
quibus addo, Iacob. Menoch. conſ. ſuo 995.
lib. 10. per totum, vbi de pulcherrima qua-
dam facti ſpecie, an & quando expectari de-
beat mors omnium reſpectu donationis fa-
ctæ, vt ibidem per eum, vel ſi loquimur de
fæudo indiuiduo Ludo. Gozad. conſ. 26. nu.
36. Curt. Sen. loco ſuperiùs citato, num. 51.
aut ſi forſitan conſuetudo in contrarium ex-
taret, attēto quòd facillimè eis derogari poſ
ſit conſuetudine aduerſa Philip. Dec. conſi.
269. num. 8. idem, conſ. 680. num. 7. cum
concordantibus, huc pertinent, acceruatim
loquendo, inſignia exempla Tyber. Decia.
conſ. 73. num. 7. num. 28. & conſ. 3. num.
3. lib. 2. & in ſimili Aym. Sauilia. conſ. 995.
num. 3. nu. 19. vbi declaratur lib. 6. Iacob.
Menoch. conſi. 400. num. 66. vſq; ad finem
lib. 4. idem conſ. 632. nu. 9. & inferiùs lib.
7. ſed quid de fæudo nouo à Cæſare conceſ-
ſo, an ius accreſcendi locum ſibi vendicet, &
quando? præcognoſcendus erit, Horatius
Mandoſius, annotationibus pulchris ad Lu-
dou. Roma. conſ. 315. circa finem vbi plu-
res alios citat. & aliqua per Iaſ. in l. recon-
iuncti, num. 224. & paulò inferiùs de legat.
3. multa venuſta docuit Aym. conſ. ſuo 965.
lib. 5. Roland. Vallenſ. conſ. 22. nume. 33.
lib. 3. & inferius.

10 Atquì † ſuperpondij loco animaduerſione
dignum fore cenſui inter innumeras queſtio-
nes quas in materia iuris accreſcendi ponūt
noſtrates

noſtrates, ea non aliena eſſe putatur, nempè illud in vſufructu locū ſibi vendicare, tametſi deficiēs portio acquiſita fuerit, vt poſtquā conſtitutus ſit, & poſtmodum perditus coniuncto accreſcat, prout reſpondebant Paul. Caſtrenſ. conſ. 261. lib. 2. & Signo. conſ. ſuo 8
192. num. 7. profectò vſufructus quotidie eſt in fieri, ideoq; poſt acquiſitum emolumentū iuris accreſcendi locus eſt, quam ſpeciem facti celeberrimam nuncupat Francisſ. Mant. locupleti tracta. de coniect. vltima. volunta. tit. 3. nu. 33. lib. 10.

ARGVMENTVM.

Diſputatur hìc de argumento à contrario, verùm in fæudorum conſuetudinibus vigeat, ex ſummorum iuriſperitorum ſentētijs, & de clauſula iuris Frācorum, quid in inueſtituris inſerta operetur.

SVMMAE.

1 *Argumentum à contrario ſenſu an admictēdum in fæudorum conſuetudinibus? examinatur. & tamen concluditur quòd ſic. ex probatiſſimorum uirorum mente, & num. 2. nu. 6.*

3 *Baldus inquiens in fæudorum cauſſis quod nō reperitur ſpeciatim in cōſuetudinibus fæudorum deciſum Romanis, dijudicandū fore legibus explicatur.*

4 *Doctoris pronuntiatum ſecundum legem quā citat intelligendum.*

5 *Argumentum à ſimili in fæudis quo pacto recipiatur, demonſtrari.*

7 *Argumentum à contrario ſenſu in contractibus fæudi, & inueſtitura locum obtinere*

8 *Iuris Françorum clauſula coniecta in fæudorum formis, quid ſibi uelit? duo ſparguntur capita.*

RACEMATIO 147.

SEdula annectere nunc oportet, opera an argumentum à contrario ſenſu in fæudorum cōſuetudinibus admictendum ſit, quod vt apertè di-
1 cam, † magni admodum momenti exiſtimatur, atq; ab eiuſdem lepore, & genio minimè alienum. & re vera Iaſ. in l. 1. de off. eius cui mandat. eſt iuriſd. ſub num. 38. repudiat aliorum ſententiam qui contendunt argumētum id, locum ſibi in fæudorum conſtitutionibus vendicare: mouetur ipſe, etenim cauſſæ fæudales quæ deciſæ non reperiuntur per fæudorum iura: per leges præcidi debent Ciuiles: cap. 1. vbi gloſ. Bal. & alij de grad. ſucceſ. in fæud. imò per argumenta iuris ciuilis, ex gloſſemmatis mente in capit. 1. de fæud. cognitio. vbi quoq; Bald. num. 5. notatu dignum reputat, ac celebrat Aluarot. cęteriq; fæudiſtæ, & ibidem And. Yſer. modo habeo, Iaſ. ait, aliam regulam quòd ad hoc, vt à iure communi recedi poſsit in fæudorum cauſſis requiritur, quòd in fæudis contrarium ſit expreſsè deciſum Bal. in l. 2. num. 4. C. de ſuis, & legit. idem in l. cum oportet, nū. 18.
2 C. de bon. quæ libe. ſed † argumentū à contrario ſenſu dicitur eſſe coniectura, ex gloſ. in l. apud antiquos, C. de fur. vbi Bald. adnotat cum alijs concordantibus. qua de re, cùm id quod venit per argumentum à contrario, per coniecturam fore dicatur, fæudorum iuribus haud fertur, res expreſsimi deciſa per argumentum à contrario ſenſu; atque ideò ceſſabit, & ad Romana iura tranſuolare oportebit. Alex. conſ. 7. num. 15. lib. 5. & in ſimili Anto. Canne. in extrauag. ſi aliquē Iacobi Siciliæ Regis, quæſtio. illa incipit, at non erit otioſum quærere, num 15. fol. 297. tradit in fæudorū ſucceſsione minimè argui, nec argumentum à legibus Romanis recipi debere, neq; ſimile, de aliorum ſententia, in cap. 1. de fæud. cognitio. quamuis ad aliam
3 facti ſpeciem. Sed † non incommodè ratiocinationi Iaſonis Clypeo occurri poterit, vt dicamus illud, à Bal. haud prolatum fuiſſe ad conuellendum quod per argumentum à contrario ſenſu venit, ſed ad id reijciendū quod per leuia depromi poſſet argumenta, & potiſsimum ſuaderi videtur, quòd Baldi locus, ex cap. 1. de fæud. cognitio. interpretandus erit, qđ quippe Baldus ipſe expēdit enimuerò cautum reperitur, iuris interpretis cuiuſuis opinatiſsimi enunciatum, ex citata, deducta uè lege interpretationē admictere quē-
4 ad modum † docuit, Bar. in l. non ſolum, §. liberationis, ff. de libera. lega. cui aſſentiuntur, Curt. Iun. conſ. 41. nu. 6. & Ioſep. Maſcard. conclu. 124. num. 45. lib. 1. de probatio. Cachæ Peda. deciſ. 160. num. 9. Roland. Valenſ. conſ. 95. nu. 9. lib. 3. quamobrem cùm in capit. vnico, de fæud. cognitio. traditum ſit, quòd quando aliqua fæudorum cauſſa conſuetudinibus compręhenſa nō eſt; Romanis decidatur legibus, & non dicitur ſi non eſt expreſsim fæudorum conſuetudinibus deciſa, ſed ſimpliciter, ſi minimè eſt fæudi caſus conſuetudine compræhēſus, ſic Baldi doctrina intelligēda erit, & quàmuis Bal

verbum expreſsè addiderit, nihilominus illud minimè poſitum fuit ad argumentum à contrario ſenſu excludendum, quod ab oculatiſsimo Papiniano in l. 1. verſ. huius rei loco ſuperius citato fortiſsimum nuncupatur, Hiero. Alba. conſ. 2. poſt num. 16. cæterùm ad alia leuia repellẽdum argumentaq; ex iis
5 feudorum iuribus deduci poſſent ſtabilitur † hoc profectò per argumenta conſuetudinum fæudorum decidi minimè debent cauſæ fæudorum, attamen ſi bonum aliquod conſuetudinis ſimile fuerit, duci poterit argumentum à ſimili in fæudorum cauſsis, quemadmodũ Romanis in legibus, ita gloſ. in præcitato capit. vnico de fæud. cognitio. in verbo comprehenſus vbi And. Yſer. & cap. 1. per quos fiat inueſtitu. num. 11. ſenſère Bal. num. 8. vbi Matth. Afflic. num. 50. tit. iſto cap. nuperrimè effluxo, de fæud. cogni. & de argumento à ſimili ſcribit Anto. Canne. in extrauag. volentes Frederici Regis, diſputatione incipit quæro ſubſequenter, num. 43. & alibi incipiente, & retenta iſta opinione, num. 20. fol. 193.

6 Deniq; † elegantiſsimè receptum eſt, ne longiùs ſectando, leuia progrediamur, in fæudorum conſtitutionibus argumẽto à contrario ſenſu locũ fore de Oriani ſentẽtia in præallegata l. 1. de off. eius num. 106. atq; cæterorum eo loci à Pyrrho Alfa. deductorum, num. 176. & num. 177. vbi aſſerit ambigendum non eſſe, aliquo pacto, vt ibidem per eũ affluenter & doctè comprobantem, quæ quidem media minimè trãſcribo. breuitatis ſtudio præcognoſcendus erit. Curt. Sen. conſi.
7 ſuo 68. num. 4. & inferiùs. atqui † ſi quæratur vtrùm in ipſo contractu fæudi, vel eius inueſtitura argumentum à contrario ſenſu locum ſibi obtineat libentiùs fatendum erit affirmatiuè potiùs quã negatiuè, prout tenuit, Iaſ. ſuperiùs excurſa l. 1. ſub nu. 38. vbi recenter Pyrrhus Alfa. num. 178. ex illius, ac Franciſchini Curtij ſententia. facit ſuperiùs adductis, Aymo. Sauilia. reſponſum, conſil. ſuo 472. nume. 15. lib. 3. vbi aſſerit, depromi argumentum à contrario ſenſu etiam fæudi naturam alterando. ſcribit Cachera. Pedamonta. deciſ. 23. nume. 52. vbi declarat idem deciſ. 77. num. 19.

Cæterùm pro complemento illud in mentem venit, iàm pro abſoluto habetur quòd fæudũ quando eſt conceſſum ſimpliciter pro ſe, & hæredibus, id dici verè, & propriè hæreditarium. ſi verò ſimpliciter pro ſe filijs, & deſcendentibus nuncupari ex pacto prouidentiaq; principis concedentis, quemadmodum cumulatiùs de huiuſmodi, & cæteris formis habetur, apud Iacob. Menoc. conſ. 202. nu. 51. nu. 53. nu. 56. nu. 57. & nu. 62. lib. 3. pulchrius Aymo. conſil. ſuo 734. lib. 4. vbi per illud Marchio. Piſcariæ quid inquam ſi
8 tenor inueſtituræ fuerit † pro hæredibus, & ſucceſſoribus, cum clauſula ita quòd viuatur iure Francorum. nũm dicẽt, faciatq; fæudũ Pacti, & prouidentia Principis? candide lector, Ioſep. Cumia, ad prçludia capitis ſi aliquẽ, nu. 265. & nu. 267. multa pulchra examinat, animaduertitq; tres principes caſus, poſt Petr. de Grego. vt ibi per eum. Sed Io. Anto. Canne. in extrauag. volentes Frederici Regis quæſtio. exordiente, ſed magna fuit olim dubitatio, num. 28. inconcuſſe ſubſtinet in Regno clauſulam præcitatam operari, vt Baronia iudicetur pacti, & prouidentiæ Principis. ſi verò formà inueſtituræ fuiſſet pro te, & hæredibus, atq; ſucceſſoribus quibuſcunque, vel cui volueris dare: ita quòd viuatur iure Francorum: & tunc clauſula ea, minimè coanguſtat. vt ibi per eum nu. 73. & latè inferiùs hæc ille Cannetius fol. 55. qui duo excerpere exiſtimatur capita multa venuſta vberrimè ſcripſit Sigiſm. Loffre. conſil. 1. & de iſtis dictionibus ita tamen, videndus eſt. Tyb. Decia. conſi. 44. nu. 48 idem conſ. 64. num. 12. lib. 4. cum concordantibus. ſat hæc paucula de fæudis.

ARGVMENTVM.

Vtrùm moleſtare prohibitus intelligatur iniuſtè an nè de iure, vel de facto? diſputatur. multa pulchra ſimilia congerit Iacob. Menoch. conſ. 281. num. 28. nu. 33. lib. 3. de defenſione promiſſa quo pacto intelligatur.

SVMMÆ.

1 *Vxor à defuncto moleſtari prohibita, an ſaltem aduerſus eam controuerſiã iuſtã moueri valeat? & nu. 4.*

2 *Opinio negatiua, vt prohibitus cenſeatur de iure, vel de facto.*

3 *Sententia altera, & affirmans, ut non intelligatur quæ ex iure proueniat.*

5 *Pro hac facti ſpecie bina diffunduntur capita. & num. 6 ubi de alio.*

7 *Doctorum. & pulchra, & egregia reſponſa tranſcribi remiſſiuè.*

Digitized by Google

RACEMATIO 148.

PRo comperto iam habetur apud noſtros tùm priſcos tū, & recētiores potiſsimū de ſentētia Baldi in l. 1. C. de his quæ pen. nom. vbi ait, or-
1 dinante † teſtatore, quòd vxor ſua moleſtari non poſsit de iniuſta intelligi moleſtatione non autem de iuſta, quæ ſemper admittitur non tenuiter, minimèq; ſteriliter facit, notabilis gloſſa, in capit. pro illorum, de preben. verbo contradictores, vbi Panorm. Abb. ex qua colligitur, quòd clauſula illa eccleſiaſtica cenſura contradictores compeſcas, intelligitur de contradictoribus qui iniuſtè contradicunt: ſecùs ſi iuſtè. vbi itaq; recipitur alicuius contradictio, intelligere debemus de iuſta contraditione, & conuenire videtur, Curt. Iun. conſ. ſuo 173. num. 12. & inferiùs.

2 Cæterū, vt † concinior, atq; cohærentior ſit racematio hæc, conſidera ſi placet, opiniones pro vtraq; parte reperiri, ſunt namq; qui velint, vt Alex. conſ. 52. lib. 2. idem conſil. 195. nume. 8. lib. 6. famigerus ille vir Socc. Iun. conſ. 113. lib. 1. And. Barba. conſ. 56. lib. 3. moleſtare prohibitum, vel alicui controuerſiam mouere: prohibitum cenſeri de iure, vel de facto iudicialiter, ſeu extraiudicialiter, debitum quoq; petere aliouè quouis modo moleſtiam inferre, cum ſimilibus à Tyber. Decia. conſ. ſuo 1. nume. 53. lib. 3. conſ. 2. num. 90. lib. 2.

3 Atqui in alteram † condeſcenderant ſententiam, Rapha. Cuma. conſil. 51. Philip. Dec. conſ. 581. num. 10. & paulo poſt Caro. Rui. conſ. 43. lib. 4. Soccinuſq; nepos, conſ. 315. nu. 27. & longè inferiùs lib. 1. ex quorum dictis, verborumq; complexus, perſpicuè datur intelligi, moleſtatione prohibita, moleſtiam illam quæ de iure infertur minimè prohibitam exiſtimari, & conſequenter inhibitū proprietarijs moleſtare vſufructua-
4 rium: poſſe nihilominus † ab eo cautionem petere de vtendo, fruendoq; boni viri arbitrio, vel prohibitum hæredem teſtatoris vxorem moleſtare cui cunctarū facultatum vſufructum reliquerat, poſſe tamen illum inquietare, vt inuentarium conficiat, vt inibi per eos, videndus eſt Iacob. Menoch. conſ. ſuo 876. num. 7. num. 10. lib. 9. vbi declarauit. And. Alciat. conſ. 3. nume. 31. lib. 9. idem conſ. 97. lib. iſto.

Sed vt præcitata materia elucescat, ad bina capita deueniendum eſt. Quorum alterū
5 ſit, quòd ſi moleſtia † inferatur minimè in his quæ ex natura actus veniunt, ſed vt aliquid ei qui moleſtatur contra teſtatoris voluntatem auferatur: & tunc dicendum fore cenſeo, vendicare ſibi locum ea, & anterior. ſuperiorq; ſententia. & præſertim cùm prohibitio facta fuerit verbis geminatis atq; prægnantibus, vt qualitercumque, quouis loco, vllo vnquam tempore. profectò verba iſta iuris moleſtiam includere iudicantur ex adnotatis, à Carol. Rui. conſ. 77. lib. 2. & quia geminatio valdè molitur Celſus in l. baliſta, ad trebellia. & per illum tex. Pyrrhus Alfa. ad rub. de off. eius cui manda. eſt iuriſd. poſt num. 9. Roland. Vallenſ. conſ. 71. num. 50. lib. 2. & conſ. 28. num. 42. lib. 4. Tyb. Decia. conſ. 29. nu. 50. & inferiùs lib. 2.

6 Alterum, & † ſecundū caput, vt ſi moleſtationis inhibitio ſimpliciter facta fuerit, atq; ideò poſtmodum cōtrouerſia inferatur in eo quod ex natura actus venit, ac ex requiſitis à iure ſolemnitatibus, & quæ ſi non inſerretur, pernicies prohibito reſultaret, & tunc ambigendum non eſt, moleſtiam inferri poſſe. cautio quippè de vtendo, fruendoq; boni uiri arbitrio, ac inuentarium, ſolemnitates, ſunt quæ ex natura actus à iure requiruntur: quæ nempè ſi minimè fierent, hæredi proprietario nè damnum reſultare, & ita locū ſibi obtineat, hæc poſterior opinio. quam conciliationem poſuit, Ioſep. Maſcar. conclu. 1136.
7 num. 115. lib. 3. de probatio. † huc conferunt tradita, per Roland. Vallenſ. conſ. 68. num. 6. & paulo poſt, lib. 3. Aymo. Sauilia. conſ. 563. num. 5. nume. 12. lib. 4 pulchrè idem admonet, conſ. 445. nume. 19. lib. 3. conſ. 779. lib. 5. egregiè Tybe. Decia. conſil. 57. num 28. num. 31. & in ſpecie num. 59. lib. 1. Iacob. Menoch. conſi. 230. num. 19. conſi. 289. num. 10. lib. 3. idem conſil. 322. num. 28. lib. 4. & conſ. 937. nu. 4. lib. 10. cum ſimilibus. & verùm credatur vxori de inobedientia? doctè Tybe. Decia. conſ. 75. lib. 2. & quid de pena à teſtatore adiecta in caſu moleſtiæ hæreditate tunc alicui Eccleſiæ applicāda, an locum habeat moleſtia illata vxore poſtmodum, remittente illā? pulchrè ſcribit Aymo. conſ. 779. lib. 5. & præcognoſcendus venit Petrus Surdus deciſ. ſua 194. vbi multa venuſta habes.

ARGVMENTVM.

De miſerabilibus perſonis quæ dicantur, & an iudicis arbitrio id relinquendum? & de variatione circa fori electionem.

SVM-

Digitized by Google

SVMMA.

1 *Perſonæ miſerabiles quæ? non incommodè tranſcribuntur.*

2 *Vidua pupillus, & orphanus, ſi locupletes, an inter miſerabiles adſcribātur perſonas.*

3 *Miſerabilem perſonam quem eſſe, ex qualitate probari, ac iudicis arbitrio relinqui contracti.*

4 *Variationem admitti circa fori electionem demonſtratur, ex Magna Curia Vicariæ Neapolitanæ.*

RACEMATIO 149.

DVbium excitatur apud tribunalia frequentiſsimum in tantum, vt nullus dies prætereat quin in facto accidat: quæ † nuncupantur miſera-
1 biles perſonę iuxta Regni cōſtitutionem ſtatuimus, quæ dat priuilegium perſonis miſerabilibus vt fori electionem habeant? iucundiſsime lector, noſtri adſcribunt pupillos, viduas, atq; orphanos. Marātanus, in ſua praxi diſtinctio. 9. nu. 193. num. 195. Matth. Afflic. deciſ. 257. & ab alijs paſsim traditum eſt. Senes quoque decrepitos, morbo diuturno fatigatos, ac cunctos, quibus natura mouetur ad miſerandum ob fortunæ iniuriam in numerum conieciſſe volunt Benedic. Capra conclusionibus ſuis regu. 30 nu. 21. & quiſquis ille ſit in additamēto ad Guid. Pap. deciſ. 566. cum ſimilibus, & concomitantibus à Ioſep. Maſcard. concl. ſua 1061. lib. 2. de probatio. per totum vbi complures alias miſerabiles cōnumerat perſonas, vt ibi per eū.

2 Verùm † enimuerò ea mihi eſſe videtur potiſsima difficultas; ſi vidua, pupillus, & orphanus eſſent locupletes, vtrum inter eas, & miſerabiles perſonas adſcribantur? & nempè duæ extitēre ſententiæ, altera fuit Alex. conſ. 121. nume. 14. lib. 1. Marantani loco ſuperiùs citato num. 195. Iaſ. in l. Titiæ textores, de lega. 1. num. 31. & cæterorum exiſtimantium eas non cōnumerari. altera verò fuit. Roland. Vallenſ. poſt Alex. in l. Titiæ textores anteā ſcripta conſ. ſuo 76. num. 45. lib. 1. ac Iacob. Menoch. tractat. de arbit. Iud. caſ. 66. num. 3. Cæſaris Vrſilli ad Neap. Matth. deciſ. 257. poſt num. 3. dum obiurgat, Marantanum in ſuo ſpeculo aureo, quo me remicto. ex quorum verborum complexu. datur intelligi eos, iuremerito, quāuis diuites, cōnumerari inter miſerabiles, atque ideò fori electionem habere, vt ibidem per eos, ſed videto Roland. conſ. 20. lib. 2. à quâ poſteriori ſententia non recederem teſtimonio Andreæ Gail. obſeruat. 5. num. 49.
3 lib. 1. practica, obſeru. at illud † applicandum eſt; miſerabilem quem eſſe, ex qualitate perſonæ probari. atq; iudicis arbitrio relinqui. Alex. in additamento, ad Bart. in l. nec quidquam, §. vltimo de off. proconſul. Philip. Dec. in cap. ſedes, nu. 7. de reſcrip. Alex. conſ. 121. num. 14. lib. 1. Iacob. Menoch. vbi ſupra cum concordantibus à Maſcard. citatis loco ſuperiùs eſſluxo nume. 1. ſcribunt alij, vt Felin. in cap. ſignificantibus, nume. 6. de off. delegat. Sylu. Nupt. in tit. quomodo in dubio iudicandum ſit lib. 6. nu. 34. & adeò veritati conſonum hoc eſſe cenſetur, vt vna Regina, inſpectā qualitate perſonæ, nuncupari valeat miſerabilis perſona, viduamq; Angliæ Reginam miſerabiliū perſonarum priuilegio gaudere, & ob id ſi arbitrarium eſt, iudicem benè poſſe ex cauſſa ſibi perpenſa arbitrari, vniuerſitatem quoque illud habere priuilegium, cum ciuitas ipſa pupillos, ac viduas, cæteraſq; perſonas comprehendat. Alex. conſ. 121. lib. 4. cum coaceruatis, à Cæſare Vrſil. prælibato loco, nu. 2. & inferiùs huc ſpectare videntur inſignia exempla Iacob. Menoch. conſ. 505. nu. 14. lib. 6. Io. Cepha. conſ. 216. num. 9. nume. 16. lib. 2. Tyber. Deciā. conſ. 3. num. 264. lib. 4. & conſ. 14. num. 17. lib. 1. dum aſſerit priuilegia cōceſſa miſerabilibus perſonis, extendi ad ſtudentium perſonas.

4 Vnum nihilominus † ſilentio non inuoluo, vt ſi vidua, vel ſimiles primum elegerint cōpetentem iudicem, coram quo agere exorditi ſunt, & poſtmodum ad magnam veluti Curiam Vicariæ acceſſerint, & deinde iterū conuolauerint ad iudicem primū ordinariū, quòd quippe facere poſſunt, & ob id admitti variationem quemadmodum in facto determinatum fuit à Regijs conſiliarijs florentiſſimæ Ciuitatis Neapolitanæ anno 1564. in cauſſa quorundam de ſeſſano, ſi Cæſari Vrſillo vbi ſuprà, poſt nume. 3. credimus: ſed obiter quæro, an exceptioni declinatoriæ fori renuntiatum fore putetur, ex eo quod quis exceptionibus peremptorijs, vel dilatorijs vſus fuerit? abundè reſpondit Aymo. Sauil. conſ. 678. lib. 4. & demum concludit minimè receſſum iudicari à declinatoria ipſa.

ARGVMENTVM.

Ex contentis apparet, qd iuris dogma hoc in loco præfixū fuerit veluti frequentiſsimū.

SVM-

SVMMÆ.

1 *Mandatum, vtrùm non obſtante promiſſione de non reuocando, etiam iuramento ſubnixa conuelli poſſit?*

2 *Procurator reuocari poteſt, tametſi is, qui eum conſtituerat cum iureiurando promiſerat haud illum reijcere, & nu. 3. vbi coanguſtatur.*

4 *Pactum, vt procurator reuocari minimè valeat nullius momenti ex communi prudentum ſententia.*

5 *Geſta per procuratorē falſum ratificari poſt ſententiam, an valeant?*

RACEMATIO 150.

LEgebam nuper Iuriſconſultorum codices, & tranſeunter locum illum comperi, quod tametſi tritum lippis, & tonſoribus agnitum: nihilominus quotidianum meritò non flocci pendendum, quo fit, vt ingratus medius fidius (ne dicam impius) iure dici poſſem, ſi hinc meo albo id non tranſcriberem. Quippè mā-
1 datum † non mouente promiſsione de non reuocando, etiam iuramento ſubnixa reuocari poſſe de gloſſematis opinione in capit. vlt. de procur. lib. 6. ac iuris lucernæ Bar. in l. cum præcario, ff. de præca. ſtiuales fuêre Angelus, & alij in l. Sticum, aut Pamphilū, ff. de ſolut. Philip. Dec. cap. ad noſtram, n. 6. de confir. vtil. vel inutil. Paulus Pariſ. conſ. 83. in extremo lib. 4. veridicus Alex. conſ. 29. num. 18. lib. 5. Phil. idem conſi. 475. num. 48. conſ. 521. ſub nume. 16. Gome. §. item ſi quis poſtulante, nu. 36. inſt. tit. de actio. Didac. Couar. in cap. quamuis. §. 2. par. 2. nu. 3. de pact. lib. 6. Iaſ. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, num. 7. de cond. indeb. Rocc. Curt. tract. de iur. patro. in verbo honorificum, quæſt. 12. num. 43. eamq; gloſſæ ſententiam valdè comendant Felin in cap. cum acceſſiſſent, vbi Panor. Abbas, vbi Philip.
2 Dec. nu. 7. de conſt. cum alijs concord. † ex quorum enūtiatiuorum complexu perſpicuè datur intelligi eū, qui cum iureiurando promittit procuratorem ab eo conſtitutum minimè reuocare: attamen intrepidè poſſe illum reijcere ad finem, vt reuocatio teneat; quamuis periurus fiat: qui reuocauerit. pulchrè ſenſit Marc. Aquili. in l. non ſolum, §. morte, ff. de oper. nou. nunt. num. 135. fol. 191. idem in l. 1. §. ſed ſi mihi, num. 71. de
3 verb. obligat. fol. 100. quod nempè † pronunciatum verum fore cēſetur Marc. Aqui. procuratoris reſpectu, niſi ſit, dicit ipſe, in rem ſuam ex Imperatoris Iuſtiniani reſponſo in l. illam ſubtilem, C. de donat. cum alijs ſimilibus, vel dummodo conſtitutus fuerit ex neceſsitate, ex adnotatis à prudentiſsimo Caio, in l. aliud, ff. de ſolut. & liber. vt Marc. nuperrimè effluxus, declarat. eo trahatur Nicol. Boer. deciſ. 207. deciſ. 347. atq; locupletiſsimus Ioſeph. Maſcard. concluſione ſua, 1013. num. 3. lib. 2. de probat. quo lo-
4 ci † de concordi teſtatus eſt ſententia. & vt iſtuc veluti coronide quadam claudere videar, ſic concludit Nicol. Mozz. In ſuo tracta. de contract. ſub titulo mand. ad columnam in ordine quintam nume. 2. & inferiùs atq; in columna poſtrema, num. 1. fol. 137. vbi de concordi, & conſono ad huc ſcribentium ore atteſtatur, vt ibi per eū quibus omnibus conuoco Roland. Vallenſ. conſ. 6. nu. 22. nume. 50. lib. 1. vbi pulchrè explicauit, & in ſimili Iacob. Menoch. conſil. ſuo 296. num. 82. lib. 3. expreſsè tradit Alex. conſi. 18. nume. 7. lib. 2. & quo pacto procurator mandato renuntiare poſsit, affatim tradit And. Gail. obſerua. 46. lib. 1. practica. obſeruatio. quo etiam loci ſubiungit num. 6. in reuocatione procuratoris minimè requiri in eis ordinem, & demum num. 9. inquit, eum citari debere ad videndum reuocationē fie-
5 ri, vt ibi per eum. † Sed vtrùm geſtá per procuratorem falſum, ratificari valeant poſt ſententiā? candide lector, copioſè tangit And. idem obſerua. 47. vbi poſt nume. 4. teſtatus fuit, indiſcriminatim ratificationem valere ſiue ſententia fuerit in illius fauorem, vel minimè, ſiue intra, vel poſt decendium, vel minor ſit dominus, vel maior, ad quem te remittimus, cùm codex ſit iam prælo emiſſus.

ARGVMENTVM.

Binas huic albo hæſitationes in materia meliorationum conſpargi, veluti floſculos.

SVMMÆ.

1 *Melioramenta, uel expenſæ quo pacto ſcindantur, & conſiderentur, explicari, & num. 2.*

3 *Sarcina maior imponi minimè debet, quàm res ipſa ualeat, ſuper qua ædificatur.*

4 *Retineri etiam poſſe feudalia, donec meliorameta ſoluantur.*

5 *Pomponij verba in l. ſi neceſſarias, ff. de pigno. actio. enarrari.*

6 Tem-

6 *Tempus, quod attendendum circa valorem expenſarum, uel melioramentorum.*
7 *Ioannem Cephalum eruditiſſimum uirum.*

RACEMATIO 151.

NOn tam duræ, non tam nodoſæ iudicantur illthæc dubitationes mihi tranſmiſſæ, circa quas, ſi ſingula perſequi velim, res immenſum penè volumẽ abiret, altera eſt, quo pacto † melioramenta, vel expenſæ, ſcindantur, vel con ſiderentur, & nempè aliæ ſunt, quæ fiunt circa rem, & harum nonnullæ vtiles, quædam voluntariæ, aliquæ neceſſariæ, vtiles eſſe cenſeri, quæ rem ipſam meliorem reddunt, voluntariæ verò, quæ dumtaxat animi complacentiæ ſtudio fiunt, queadmodum in cruſtationes, atq; picturæ idque delitiarumgenus ſunt, & neceſſariæ, quibus, quidẽ minimè factis res ipſa peritura, deterioruè futura erat. Paulus ad Plautium l. impenſæ, ff. de verbo. ſign. Vlpianus in l. 1. ff. de impenſ. in reb. dota. fact.

2 Vlterius quædam † comperiri melioramẽta, vel expenſas in reficiendo, reparandoq; iam factas, aliquã verò infaciendo de nouo. rurſus quædam fiunt ad temporalem rerum vtilitatem, & ſunt fructuum percipiendorum gratia, nonnulla ad perpetuam firmamq; fieri vtilitatem, ſicuti ſunt ædifitia aliç fiunt circa fructus, de quibus omnibus, cæteriſq; ſimilibus, vbertim docuit Tyber. Decia. conſil. ſuo 43. num. 42. & longè inferiùs, & nu. 45: nume. 47. & ferè per totum lib. 5. quibus in locis declarat an, & quando veniant deducenda, vel compenſanda. idem n. 53. vbi explicat, regulariter ædificia impenſas vtiles fore, quia pretium rei augent ſi ſint honeſta, alioquin ſi nobiliſsima, vel inconuenientiã, citiùs tunc voluntariæ eſſe putantur expen-

3 ſæ. atq; ideò maior † diceretur impoſita ſarcina, quàm res ipſa valeat ſuper qua ædificatur, vt ibi per eum. Iacob. Menoch. conſil. 641. nu. 24. lib. 7. cum ſimilibus ab eodem conſ. ſuo 562. nu. 15. & paulo poſt, & lib. 6. & melioramenta dicuntur, quæ meliorem rẽ reddunt, atq; efficiunt, ita vi affixa, vt ſeparari minimè valeat, aliaq; ſunt naturalia, alia induſtrialia, aliaq; ciuilia, ſicuti locupletiùs habes per Ioſep. Maſcard. concluſ. ſua 1037. lib. 2. de proba. quo etiam loci poſt num. 2. pulchrè exemplificat de neceſſarijs, vtilib⁹, ac voluntarijs, & conuenit Hieron. Magon. decíſ. Flor. 9. nu. 6. idem deciſ. Lucenſ. 33. num. 27. idem deciſ. Flor. 49. nume. 24. & deciſ. Lucenſ. 65. nume. 13. & expenſas in rebus factas quando reſtitui oporteat tangit

4 Aym. Sauilia. conſ. 919. nu. 6. lib. 5. & † de retentione ſcribit Tyber. Decia. conſil. 37. num. 15. lib. 4. vbi hæres poteſt fæudalia retinere, donec ſibi ſoluantur melioramenta, & antè eum ſenſerant Paul. Pariſ. conſ. 2. n. 51. lib. 1. idem conſ. 28. lib. 3. Franc. Burſa. conſ. 41. num. 6. lib. 1. Io. Cepha. conſ. 183. num. 44. lib. 2. Tyber. idem conſ. 63. num. 37. lib. præallegato, quo loci ait grauatum, vel eius hæredem in reſtitutione fideicommiſsi retinere poſſe melioramẽta per ſe facta in bonis fideicommiſſo obnoxijs, idque locum ſibi obtinere in fæudorum, ac emphiteoſis ſucceſsione Tyber. idem conſ. 18. nu. 34. & conſ. 29. num. 5. idem conſ. 58. ſupra num. 66. & Paulo poſt, lib. 2. Hiero. Mago. deciſ. 49. num. 23. Florent. And. Gail. obſeruat. 12. lib. 2. practica. obſeruat. Iacob. Menoch. conſ. 496. poſt num. 50. lib. 5. late idem conſ. 641. ſub num. 21. & inferiùs lib. 7. vberrimè ad materiæ ſplendorem, ſcripſit Iacob. idem conſ. ſuo 689. lib. iſto idem conſil. 562. num. 15. lib. 6. Aym. Sauilia. conſ. 792. num. 12. lib. 5. Curt. Iun. conſ. 41. nu. 10. multa præclara idẽ conſ. 165. conſ. 144.

5 Pomponius † in l. ſi neceſſarias, ff. de pigno. act. ſi neceſſarias impenſas fecerim in ſeruũ, aut in fundum, quem pignoris cauſa acceperam, non tantum retentionem, ſed etiã contrariam pignoratitiam actionem habebo. finge enim medicis, cum ægrotaret ſeruus, dediſſe me pecuniam, & eum deceſsiſſe. item inſulam fulciſſe, vel refeciſſe, & poſteã deuſtam eſſe, nec habere, quod poſsim retinere. hæc inſignis ille Pomponius, Io. Cepha. conſil. 188. num. 37. lib. 2. Philip. Dec. conſil. 518. And. Alciat. conſ. 63. propè finem lib. 9. idem conſ. 17. lib. 6. atq; de expenſis, ædifitijſq; Paul. Caſtrenſ. conſ. 270. lib. 2. & de domibus factis in Modicis terris Nicol. Bellon. conſ. 54. nu. 10. & inferius. cætera hũc ſpectantia aggregauimus racema. 32. num. 8. vbi allegauimus Pet. Surd. & alios commilitones, quos fruſtrà eſſet bis repetere.

6 Altera † erat hæſitatio, quod tempus attendendum circa valorem, non eundo per mendicata ſuffragia comperi Iacob. Menoc. conſ. ſuo 562. nu. 17. lib. 6. quo in loco concinit auctoritate multorum nempè meliorationum, impenſarumq; æſtimationẽ præſtandam attento reſtitutionis tempore, quanti tunc meliorationes illæ valerent, non herclè quanti fuerit impenſam, vt ibidem per eum diffuſius alia venuſta cumulantem, & conſil. 454.

Digitized by Google

454. num. 4. & longè inferiùs lib. 5. vbi de doctorum caterua. Senſerant Rapha. Cuma. conſ. 56. ad finem, Nicol. Boer. deciſ. 44. num. 12. Aymo. Sauilia. conſ. 792. nu.
7 12. lib. 5. cum concomitantibus † alijs ab eruditiſsimo, Ioa. Cepha. conſ. ſuo 311. nu. 63. lib. 3. Hiero. Mago. Florent. deciſ. 49. nu. 27. quibus addo Anto. Tiſſa. deciſ. 251. vbi pulchrè examinauit, illuc te miſſum faci mus. & conuenit Andr. Gail. obſeruat. 21. num. 12. lib. 2. pract. obſerua.

ARGVMENTVM.

In materia iudicij criminatorij, an, & quando filius, ſeruus, famuluſuè delicta patrare iudicentur mandato, vel conſenſu patrum, aut dominorum.

SVMMAE.

1 *Delictum à filio familias, vel ſeruo commiſſum, numquid mandato patris, vel domini factum eſſe puteturᵹ & num. 2.*
Ignorantia in dubio prꝗſumitur.
3 *Mandatum ad homicidium patrãdum, haud præſumi, nec patrem iudicari filium mori, uel furcis offerre, & nu. 4.*
5 *Filius, uel ſeruus quicquid gerunt, conſenſu patris, uel domini geſsiſſe cenſentur, cum ſuis coanguſtationibus, & nu. 6.*
7 *Mandatum adhoc, ut probetur, roquiri temporis ordinem praceſsiſſe.*

RACEMATIO 152.

EXperiar quantùm pro mea virili licebit veritatem è tenebris educere, & in claram prouehere lucem, quid ſuper huiuſmodi difficultate
1 criminatorij iudicij ſentiam, numquid † delictum perpetratum à filio, vel ſeruo factum eſſe putetur, de mãdato, & conſenſu domini, vel patris nobiliſsime lector, reuoluendo noſtrorũ ſcribentiũ codices inter cætera meos ad inueni Conſiculos, nempè Panor. Abba. cap. cum cauſam, nume. 19. de teſtib. atq; Andr. Barbat. capit. 1. de off. de legat. hic enim tangit num. 37. & demùm poſt nu. 42. huiuſcemodi, accomodauit diſtinctionem; aut dominus, vel conſanguineus ſciuit delictum futurum, & prohibere potuit, & minimè prohibuit, & tunc imputetur ſibi delictũ; ſi verò ignorauit dominus ille, vel pater, & tunc nõ imputetur ipſis, aut ſumus in dubio nùm ſciuerit, vel ignorauerit, & ſubdiſtingui tur, aut factum eſt ſucceſsiuum, & tunc præſumitur ſcientia, vel factum eſt momentaneum, & tunc prꝗſumitur ignorantia, vt ibi per eum.
2 Ille † verò Nicolaus ſuperiùs excurſo, ca. cum cauſam, tali pacto concordabat, quod in habentibus ſucceſsiuum tractum, voluntatem, mandatumq; domini prꝗſumi ex eo, qđ prohibere potuit, & minimè prohibuit. Sed in actu momentaneo haud præſumi domini, vel patris voluntatem, quia tametſi prohibere voluiſſet, minimè valeret, vel ſi placet dicamus ſecundum communem * ſententiam, aut probatur domini ſcientia, quòd domeſticus volebat crimen perpetrari, & tũc quia non vetauit cùm vetare potuiſſet, delictum præſumitur de illius voluntate, ac mandato factum: ſed ſi non probatur ſcientia, quo caſu præſumitur ignorantia, vt nouiſsimè cumulat Gloritius in comm. cap. ſuper literis, nu. 188. de reſcrip. tunc fatendum eſt, mandatum minimè præſumi, niſi probetur, de qua quidem ignorantia, & ſcientia latè, & affluenter more ſuo Ioſep. Maſcard. concl. 879. lib. 2. & concluſ. 1293. lib. 3. de probat. And. Gail. obſeruat. 48. lib. 2. prac. obſeru. idem Glorit. in d. cap. ſuper literis à nume. 178. vſq; ad num. 195. ita reſpondebat egregius ille vir Tib. Decian. conſ. ſuo 88. poſt num. 1. lib. 3. quo loci longè inferiùs ſupra num. 2. explicat aliud eſſe quærere, an crimen fa-
3 ctum fuerit † de mandato meo, vel de meo conſenſu, etenim dicit ipſe aliud eſt mandatum, aliud conſenſus, vt ibidem per eum, locupletiùs enucleantem. idq; ab his non abhorret, mandatum ad homicidium patrandum minimè præſumi, nec patrem iudicari filium morti, vel furcis offerre, Papinianus in l. nec in ea, ff. ad leg. Iul. de adulter. & teſte ad hoc Tullio Romani eloquij tuba, quamuis pater turpiſsimus, ſordidiſimuſq; eſſet, ipſe nomine paterno valere debet apud iuſtos Iudices, vel velit filium bonis potiùs quàm malis moribus valere, communi omnium conſenſu, & dulciſsima emendatione naturæ ipſumq; patrem exiſtimari filium ſuũ ſumma beneuolẽtia, & amore complecti, ex Papiniano edent in l. nam, & ſi parentibus,
4 ff. de inoff. teſta. contextus † ſunt, in l. cum pater §. mando, de lega. 2. mando inquit ipſe, filiæ meæ pro ipſius ſalute ſollicitus, & l. propter inſidias, C. qui accuſa. non poſſ. dũ eo loci dicebant Imperatores Diocletianus, & Maximianus pietas, & ratio naturalis animi, ac Cæſar Iuſtinianus lul. vlt. in initio, C.

Digitized by Google

de Curato. Furio. apertè docuit inquiens, quis talis affectus inueniatur extraneus, vt vincat paternum? faciunt à nobis congeſta racema. 41. vbi ampliter. Tib. Decia. conſ. 88. num. 15. lib. 3. cum concordantibus, à Ioſep. Maſcardo concluſ. ſua 1012. lib. 2. cum ſuis dilatationibus atq; coangustationibus. quæ hoc in albo pro tranſcriptis habeantur, cùm codex ſit prelo iā emiſſus, videndus eſt in l. clar. crimina. pract. §. vlt. quæſt.
5 86. & in ſumma † talis cōſtituitur regula ſeruus, famulus, vel filius quicquid gerunt, conſenſu patris, vel domini geſſiſſe cenſentur, Hyppo. Marſ. conſ. 3. nume. 18. Iacob. Menoch. conſil. 53. num. 5. lib. 1. excipitur vt non vendicet ſibi locum quādo ſumus in maleficijs, cōſenſus profectò ad delicta ipſa minimè præſumitur, declaratur nihilominus, niſi dominus, vel pater ſciuerint ſeruum, vel filium delinquere, nec prohibuerunt, quando vetare potuerunt, Thom. Grammat. deciſ. 47. Iacob. idem vbi ſupra, num. 14. Matth. Afflict. Neapo. deciſ. 82. num. 5. vbi Cæſar
6 Vrſillus in additamētis ad eū vlteriùs † explicatur, non obtinere ſibi locū quotieſcūq; ſcienter haberet, ac vteretur improbis, ſceleſtiſq; mancipijs ſic Iacobus memet loco ſuperius effluxo, num. 26. & poſt eum, cæteroſq; ſcribentes Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 1300. per totum lib. 3. de proba. cætera hūc ſpetantia ſcribunt, Iacob. idem de præſump. præſump. 27. lib. 5. ac Tib. Decia. conſ. 88. vbi ſupra, & ſpeciatim num. 20. vbi de ratihabitione delicti à patre, vel domino facta, an, & quando æquiparetur delictis, quo loci reſpondit, quamquam probata fuiſſet ratificatio, oporteret, probari factum fuiſſe nomine domini, & quòd ipſe tāquam nomine ſuo factum, ratum habuiſſet, alioquin ſi vulnere, vel delicto audito, ſimpliciter lætatus eſſet, minimè plectendus veniret, vt ſerioſiùs ibidem per eum. Pulchriùs idem de materia conſil. ſuo 65. per totum lib. 3. quo in loco,
7 num. 5. & inferiùs ait, ad probandum † mandatum riquiri, vt probetur mandatum præceſsiſſe factum, ita vt probari oporteat temporis ordinem aliàs quem haud poſſe condēnari de mandato, & tandem de confeſsione famuli nu. 19. nūm domino obeſſe putetur. & de mandante, & mandatario, & probationis mandati ad interficiendum illiuſq; coniecturis, ac probationibus vberrimè Iacob. Menoch. conſ. 788. lib. 8.

ARGVMENTVM.

De capitulis admittendis, vel minimè, ſaluo iure impertinentium denſum, vulgareq; thema.

SVMMÆ.

1 *Capitula, uel poſitiones, à iudicibus admiſſa, quando ſunt ambigua.*
2 *Capitula nonoriè impertinentia à iudicantibus cōfutanda.*
3 *Clauſula ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, quid operetur?*
4 *Securiùs eſt ſuperfluum admittere, quàm neceſſaria omittere.*

RACEMATIO 153.

CОrdatiſsimi ſcribentes per commētariorum relationes cogitatā illā relinquere poſteris curauerunt dubitationem paulò poſt conijectā, cuius rei explanandæ cauſa, prænarandum venit poſitionem, quanlibet quæ cauſæ adaptari valeat dici pertinentem ſiue faciat ad cauſſam ipſam directè, vel quo quomodo indirectè poſitioneſq; adiumentum aliquod conferentes, pertinentes dicuntur, atq; modicum ad cauſſam conferentia, pertinentia ferri, atq; ideò pertinentem dici poſitionem ne dum, quæ principaliter facit ad cauſſam, verum etiam, quæ qualitercumq; adminiculatur ex leui etiam præſumptione pulchrè in ſimili Andr. Gail. obſeru. 69. lib. 1. practic.
1 obſeru. † nūm igitur quando verſamur in ambiguis iudices admictere debeāt poſitiones, & capitula? iucunde lector, compertiſsimū eſt, aliena ſtomacha doctorum turbam minimè pati non immeritò paucisſimis abſoluā, cuncti ergò prudentes autumant, iudicem ea recipere compellēdo illis reſpondere ſaluo iure impertinentium, ita Philip. Dec. conſil. 162. ac Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 34. nu. 5. lib. 3. quo loci aſſerit, genericam per totum orbem hodie inoleuiſſe practicam, iudices in dubio admittere capitula, atq; poſitiones cogendo illis reſpōdere ſaluo iure impertinentium, & ipſe ad probandam ſententiam hanc alios citat, idem num. 7. & inferiùs vbi declarauit, & tandem ſubiungit, nu. 13. & longè inferiùs capitula impertinentia minime admicti debere; & quamuis aliqui clariſsimæ conditionis viri velle putentur iudicem vti poſſe cautela, ſaluo iure impertinentium,

Digitized by Google

nentium,& non admittendorum in fine litis, attamen meliùs faceret,prius illa diſcutere, ac examinare,ſi recipi debeant: quandoqui dem hoc magis partibus expedit, ne ſuper-
2 fluis litibus, expenſiſq; vexarentur. † Idq; locum ſibi vendicare, quando capitula ſunt notoriè impertinentia, ſecus quando ſumus in ambiguis,vt ibi per eum,qui duos videtur conſtituere principes caſus, optimè conuenit, Tib. Decia. conſ. 75. per totum lib. 3. idem conſ.25. Tib.idem conſ.51.nu. 70.lib. 4. vbi ſi capitula fuerunt admiſſa cum clauſula ſaluo iure impertinentium,& non admit tendum, quòd operatur, vt iudex tempore ſentẽtiæ diffinitiuæ poſsit capitula illa, probationeſq; ſuper eis factas negligere, ac in totum reprobare, idem conſil. 67. num. 18. lib. 5. Aymo. Sauilia. conſi. 901. num. 8. & latè inferiùs lib. 5. ſuffragatur Iacob. Menoch. conſi. 701. num. 23. nume. 24. lib. 8. quibus in locis inquit, ea nuncupari capitula impertinentia, quæ cauſſæ principali mini mè conueniunt, quæ admitti non debent, & maximè notoria, etiam adhibita clauſula ſal uo iure impertinentium cum conſocijs ſuis, Ioac. Mynſ. obſerua. 90. centu. 2. ſingu.obſerua. Iacobus idem conſ. 630. num. 11.nu. 12. lib. 7. vbi pulchrè, idem conſil. 2. num. 360. num. 361 num. 363. & paulò poſt,lib.
3 1. hûc congruunt, quæ † latè congerit, Ioſep. Maſcard. concluſ. ſua 1177. nume. 10. num. 13. & num. 15. lib. 3. de probatio. & num. 13. vbi admonuit, clauſulam ſuperius adductam, ſaluo iure impertinentium, & nõ admittendorum valdè oporari, tàm ex parte iudicis, quàm ex parte reſpondentis, ex quò parti nullũ infertur diſpendium,ſi exindè poſitiones appareant talis non fuiſſe, quibus reſpondere debeat, quãuis fuerit reſpon ſum quemadmodum,& probatio facta ſuper capitulis impertinentibus, quando admiſſa fuiſſet ſub clauſula illa nullius redderetur va loris. & quòd impertinens poſitio recipienda non ſit, ſi vel notoriè eſt impertinens, vel iudex eſt certus, quòd impertinens eſt, latè And. Gail. vbi ſupra obſeru. 81. Ioac. Mynſ. obſerua. 56. centu 2. obſeru. ſingu.ſi autem incertum eſt,vel dubitetur,tunc tutiùs ſit po ſitionem recipere, Romanus Põtifex in cap. cum ſpeciali, §. porrò, de appella. & per illum tex. & cęteros contextus Ioſep. Maſcar. vbi ſupra num. 10. vbi quoque ſubdit, ſecu-
4 riùs † fore ſuperfluum admictere, quàm neceſſarium omittere, ex quò, quæ ex ſuperabundantia fiunt contractum minimè vitiare aſſolent, conducant Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, nu. 32. de iure iuran. Pan. Pariſ. conſ. 97. num. 133. num. 136. lib. 1. Marc. Anto. Natta conſi. 20. num. 5. lib. 1. & poſt eos Aymo. Sauilia. conſil. ſuo 1000. num. 34. lib. 6. in condimento reſponſi pro genero veluti ſaccharo, idem conſ. 637. nu. 9. lib. 4. cætera verò huic albo pertinentia ſupplentur per commentaria Ioſep. Maſcar. loci ſuperiùs excurſis.

ARGVMENTVM.

De primordiali, originaliuè cauſſa non nulla exagerari in hoc communi aceruo, vel vuarum torculare.

SVMMÆ.

1 *Cauſſam, vel originem primeuam ubiq; ſanè ſpectandam fore, per totum.*
2 *Seueri, Antoniniq; Cæſarum pronuntiatum, in l. 3. C. de ſenatuſconſ. Macedonia enarrari.*
3 *Cauſſa ſecunda operatur tãtùm, quantùm illi à prima cauſſa influit.*
4 *Hermogeniani ratio reddita in l. qui id, quod, ff. de dona.*
5 *Triphonius in l. tutor datus, ff. de fideiuſſo. exornatur.*
6 *Originalem cauſſam in materia feudali, an attendi debere?*

RACEMATIO 154.

COr, & neruus præſentis, difficultatis Modicam,& penè vulgarem dubitationẽ habet, eam ob rem quãprimùm me expediã,vt cum And. Alciat. concinam, conſ. ſuo 11. lib. 2. cum
1 concordantibus. Numquid † cauſſa, vel origo prima paſſim,& vbiq; introſpicienda ſit? & quidem compertiſsimum eſt,eam ſpectandam, à qua poſterior omnis formator euentus Imperato. Theodoſ. ac Valent. in l. 1. C. de impo. lucrat. deſcrip. lib. 10. propè finẽ, nulla enim in huiuſcemodi cauſſis cõfuſionis intercedit occaſio,& ſi ad primordium tituli poſterior quoq; formetur euentus, vbi Accurſius in verbo primordium, inquiens, ex origine nanque cuiuslibet contractus,& cauſſæ quid ſit ſtatuendum diſtinguitur,origo nẽ pè ſubiungit ipſe, potiùs obligationis, quàm titulus inſpicitur, vt ibi per eum, Iulianus in l. ſi mihi, de legat. 1. ſi mihi Sempronius à Titio herede legauerit, Titiuſq; mihi ſub eadem

dem conditione eandem rem legauerit, exi-
ſtente conditione capiam legatum, ex teſta-
mento Sempronij, hæc Iulianus docuerunt
Seuerus, & Antoninus in l. 3. C. ad Senatuſ-
2 conſ. Macedo. ſi filius familias aliquid † mer
catus, partium ſtipulanti venditori cum vſu-
rarum acceſsione ſpendeat, non eſſe locum
Senatus conſulto, quo fænerare filijs familias
eſt prohibitum, nemini dubium eſt, origo
enim potiùs obligationis, quã titulus actio-
nis conſiderandus eſt, Paulus in l. ſi tamen,
ff. tit. iſto, ita per illa iura, cæterıſq; contex-
tus animauertit Aymon. Crauett. reſponſo
primo pro genero, nume. 33. & nume. 402.
poſt volumen ſecũdum iàm præco emiſſum,
idem num. 42. poſt Ang. ac Bal. vbi aſſerit,
proceſsionem omnem à principijs ſuis fore,
actionemq; omnem regi à ſuis adhuc initijs,
quibus in locis plura, & venuſta demonſtra-
uit exempla ad rem hanc conducibilia, quæ
ſilentio inuoluo, Andr. Gail. obſeru. 19. lib.
1. pract. obſeru. & error fundamenti in ſcien
tijs totam corrumpit maſſam, fundamentiq;
vitium eſt corruptiuum totius, ex quò omnis
progreſſus à principio ipſo procedit, quod ſi
falſum fuerit, cuncta falſa ſunt, ſic poſt Philo
ſophum, & alios commemorauit, Tib. De-
cia. conſ. ſuo 56. num. 111. num. 113. lib. 4.
cum concomitantibus, alijs de quibus race-
3 matio. 203. † bellè ſcribit Aymon. Sauilia.
conſ. 747. num. 24. & inferiùs lib. 5. cuncta
namq; ad id referantur vnde fomentum,
ac robur capeſcunt, atq; ideò cauſſam pri-
meuam ſemper inſpiciendam fore, ex quò
cauſſa ſecunda operatur tantùm quantum il-
li à prima cauſſa influit dumtaxat, & ob id ſi
aliquis iuſſus ex teſtamento vẽdere domum,
Titio vendat, Titius ille minimè dicetur do-
mum habere, ex contractu, ſed ex vltima vo
luntate Philip. Dec. conſ. 497. num. 7. pul-
chrè facit Hermogeniani pronuntiatum in l.
qui id quod, ff. de donatio. quo loci traditũ
eſt, ſi quis donauit, & poſtmodum ſe ſolutu-
turum conſtituit, nõ inſolidum, quemadmo-
dum in conſtituta pecunia, ſed in quantum
facere poterit, dumtaxat prout donans con-
4 uenietur, Hermogenianus hanc redidit † ra
tionem, cauſſam enim, & originẽ conſtitutæ
pecuniæ, non iudici poteſtatem præualere
placuit, conuenit ſapienter Vlpianus in l. qđ
ſi maritus, ff. de conſt. pecun. reſpondebat
Tiber. Decia. conſ. 6. num. 5. & inferiùs lib.
5. idem conſil. 32. num. 124. lib. 2. Tiber.
idem conſ. 3. nu. 7. lib. 1. idem conſ. 5. nu.
36. lib. 5. idem conſ. 1. poſt num. 45. idem
conſ. 11. num. 63. lib. 4. vbi referendo Bar.
ait, ſi ex teſtatorum forma debeatur gabella,
ex quolibet contractu preter quam de inſtru
mento ſolutionis, ſi quis alteri promiſerit rẽ
vendere, & poſtmodum volens ſe obligatio-
ne illa liberari diſtrahit, gabella minimè de-
betur, ex ea venditione, quandoquidem fuit
diſſoluendæ obligationis priùs, factæ animo
contractu, quæ nempè promiſsio tanquam
principalis origo attendenda venit, idem
conſ. 83. num. 10. lib. 4. vbi poſt multos te-
ſtatur, originem primam, primeuumq; ſtipi-
tem ſemper attendi, neq; habendas fore
ſubſequentes in conſideratione, quamuis per
mille manus feudum ambulauerit. Profectò
ſemper vltimus erit primi acquirẽtis ſucceſ-
ſor, vt ibidem per eum. Tib. idem conſ. ſuo
124. num. 38. lib. 3. Aymo. Sauilia. conſil.
701. num. 41. & conſil. 717. circa Princip.
lib. 4. idem conſi. 982. poſt num. 35. lib. 6.
Roland. Vallenſ. conſ. 32. num. 31. & pau-
lò poſt, lib. 4. Pet. Surdus deciſ. ſua 97. vo-
5 luit † celeber, & inſignis Triphonius in l. tu-
tor datus, ff. de fideiuſſo. ponderando eo lo-
ci dum dicitur, inhæret enim in vtraq; cauſa
adhuc illius debiti perſecutio, nam eius ſolu-
tione liberauit eum promittendi obligatio-
ne, in quam pro eo fideiuſſerat; & non titu-
lus actionis, ſed debiti cauſſa inſpicienda eſt.
Aymo. Crauet. conſ. 144. num. 2. quo in lo-
co lib. 1. ait, poſt Barto. quòd ſi venditor rẽ
aliquam redemerit mediãte pacto de retro-
uendendo, ipſam habere fertur, non ex con-
tractu retrouenditionis, ſed ex primo pacto
de reuendendo, multos citauit Roland. Val-
lenſ. conſ. 76. num. 10. lib. 3. quem aſſequu-
tus eſt, Iacob. Menoch. conſ. 633. num. 16.
lib. 7. Iacob. idem conſ. 211. num. 4. lib. 3.
vbi quòd filius, vel nepos, qui naſcitur ex pri
uilegiata radice, & quæ cæteris præferebat-
tur, eandem naturam aſſumit; quam pater
habebat, quia forma, ac origo, quæ à radice
ducitur, in quolibet deriuato comperitur. Ia-
cob. idem conſ. 124. num. 23. conſil. 133.
6 num. 3. & conſ. 160. nu. 17. lib. 2. vbi † ar-
gumentum ducit ab originali cauſſa, quæ an-
tè omnia animaduerti aſſolet, & in materia
feudali, de qua ibidem inquit ipſe, origina-
lis cauſa feudi huius eſt antiqua, igitur feudũ
antiquum, quo te conijcio, & quòd inueſti-
tura prima, ac vetus in baronijs attendatur,
& minimè poſterior, latè verba fecimus, ra-
cemat. 14. nume. 10. cum concordanti-
bus, ab And. Gail. obſerua. 49. & in
ſpecie, num. 6. lib. 2. prac.
obſeruat.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Agitur, numquid filio hæredi, cum benefitio legis detur facultas bona fideicommiſſo, obnoxia à teſtatore vendita reſcindere?

SVMMÆ.

1 *Filius patris hæres, an valeat illius factum peſſundare inuentario confecto, & n. 2.*
3 *Actio, & paſſio, tanquam contraria concurrere non poſſunt in eodem ſubiecto.*
4 *Hæredes patris ſimpliciter adeundo, abſq; benefitio legis, & inuentarij compelli ratam, gratamq; eius diſpoſitionem habere.*
5 *Filius, an, & quando auocare ualeat pro ſua legitima bona à patre perdita in ludo? diſtinguitur.*

RACEMATIO 155.

IN pauciora rem cogere neceſſe habeo pro vna, atq; altera dubitatione, iamdudum mihi ſculptis, vt Aymonis Sauiliani pronũtiatis fruar,
1 conſ. ſuo, 923. lib. 5. cum concordantibus † quæſtionis primùm eſt, nùm filius patris hæres factus, confecto nihilominus inuentario, valeat illius factum peſſundare, candide lector, vt meam tibi ipſe ſentẽtiam denudem, inter alia fructuoſiſsima, prudentum loca, ſcribunt Papinianus, in l. vnum ex familia, §. ſed ſi vno, de legat. 2. Ioan. Cepha. conſ. 393. num. 46. lib. 3. Iacob. Menoch. conſ. 89. lib. 1. Martianus in l. filius familias, §. cum pater, de legat. 1. Tiber. Decia. conſi. 57. lib. 1. idem conſ. 1. num. 84. lib. 4. Aymon. Crauett. conſ. 975. num. 2. lib. 5. Iacob. Mamet, conſi. ſuo 955. lib. 10. Aymo. idem conſ. 378. lib. 3. vbi de filio ſubſtituto vendente bona ſubiecta in ſimul cum patre, quorum quidem teſtimonijs, ac rationibus exploratum habemus filios, tanquam hæredes, vel vti fideicommiſſarios hæreditate, tamen teſtatoris adita illius diſtractionem, vel factum impugnare minimè poſſe.
2 Atquì in hac † facti ſpecie prænarrata contraria amplectenda venit ſententia, nempè inuentario confecto eum, reluctandi facultatem haud impermiſſam habere, ex conſcriptis à Philip. Dec. conſ. 185. num. 5. Albert. Brun. conſ. 18. num. 16. Alex. conſ. 19. nu. 14. lib. 5. Iaſ. conſ. 136. num. 5. lib. 4. Hieron. Grat. conſ. 91. num. 37. lib. 2. Pau. Pariſ. conſil. 35. num. 95. lib. 3. & poſt eos, & alios concomitantes, Iacob. Menoch. conſ. ſuo 599. nume. 7. & inferiùs lib. 6. quo loci reſpondebat hæredem, inuentario confecto, reuocare poſſe bona fideicommiſsi ſibi reſtituendi à teſtatore diſtracta, & poſt num. nonum ſubiungit, ex Bartoli, ac Raphaelis Cumani mente, filium hæredem, à patre ipſo inſtitutũ in ſola legitima reuocare poſſe, bona ſuperiùs effluxa, vt ibidem per eum locupletiùs comprobantẽ, ſenſerat vexillarius Bart. in l. cum, vir, poſt num. 14. ff. de vſucapio. & quatenùs tangitur præcellẽtium, Dioclet. ac Maximia. Cæſarum Sanctio, in l. cum à matre, C. de rei vendica. de illius intellectu obiter videto ſi placet, Marcum Aquil. in l. 2. §. item ſi in facto, nume. 115. de verbo. oblig. & latè inferiùs, fol. 178. atq; Bartolo. Soci. in l. frater à fratre, num. 19. de cond. indeb.
3 huc † conferunt quæ ſapienter conſuluit Tiber. Decia. conſ. 3. ſupra num. 24. & longè poſt, & num. 29. lib. 5. vbi Gaſpar cùm ſucceſſerit bonifacio debitori abſq; beneficio inuentarij confuſi ſunt actiones, atq; ideò actio, & paſsio non poſſunt tanquam aduerſa in eodem ſubiecto concurrere, legiſlator Paulus in l. vranius, ff. de fideiuſſo. & vbiq; genus id, cùm itaq; dicit ipſe Tiber. Gaſpar ille hæreditatem adierit abſq; benefitio inuẽtarij, cõfundit actiõnes omnes actiuas, ac paſsiuas, adeò, vt minimè valeat proprias, quas habebat iure merito exercere, à cõtrario ſenſu argumentũ, depromendo aliter reſpondiſſet Tiberius is, inuentario facto, quãuis me non fugiat filium, vel hæredem minimè controuenire poſſe facto defuncti, hæredemq; fideicommiſſarium reuocare minimè poſſe, alienata de bonis fideicõmiſsi per grauatum, cui ipſe hæres extitit, ex Ludo. Rom. conſ. 18. num. 4. vbi Horat. Mandoſ. Tiber.
4 idem conſ. 91. nu. 48. nu. 49. lib. 5. cum † ſimilibus & accedat Roland. Vallenſ. conſil. ſuo 71. nu. 35. lib. 2. cuius verba hoc in loco tranſplantaui, ait ipſe Rolandus quod domina Catherina tãquam patris hæres, & quæ hæreditati eius immiſcuit ſe, ſine legis, & inuentarij beneficio, compellitur ratam, gratamq; eius diſpoſitionem habere, idem dicitur quando pater alienauit rem filijs, qui poſtea ſimpliciter adiuit hæreditatem paternã, inuentario minimè confecto, & quæ ſequuntur, vt ibi per eum. idem conſ. 30. num. 34. nume. 37. lib. 4. de materia multa pulchra Iacob. Menoch. conſ. 667. num. 8. & latè inferiùs lib. 7. vbi de creditore hærede inſtituto à debitore ſuo inuẽtario confecto, nec ne, an; & quã cõfundãtur actiones per tres principes
casus,

Digitized by Google

caſus,quos nō tranſcribo,cū codex ſit prælo traditus, & quià Papyrum denigrarem fruſtrà ſcribit Thom. Gramm. voto 93. nu. 10.

5 Dubitatio † altera mihi antepoſita, vtrū filius auocare valeat in ludo perditas à patre ipſo facultates? quatenùs eſt legitima? Cæſar Vrſillus in additamentis ad Matthęū Neapo. Deciſ. 86. num. 5. tangit, poſt Bal. & alios, voluit namq; filijs, id permiſſum fore, at hoc non ſine grano ſalis guſtandū erit; ſumus in ludo licito, & ob id, rem, quam pater ipſe perdiderat tenuis, vel exigua erat, ex quo licitus, ſit ludus vſq; ad ſummam paruam, & tunc filio huiuſmodi facultas reuocādi, minimè permictitur. ſi verò multa fuerrit amiſſa bona, & tunc benè conceditur eis reuocare pro legitima, ſic ſentire videtur Iacob. idem conſ. 691. num. 8. num. 9. lib. 7. declarando Theoricam Baldi in l. 1. a d finē, ff. ſi in fraud. patro. dum dicebat filium auocare haud poſſe pro ſua legitima, quod pater in ludo licito amiſerat, addo Michaelem Craſſum tracta. ſuo de ſucceſsio. ab inteſta. §. legitima, quæſt. 44. n. 5. dic, vt ibi per eum.

ARGVMENTVM.

De compenſatione, an, & quando admittatur ſpeciatim in decimis, vel diſtributionibus quotidianis.

SVMMÆ.

1 *Compenſationem in decimis, uel quotidianis diſtributionibus, haud recipi demonſtratur, & num. 5.*

2 *Compenſatio nihil aliud eſt, quàm debiti, & crediti dependentis ab eiſdem perſonis contributio.*

3 *Legem vltimam, C. de compenſa. in quibus caſibus locum ſibi obtinere.*

4 *Retentionem faciliùs admitti, quàm compenſationem, & inter ſe differre.*

6 *Compenſatio, an aduerſus debitum iuramento ſubnixum recipiatur?*

RACEMATIO 156

Cogor, infra rem ſcribere in termino tam anguſto, de lite penè annoſa, ac ſęculo veluti priſco inſtituta,

2 vtrùm † in decimis, vel diſtributionibus quotidianis admittatur compenſatio? & nempè, vt thema hoc deguſtaſſe videat, aliqua pro pinguendine, & ornatu, perorānda veniunt compenſationem, minimè recipi de liquido, ad non liquidum, ex Rolando Vallenſ. conſ. 17. nume. 4. lib. 4. Iacob. Menoch. conſi. 988. nume. 3. lib. 10. idem conſ. 460. num. 5. lib. 5. idem conſ. 372. nu. 28. lib. 4. vbi ſi damna, & intereſſe liquida non ſint, haud admittitur, Tiber. Decia. conſil. 94. ſupra num. 23. lib. 3. Ioſeph Cumia, cap. ritus more ſuo 9. num. 7. fol. 63. & hoc vulgato Cæſaris pronunciato in l. vlt. C. de compenſa. Andr. Alcia. conſ. 10. nu. 3. lib. 6. idem conſ. 57. poſt nu. 8. lib. 8. Pet. Surd. deciſ. 184. nume. 6. & compenſatio dicitur reconuentio Hieron. Magon. deciſ. Flor. 3. num. 8.

2 nilq; † aliud eſt quàm debiti, & crediti, dependentis ab eiſdem perſonis contributio. Hiero. idem deciſ. Lucenſ. ſ. num. 21. & compenſare aliquando accipitur pro imputare, quemadmodum in illis Cæſareis exēplis, tū in l. quoniā nouella, tùm in l. omnimodo, §. imputari, C. de inoff. teſta. de dote, aut donatione, à patre filię facta, cui legitima debebatur, quòd imputari debeant in legitimam ipſam, Iacob. Menoc. declarat conſil. ſuo 206. nu. 84. & paulo poſt, lib. 3. vbi quotieſcumq; pater aliquid filio legauerit, in ambiguo compenſandi animo, ſiue imputandi relinquere præſumitur. antè eum ſenſerat Hieron. Gabr. conſ. 16. num. 31. ad materiæ ſplendorem, quà plurima examinauit, Michaël Craſſus, tracta. de ſucceſsio. ab inteſta. §. legitima, quæſt. 20. vſq; ad quæſt. 32. ſi tibi ocium erit, occurrere poteris. & quando cōpenſationi locus eſſe non poſsit, in quadam facti ſpecie tangit, Iacob. Memet conſ. 296. num. 52. lib. ſuperiùs excuſſo.

3 Sed † animaduertendum eſt, Cæſarum illam conſtitutionem in l. vlt. C. de compenſa. abſq; temperamēto haud pertranſire, profectò ſatis dici liquidum, quod ſtatim, vel de proximo liquidari valebit, aut ſi intra bimeſtre liquidarij poterit, multa docuit Matthe. Afflit. Neapol. deciſ. 163. 381. & vtrobiq; Cæſar Vrſillus in additamentis ad eum, Alex conſ. 166. num. 5. ad finem lib. 2. & eo loci nume. 7. ſubiungit, liquidum creditum nuncupari, atq; ideò compenſationem fieri, ſi intra tempus inſtantiæ litis iam cęptæ expediri valebit. Vlteriùs quòd de liquido ad non liquidum compenſatio non fiat, ibi locū obtinet, quando id, quod liquidum dicitur, fuit primo negatum, & poſtmodum in lite liquidatum fuit in iudicio per teſtes, aut alias probationes: ſecùs autem ſi liquidum eſt per confeſsionem partium ita explicat, Tib. Decia. conſ. 94. num. 23. & latè inferiùs lib. 3.

vdi

Digitized by Google

vbi locupletiora habes, & demùm num. 27.
4 vſque † ad finem inquit, quòd ubi non com-
peteret compenſatio, competit retentio, fa-
ciliuſq; admittit retentionem, eamq; differ-
re à compenſatione. eo trahatur Andr. Al-
ciat. conſ. 57. num. 9. lib. 8. vbi illius dici-
tur liquidum, quod incontinenti hoc eſt, ter-
mino 15. dietum, vel alio iudicis termino li-
quidari poteſt videndus eſt, idem conſil. ſuo
10. num. 4. lib. 6. & de actinendi iure magis
priuilegiatum fore quàm compenſandi ſcri-
bit Aymo. Sauilia. conſ. 893. num. 7. lib. 5.
& de quantitate ad ſpeciem non recipitur
Aymo, idem conſil. 686. nume. 4. lib. 4. &
poſt multos Iacob. Menoch. conſi. 341. nu.
6. lib. 4. & è contrario minimè eſt licita, Pet.
Surd. deciſio. 184 num. 7. Hieron. Magon.
deciſ. Flor. 117. nu 33. & compenſatio ipſa
debiti vnius minimè cadit, cũ credito, quod
ab ipſo compenſante non debetur, ſed à ter-
tio; vt in pulchro caſu per Iacob. Menoch.
conſil. ſuo 781. lib. 8. cum concordantibus,
vtrùm iure ipſo fiat ad impediendum cauſsã
vſurarum, quæ ob moram debentur? præco-
gnoſcendus venit, Pet. Surd. deciſio. 117.
num. 6.

5 Atquì ad † caſum noſtrũ longo veluti poſt
liminio redeuntes, vt Andr. Tiraquel. verbis
vtar, tract. de retract. ling. §. 1. gloſſ. 3. nu.
10. poſt præfatio. concludendum erit à no-
bis vnà cum Tib. Decia. conſil. ſuo 41. ſpe-
ciatim num. 4. num. 6. & nu. 7 lib. 5. com-
penſationem haud admitti ob fauorem, quo
etiam loci facit regulam generalem in qua-
cunq; cauſſa eam recipi, ſed primùm coan-
guſtari locum minimè ibi vendicare in de-
cimis, & diſtributionibus quotidianis, quæ
prouenire dicuntur, ex iure canonicali, non
ex iure præbendali, & ob operam perſonæ
præſtantur ſecundo coanguſtatur ſecundum,
Tiber. anteà ſcriptum ſub nume. 7. quan-
dò quęrimus haud liquidum, cum liquido cõ
penſare. Tertiò, cùm quòd compenſare ni-
timur per exceptionem elidi poterit, vt ibi
6 per eum fallit quartò loco, quando † debitũ
foret iureiurando ſubnixum ſecundũ canon.
Ioan. Andr. Imo. Fel. & alij in cap. ad no-
ſtram, extra de iureiur. Ioa. de Ana. in cap.
querelam eod. tit. Ioſep. Cum. cap. Rit. 9.
num. 10. Octauius Gloritius, qui alios con-
gerit in cõment. cap. ſuper literis ſub n. 112.
verſic. & huius clauſulæ de reſcrip. vbi poſt
alios notab. hoc ſublimitat non procedere in
cauſis, in quibus proceditur ſola facti veri-
tate inſpecta, quo caſu opponitur compenſa-
tio, non obſtante iuramento, allegat Ozaſ.
in deciſ. 1. num. 27. & in deciſ. 92. num. 35.
necnè, & alios in hac re diſtinguentes, vt ibi
per eum, & de cæteris limitationibus ponit
Cumia anteà ſcriptus cum eo proſequere,
vbi de depoſito, vt non admittatur compen-
ſatio ipſa, nu. 9. cui addo, Roland. Vallenſ.
conſ. ſuo 4. num. 3. lib. 4.

ARGVMENTVM.

Bina hoc in loco recubare dubia non iniu-
cunda.

SVMMÆ.

1 *Bonorum pronuntiato, an comprehendi di-
cuntur nomina, ſiue credita debentium?
& an & quando inter ſtabilia adſcriban-
tur? & num. 3.*
2 *Ad materia ſplendorem nonnulla diffundi
capita, quàm breuia.*
4 *Vſura dotium lapſu decennij, an peti valeãt
per generum à ſocero? examinatur, &
num. 7.*
5 *Scęuolæ pronuntiatum, in l. libertis, §. ma-
nu miſſis, de aliment. & cibar. legat.*
6 *Vſuras marito debitas ob matrimonij onera
30. annorum curſu eradicari.*

RACEMATIO 157.

DIcam quo potero compendio in diſ
ſolutionem dubiorum de quibus in
præſentia agitur, vt cum Aymon.
Sauilia. exordiar, conſil. ſuo 477.
1 lib. 3. an † ſub pronuntiato bonorum com-
prhhendi dicantur nomina, ſeu credita de-
bentium? memorię prodiderunt, Ludo. Ro-
ma. conſ. 509. nu. 16. locupletiſsimus And.
Tiraquel. de vero. retra. tit. 1. §. 1. glo. 7. Ste-
pha. Bertra. ab Horat. Mandoſ. relatus, in
additamentis ad Ludou. vbi ſupra Roland.
Vallenſ. conſ. 54. num. 35. num. 36. lib. 3.
Aymo. idem conſ. 934. lib. 5. vbi an ea loco
circumſcribuntur Iacob. Mandell. conſ. 23.
num. 9. idem conſ. 26. pulchrè Hiero. Alba.
conſ. 20. nu. 9. quo loci ait poſt alios, quam-
uis debitorum nomina per ſe conſiderata lo-
co minimè contineantur, attamen quo ad
exequutionis effectũ dicuntur illius loci vbi
bona ſunt exequenda, vt ibidem per eum.
Philip. Dec. conſ. 237. idem conſ. 461. And.
Alciat. conſ. 77. num. 11. lib. 9. † ad mate-
riæ ſplendorem nonnulla diffundenda a no-
bis veniũt capità, quorum primum illud eſt,
ſi men-

Digitized by Google

ſi mentionem fieri contingat, mobilium bonorum, atq; immobilium,& tunc debitorum nomina haud contineri dicendum, quippè tertiam bonorum ſpeciem conſtituunt, quæ poni aſſolet inter mobilia, & immobilia, ſic Iacob. Menoch. conſ. 300. num. 38. nu. 39. lib. 3. vbi plures conuocauit iuris interpretes ad probandam ſententiam hanc, ſecundum caput, quotieſcunq; abſolutè,& ſimpliciter ſit bonorum, raciocinatio, & tunc nomina debitorum comprehendi, rectè prudẽtes faſsi ſunt, ſi quis igitur omnia bona ſua obligauerit, intelligitur quoq; ea ſuppoſuiſſe, ex Iacob. eodem conſ. 77. lib. 1. tertium
3 caput † eſt, quod minimè abhorruit ſuperiùs citatis, ſi res debeatur mobilis,& tunc nomẽ id debitoris, inter mobilia adſcribitur. poſtremum erit, quòd ſi fortè deberetur immobilis res, cõnumerabitur adhuc nomen ſuperiùs exemplum inter ſtabilia, ita Card. Zabare. conſ. 72. Soc. Iun. conſ. 148. num. 14. lib. 3 Bar. legiſtarum Dux ſenſerat in l. mouentium, ff. de verbo. ſignifica. cum alijs cõmilitonibus quos trãſcripſit Iacob. conſ. 300. vbi ſupra, num. 40. num. 41. quibus aggrego, Andr. Gail. obſeru. 11. nu. 9. & latè inferiùs lib. 2. prac. obſerua.

4 Dubium † aliud, quod ſub oriebatur eſt, numquid vſuræ dotis, vel alimenta lapſu decennij peti valeant per generum à ſocero? reſpondendum videbatur, generum admitti minimè poſſe Papinianus in l. procula, ff. de probatio. Scæuola in l. cum quidam, §. diuus, ff. de vſur. Papinianus in l. vir vſuras, ff. de dona. int. vir.& vxo. quibus enimuerò tacentibus, contraria ſententia aſſequenda venit, ad quam peruulgandam ſuffragari in primis, Scæuola in l. libertis, §. manumiſsis, ff. de alim. & ciba. legat. quo in loco alimenta liberis relicta, tàm præterita, quàm futura peti poſſunt, tametſi ſpatio longi temporis ad illarum ſolutionem hęredes interpellari mini
5 mè ſint. † Quæſitum eſt, Scæuola inquit, an poſt mortem filiæ à nouiſsimo hærede petere poſsint, & tàm præteriti temporis, quàm futuri hoc eſt, quod cibariorum nomine, & veſtiarij relictum eſt? reſpondit: ſi conditio extitiſſet, nihil proponi, cur non poſſent.

Ad idem, & nu. 2. citatur Thom. Gram. Neapol. deciſ. 70. vbi ad finem de veriori teſtatus eſt opinione* * magiſq; communem refert Horat. Mandoſ. in additamentis ad Ludou. Roma. conſi. ſuo 517. verbo, conſilium, paulò poſt, ſcribit Philip. Decius conſil. 571.

6 Tertio † loco ſententia hæc vires accipit, namq; pluſquàm manifeſtum eſt, nos loqui de vſuris illis, quę debitę ſunt marito, ob onera matrimonij, & minimè præſcibuntur minori ſpatio triginta annorum, Honorius, & Archadius, in l. ſicut, C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. & per illum tex. ſapienter Ioan. Igne. in l. 3. §. eleganter, ff. ad Senatumconſ. ſellania. poſt num. 215. quem allegaui racematio. 78. nume. 6. cum ſimilibus, ſiue debeantur iure actionis, ſiue iudicis officio.

Quartò, & vltimò expenditur Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 65. per totum, lib. 4. vbi doctè pro hac parte conſuluit reſpondendo obiectibus omnibus, & ad finem aſſerit concordem* ſententiam fore à qua nullatenus recedendum erit, niſi dicit ipſe Rolandus, quis vellet ſuam facere litem, atq; ideò in
7 ſindicatu ad intereſſe † teneri partibus, & quamuis diſputando contrarium ſubſtinere videatur, Tib. Decia. conſ. 32. num. 55. & paulò poſt, lib. 2. nihilominus declarauit, quemadmodũ dicebat Rolandus anteà ſcriptus, nume. 19. nempè aut ſumus in terminis vſurarum dotis, quæ debentur, ex cauſſa lucratiua, & tunc remiſſæ cenſetur per ſpatiũ illud, aut verò loquimur de vſuris illis, quæ delitę ſunt marito ob onera matrimonij, & ſic ex cauſſa oneroſa, & tunc aliter determinandum, vt ibidem per eos.

ARGVMENTVM.

Pandi hîc, an, & quando mobilium pronuntiato comprahendatur pecunia, cum ſuis coanguſtationibus.

SVMMÆ.

1 *Pecuniam ſub Mobilium enuntiatione, utrũ contineri, demonſtratur, per totam.*

2 *Teſtator legando uſufructum illius uerbis, bonorum omnium mobilium, pecuniam uenire, ſecùs ſi ſimpliciter, nu. 3.*

4 *Pecunia ad negationem aliquam deſtinata, ex quò teſtator erat numularius, uel mercator, tunc in legato mobilium pecunia nõ continetur, & numo. 5. ubi alia refertur coanguſtatio.*

6 *Appellatione mobilium, an ueniat pecunia, attento communi uſu loquendi, ut ſub eo pronuntiato intelligantur utenſilia, domuſq; ſuppellectilia.*

RACE-

Digitized by Google

RACEMATIO 158.

OMiſsis aliorum dictis, quàm breuiter ſubijciam opinionẽ meam non in modum conſilij, ſed potiùs voti, vt cum And. Alciat. refertiſsimo viro concinam, conſ. ſuo 160. lib. 5. quid pu-
1 tarim, aut ſenſerim in hac † controuerſia, an mobilium enuntiatione pecunia venire cenſeatur, iucundè lector, tangunt Philip. Dec. conſ. 381. num. 4. & conſ. 472. nu. 6. Curt. Iunio. conſ. 183. Arius Pinellus l. 1. par. 2. num. 45. C. de bon. Mat. Aymon. Sauilia. conſ. 934. lib. 5. Alex. conſ. 92. lib. 6. Roland. Vallenſ. conſ. 74. num. 30. lib. 2. Iaſ. conſ. ſuo 65. poſt nu. 4 lib. 1. Franc. Mant. tracta. de coniect. vlt. volunta. tit. 3. lib. 9. vberrimè Anto. Toſſau. deciſ. ſua 160. Tib. Decia. conſ. 33. num. 10. lib. 1. latè Iacob. Menoch. conſi. 407. lib. 5. Cæſar. in auten. de nuptijs, §. & quia parum, verſic. ſi verò vniuerſa, inclitus celſus, in l. ſi chorus, §. 1.
2 de lega. 2. cum concomitantibus † alijs, atqui, vt ad caſum mihi propoſitum veluti poſt liminio redeam, diſtinguendum eſt, aut teſtator legauit vſufructum vniuerſaliter loquẽdo & ſic bonorum omnium mobiliũ, & tunc pecuniarum repertarum in arca vſum fructũ venire non ambigẽdum erit, per manus nãq; traditum eſt, quòd quãtùm affert dictio omne, tantùm aufert dictio nullum, And. Barbat. conſ 84 num. 4 lib. 4. Felin. cap. grauè, num. adhuc 4. de off. ordina. facit Diocletiani, & Maximiani Cæſarum reſponſio, in l. à procuratore, C. mandat. prænotandus venit Hieron. Alban. conſ. ſuo 6. nume. 18. & inferiùs, ac Roland. Vallenſ. conſ. 27. nu. 8. num. 26. num. 28. lib. 4. Aymon. Sauil. conſ. 329. circa princ. lib. 3. cum alijs à no-
3 bis exageratis racema. 136. nume. 4. † aut teſtator vſusfuit ſimplicibus pronuntiatis relinquendo mobilia, & tunc minimè cenſetur pecunia, vel illiùs vſufructus contineri, ita reſpondere videtur, Iacob. Menoch. ſuperiùs excurſus, nu. 14. pulchriùs idem ſcripſit ſex enarrando caſus, qui hùc pro inſertis habeantur illo in loco, num. 6 & longè inferiùs congruere iudicantur, quæ tradidit Michael Craſſus, tractat. de ſucceſsio. ab inteſta. §. legatum, quæſt. 19 num. 7. & num. 8. dum quærit numquid ſub mobilium legato veniat pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, vt ibi per eum decidentem poſt Nicola. Boer. deciſ. 209. inter mobilia compu-
** tari, magiſq; ** ſententiam concordem teſtatum eſt, Anton. Teſſau. deciſ. 160. ſuprà num. 5. & nu. 6. vbi duobus dilatauit modis.
4 Quę † nihilominus ſententia concors, coãguſtatur primùm, ſi huiuſmodi pecunia deſtinata fuiſſet ad negotiationem aliquam, putà ſi teſtator fuiſſet numularius, vel mercator, atq; ideò legaſſet mobilia vxori, nempè tunc abſurdum foret dicere, quòd vxori pecuniam legare voluiſſet. argẽtariorum verò, & numulariorum quod fuerit munus, & vtrũ argentarij ſint ijdem, ac numularij latè explicauit Pyrrhus Alfa. ad rubr. C. de edend. nu. 22. n. 23. Ioſep. Cum. cap. ritus 19. n. 94.
5 Secundo † loco excipitur, quotieſcumq; locus vbi mobilia repoſita ſunt, deſignatus fuerit, enimuerò tunc pecunia in legato mobilium non comprehenditur.

Tertio coanguſtatur, vt non vendicet ſibi locũ, ſi poſt legatũ mobiliũ teſtator vteretur illius verbis, nẽpè in cæteris autẽ facultatibus mobilib⁹, & ſtabilib⁹ inſtituit Sẽproniũ.

Poſtremò excipitur, quoties eſſemus in patria in qua communis vſus eſſet, vt appellatione mobilium intelligeretur de vtenſilibus, demuſq; ſuppellectilibus, & non de pe-
6 cunia. Iſta † declarauit Anton. Teſſau. loco ſuperiùs excurſo, num. 7. num. 9. num. 11. & num. 12. quibus in locis ſatis ſuperq; ſuos conuocauit commilitones, quos minimè cito, cùm apud eum videri poſsint, & præcognoſcendus eſt, Iacob. Menoch. conſil. ſuo 407. num. 15. num. 16. & nu. 22. & paulò poſt, lib. 5. cum ſimilibus. videto aliqua per And. Gail. obſeru. 11. lib. 2. practica. obſeru.

ARGVMENTVM.

De ſponſalibus, & an quemquam cogi valere ad matrimonium contrahẽdum, & de imparitare nuptiarum.

SVMMÆ.

1 *Sponſalibus contractis, vtrùm quis compelli ualeat ad matrimonium contrahendum demonſtratur.*
2 *Cauſſę recedendi à ſponſalibus ipſis, an iuſtę, uel iniuſtæ fuerint, iudicis arbitrio relinqui.*
3 *Sponſi pulchritudinem quaſi in prę mium, uel palmarium dari caſtitati puellarum.*
4 *Iuſtæ diſsentiendi cauſſæ à ſponſalibus quaſ nonnullas enarrari.*
5 *Aetas annorum ſeptẽ ad contrahendum ſponſalia nùm de eſſentia requiratur.*
6 *Sponſalia per patrem contracta ad filiæ fauorem ità demum ualere, ſi filia ſciuerit,*

atq; expreſsè ratificauerit.

7 *Vxorem ex æqualibus ducendam fore, nihq; deteriùs in matrimonio contingere poteſt, quàm odium, & diſcordia ipſa.*

RACEMATIO 159.

ILlud extrà pugnam forè eſſe videtur, ſponſum dici promiſſum, ſponſamq; denominari promiſſam, & poſt matrimonium adimpletũ coniuges, vir, & vxor nuncupãtur, ex And. Gail. obſerua. 80. num. 5. lib. 2. pract. obſeru. qui alios citat, vbi nume. 11. ſubiungit, ſponſalia de præſenti cum minore ſeptennio, reſolui in ſponſalia de futuro videndus eſt Tib. Decia. conſ. 33. ſub nume. 15. lib. 4. atquì
1 grauis, & à multis † annis cõtrouerſa eſt quæſtio, nùm ſponſalibus contractis ad matrimonium contrahendum compelli quem poſſe, an ne licita ſit vnicuiq; pœnitentia? candidè lector, Hiſpa. his, Didac. Couar. epito. de ſponſal. cap. 4. tangit antimoniam hanc, inquiens, vnumquemq; illorum, ingiuſta, atq; rationabilis cauſſa allegetur, coerceri poſſe cenſuris equidẽ eccleſiaſticis ad hoc, vt matrimoniũ contrahatur, tametſi ſponſalia contracta fuerint abſq; iuramenti nexu, ſanxit Romanus Pontifex, cap. ſicut, cap. ex literis Syluani deſponſa. & per illos contextus affatim Iacob. Menoc. conſ. 386. lib. 4. quo loci nume. 3. ſubdit, ſponſam locupletem ſi poſtmodum inops fiat, nihilominus aſtringi ſponſam in vxorem ducere, niſi Menochius ait, dotatam ducere pactus fuerit; vt ibi per eum locupletiùs inſtruentem, & præſertim ſi ſint citatæ, facultatibus, ac pulchritudine pares, àtq; in domo biberint, & comederint cũ fratre, vel patre ſponſę pluries colloquendo, & alia huiuſmodi, vberiùs declarauit Tiber. Decia. conſ. ſuo 66. num. 15. lib. 5. vſq; ad finem, vbi nu. 17. aſſerit ex ſcribentium mente, quòd iurans ſponſalia futura cogi debeat eccleſiaſticis cenſuris, quamuis prius monẽ-
2 dum, niſi rationabilis † cauſſa obſtiterit quę an iuſta, vel iniuſta ſit, iudicis arbitrio ſtandum fore ait, Tibe. ille poſt nu. 18. quinimò alibi Tibe. idem conſ. 25. poſt num. 24. lib. 4. dicebat, nullo ciuili iure, canonico, vel municipali matrimonium impediri ex fortunarum diſparitate dummodo adſit vtriuſq; cõſenſus, & ſub num. 26. concludit, paritatem præcipuè conſiderari reſpectu generis, ac familiæ nobilitatis, morumq; non autem diuitiarum reſpectu, illud applicandum eſt, ſatis eſſe, probãdo ſponſam debilis complexionis, & minimè pulchram quamuis opulentã, ſponſum vero ſanum, corporeq; robuſtum,
3 atq; formoſum quo fit, vt † pulchritudo ſponſi debeat caſtitati ſponſæ quaſi in præmium, vel palmarium dari, bona namq; dupliciter conſiderantur. alia ſunt diuina, ália quidẽ humana inter huiuſcemodi terreſtica connumeratur primùm ſanitas, ſecundò pulchritudo, tertiò corporis robur, poſtremò diuitiæ formæ: igitur cum diuitijs compenſanda erit, ita poſt Alex. conſ. 209. num. 10. lib 6. reſpondebat Tib. ſuperiùs excurſus, nu. 28. & inferiùs cùm concordantibus, & ne quæſo iniurius fugiat, ſponſalia eſſe mentionẽ, atq; repromiſsionem futurarum nuptiarum ex Ioſep. Maſcar. de proba. conclu. 1331. lib. 3. vbi quoq; ſcribit quo pacto probẽtur, vt ibidem per eum. pro coronide præfatarum ſcribentiùm aggregetur Iacob. Menoch. conſi. ſuo 786. circa princip. lib. 8. cum concomitantibus alijs.
4 Iuſtæ † autẽ recedendi à ſponſalibus cauſſæ inter aliquot, ad ſcribũtur iſthæc quæ ſubſequuntur, quarum prima eſt, patrum reluctatio, ſiuè diſſenſus, ſecunda ſit, quòd nulla ſubſit ſpes prolis procreandæ, tertia cauſſa, ſi fortè contingat, ſponſam fuiſſe alterius concubina, quo pertinet, vt probabilis ſubeſſe exiſtimetur ſuſpitio, ne in poſterum talis ſit, ſemel nempè malus præſumitur in futurum malus, Ioſep. Maſcar. conclu. ſua 1003. nu. 37. & longè inferiùs lib. 2. de probatio. vbi explicat ſapientior alijs; poſtrema eſt, viri, atq; mulieris impuritatem præbere iuſtam recedendi cauſſam à ſponſalibus ipſis, quemadmodum de his omnibus latiores patent aditus, Iacob. Menoch. vbi ſupra, num. 11. num. 12. num. 13. num. 14. cùm ſubſequenti appendice num. 25. & num. 26. cùm ſimilibus, hûc congruunt adnotata per Nicola. Mozzium tracta. de contract. ſub titu. de ſponſal. ad colum. quomodo ſoluant. ſpõſalia per totum fol. 170. quo loci quindecim enarrauit caſus, quibus mediantibus ea diſſoluuntur qui hoc in albo communi proinſertis habeantur, ne papyrum fruſtum denigrẽ.
5 cæterum † ſubiungere placet id Eugenij Romani Pontificis enuntiatum, in cap. iuuenis, deſpõſal. numquid ætas annorum ſeptem requiratur, an ne ſuppleri valeat contrahentiũ malitia, ſunt hinc, atq; hinc denſi fluctus, Panormita. namq; Abbas cap. præcitato, in eã iuit opinionem, vt putet ad validitatem ſpõſaliorum præciſè requiri ſeptennium, at Didac. Couarr. in epitom. deſponſa. capit. 2. contrariam ſubſtinendo ſententiam, inquit, diſcre-

diſcretionem ſupplere ætatem eam ob rem, Nicola. Mozzius loco citato num. 4. rem ipſam componere volens, duos diffundit principes caſus quos vide per te, quia liber iam eſt prælo emiſſus, ad colum primam vlt. ord. qui poſsint contrahere ſponſa. fol. 168. videto pulchrum caſum Card. Zabar. conſ. 109. ſi placet, & de diſſolatione nonnulla Iacob. Menoch. conſ. 15. lib. 1. Philip. Dec. conſ. 681. atq; de ſponſalibus per duos contractis muneribus, & oſculis interuenientibus, cui applicanda ſponſa, Philip. idem conſi. 380. & vt inter aliquos ſeruentur, ac matrimoniũ contrahatur, ſi facta ſit penalis promiſsio an validi iudicetur momenti Iacob. Mandellus
6 reſpondebat conſ. ſuo 77. nu. 32. † id quoq; mouet, ſponſalia per patrem contracta ad ſauorem filię ita demum valent ſi filia ſciuerit, atq; expreſsè ratificauerit, ex And. Alciat. conſil. 6. lib. 1. Card. conſil. 24. ſed quæro vtrùm ſtante perſonarum diſparitate, Papa matrimonium cõtractum per verba de præſenti diſpenſare poſsit copula nondum ſubſecuta, Philip. Dec. conſil. 112. propè finem, & poſt eum, & cæteros conſonantes Iacob. Menoch. conſ. 385. nume. 4. lib. 4. aſſerit, imparitatem cõditionis perſonarum idoneã fore, vt Romanus Pontifex diſpẽſare valeat, ratio eſt dicit ipſe, quamuis quoad ſacramẽtum ſit matrimonium illud inter conditionis inequales: nihilominus quo ad ipſas leges minus legitimum cenſetur. hinc infertur, de cleoboli lyndij ſententia, qui iubebat vxorẽ,
7 ex † æqualibus ducendam fore, ſic ille num. 6. vbi ſubnectit, ſummam illam beneuolentiam, mutua amicitia, concordiam, ac familiaritatem, quæ beatitudinem quamdam inter virum, & vxorem gignit, ab ipſorum diſſimilitudine deſtrui, vt ibidem per eum, cui addo Tib. Decia conſ. ſuo 68. num. 22. lib. 5 eo namq; loci Tiberius ait, nil deteriùs in matrimonio contingere poteſt, quàm diſcordia, & odium. meliuſq; eſſe ſaparatos coniuges tolerare abſq; animæ, corporiſq; periculo quàm coniunctos aſsiduò affligi, ac moleſtijs ſuſpitionibuſq; cùm euidẽti animorum, & corporum periculo macerari, ad quem ſtudioſum miſſum facimus.

ARGVMENTVM.

Binas, & quidem denſiſsimas hæſitationes enarrari, quæ ex contentis iam ſplendent.

SVMMÆ.

1 *Creditor primus ſpecialem, genericamq; habens hypothecam, an poſſit ſpecifica reiecta, in perniciem alterius creditoris ad generalem occurere? & nu. 2.*

3 *Clauſulam illam, quod ſpecialitas generalitati minimè deroget, nec è contrariò quem parere effectum.*

4 *Vxoris obligatio nùm ualidi iudicetur momenti ſi cum uiro ipſo in inſtrumento ſe obligauerit?*

5 *Domini Camerales præciderũt mulieris obligationem fruſtraneã eſſe probationis defectu circa pecuniam in utilitatem uerſam.*

6 *Caſaris pronuntiatum, in autent. ſi qua mulier, C. ad uelleia. coanguſtari.*

RACEMATIO 160.

VNam, atq; alteram per egregiam dubitationem iamdudum capio, tanquam in praxim frequẽtiſsimè incidere conſuetam, quarum prima
1 eſt nùm creditor † primus ſpecificam habẽs hypothecam in aliquibus fortunis, & in alijs genericam, ſi ad debitum ſatis ſint facultates ſpeciatim obligatæ, aduerſus creditorem poſteriorem habentem in cęteris ſpecialem hypothecam actionẽ inſtituere valeat? Seuerus, Antoninuſq; Cæſares ſplendidiſsimi in l. 2. C. de pigno. & hypothe. ita ſculpsẽre, quamuis conſtet ſpecialiter quædam, & vniuerſa bona generaliter aduerſarium tuum pignori accepiſſe, & æquale ius in omnibus habere: iuriditio tamen temporanda eſt. ideoq; ſi certum eſt poſſe eum ex ijs quæ nominatim ei pignori obligata ſunt, vniuerſam redigere debitum: ea quæ poſteà ex iiſdem bonis pignori accepiſti, interim tibi non auferri præſes prouinciæ iubebit. prior itaq; creditor ſpecialem, generalemq; hypothecã habens, minimè poterit in creditoris poſterioris diſpendium vel perniciẽ generali hypotheca perfrui, ni priùs in ſpeciali excuſsio fiat. pulchriùs concinit Didac. Couar. cap. 18. varia. reſolutio. lib. 3. cum concordantibus à Roland. Vallenſ. conſ. ſuo 36. lib. 4.
2 Sed † fingamus, poſteriorem creditorẽ minimè habere in illa re ſpecialem hypothecã, ſed tantummodo genericam, an locum ſibi vendicet Cęſarum prelibatorum Sancio? Didac. vbi ſupra, poſt num. 2. concludit affirmatiuè par nempè viget ratio, vt ibidem per eum locupletiùs explicantem, quem ſequitur Ioac. Myſ. obſeru. 94 num. 6. centu. 6.

Digitized by Google

* ſingula. obſerua. quo loci de veriori * ſenten
tia, quam obſeruarunt, domini Camerales,
& num. 7. ſubdit quoq; Mynſ. minimè refer
re, an primus creditor habeat ab initio ſpe-
cialem, & exinde generalem, an è contrariò
Pan. Pariſ. conſ. 50. num. 38. lib. 1. Cache-
ran. Pedamont. deciſ. 159. Affluentiùs ſcri-
ſcribit Pet. Surd. deciſ. ſua 44. ad quem om
ninò occurras, vbi doctorum molem cumu-
lauit nihilominus aliter vetatum fore inquit
à Senatu creditorum herclè benè verſatum
fuiſſe agendo circa generica bona, liber eſt
impreſſus, diutiùs igitur immorandum non
eſt. ſcribebat Aymo. Sauilia. conſ. 594. ſub
3 num. 5. lib. 4 † illud applicandum, clauſulã
eam in inſtrumento appoſitam, quòd ſpecia-
litas generalitati minimè deroget, nec à con
trariò, operari, vt anterior creditor non cõ-
pellatur potiùs agere priùs, ex hypotheca
ſpecifica, quàm ex generali, etiam ad ſecun
di creditoris detrimentum, Paul. Pariſ. conſ.
103. num. 3. & inferiùs, lib. 3. Ioac. Mynſ.
loco citato in extremo, cui addo, Rolãd. Val
lenſ. conſ. 36. num. 8. vſq; ad finem vbi do-
ctè, lib 4. & quando dicatur ſpecialis hyp-
potheca, vel generalis, ſapienter declarat
Aymo. Sauilia. conſ. 381. num. 3. lib. 3. vbi
paulò poſt ſubiungit, ea pronũtiata omnium,
& ſingulorum bonorum hyppothecæ ſpecia-
lis vice fungi, disiunctimq; intelligi, vt per
inde res fiat, ac ſi domus, bonaq; alia ſingu-
latim narrata fuiſſent, ne otioſũ, abundanſq;
maneat, verbum id ſingula, vt ibidem num.
6. idem largiùs conſ. ſuo 668. num. 11. & in-
feriùs lib. 4. Philip. Dec. conſ. 532. num. 6.
Tiber. Decia. conſ. 64. num. 39. lib. 2. Ro-
land. Vallenſ. conſ. 1. num. 71. lib. 3. cum
ſimilibus. ab And. Alciat. congeſtis conſil.
ſuo 109. lib. 8.

4 Erat, † & alia hæſitatio, an vxoris obliga-
tio validi cenſeatur momenti, quotieſcumq;
inſimul cùm marito ſuo in eodem inſtrumen
to ſe obligauerint, inclyte lector, memor ſui
loci illius, ſæpe ſæpius citati Rolandi Vallẽſ.
conſ. 64. num. 7. lib. 1. & per totum vbi mul
ta cõcomitantia attulit quo pertinet, vt obli-
gatio vxoris reſpectu minimè robur acci-
piat, at viribus citiuſq; careat. ni probatum
fuerit pecuniam in vtilitatem mulieris ipſius
verſam fore. Matth. Afflit. Neapo. deciſio.
209. vbi Cæſar. Vrſill. in additamentis, ad
eum plura cumulat, dum diſcutit, quando
vir, & vxor ſimul vendunt, quòd maritus ven
dere iudicetur idem ſtatuendum ſi emũt, &
in dubio de pecunia mariti, vt ibi per eum
alios citantem Aym. Sauilia. conſ. 91. Alex.
conſi. 38. lib. 2. de materia ſcribunt, Alex.
idem conſ. 172. num. 17. lib. 6. nonnulla Ia-
cob. Menoch. conſ. ſuo 560. lib. 6. & de con-
feſsione mariti dicentis ſe emiſſe rem de pe
cunia vxoris, quòd confeſsio huiuſmodi pro-
bet, ſi veriſimilis ſit, quià vxor aliunde facul-
tates habebat etiam in creditorum perniciẽ
ſcribit Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 363. lib.
1. de probatio. videndus eſt Pet. Surd. deciſ.
55. Roland. Vallenſ. conſ. 90. num. 15. lib.
5 2. & in ſumma † per dominos camerales de-
terminatum fuit, locupletiſsimo ad hoc teſte,
Andr. Gaill. obſeruat. 89. lib. 2. practica.
obſerua. mulierem nempè pro ſua parte ab-
ſolutam fuiſſe, ex quò minimè probatum fue
rat, pecuniam conuerſam eſſe in vxoris vti-
litatem, quo loci ſubdit poſt Bal. cautelam
docentem, vt creditor ſummoporè, animad-
uertat, omniq; conatu procuret, pecuniam
in vxoris vtilitatem expendi debere, vt ibi
per eum latè inferiùs alia pulchra exageran-
tem, cui addo, Antonium Teſſau. deciſ. 223.
quo in loco num. 2. inquit, adeò veram eſſe
concluſionem, vt dilatetur, tametſi vxor faſ-
ſa fuerit pecuniam ad ſe perueniſſe, & fieret
in eo inſtrumento cùm viro ipſo debitrix ad-
hûc namq; minimè obligaretur ex quò con-
feſsio præſumitur in fraudem legis facta, &
ita Senatum obſeruare. vbi quoq; extendit,
quamuis vxor vnam cum marito ſe ſubppo-
nes conſtituat ſe principalem debitricẽ. ſpe-
ciatim, num. 4. dilatauit maxima de quo ibi-
dem quãquã mulier fateretur numos in vti-
litatem ſui verſos fore, quippè tunc haud cõ-
pelli eam, niſi pro eo, quòd perſpicue appa-
reat illi deueniſſe. ſed quid ſi interuenerit iu
6 ramentum examinat idem † Teſſaurus, nũ.
8. & longè inferiùs, & num. 13. cum ſimili-
bus, & nihilominus coãguſtauit Cæſaris pro-
nuntiatũ, in auten. ſi qua mulier, C. ad Vel-
leia. num. 15. minimè ſibi locum obtinere ſi
mulier ipſa obligauerit ſe cũ marito pro ſira,
vel communi vtilitate, vel quando ipſi fide-
iubent ſimul ad tertij, cuiuſuis fauorem ergà
aliquem, vt ibidem, num. 16. adnotauit, &
vſq; ad finem duas alias aggregans coangu-
ſtationes. quas ſilentio inuoluo cùm apud
eum videri poſsint.

ARGVMENTVM.

De ſucceſsionum renuntiationibus, iuramen
to ſubnixis, læſione enormi, vel enormiſ-
ſima, nùm vires habeant, & an computan
tibus reſtitutio detur, & quo pacto ſubue-
niatur,

Digitized by Google

niatur, aliiſq; factorum ſpeciebus continuati ſermonis ratione euenientibus.

SVMMAE.

1 *Filia dotata ſucceſſionis paternæ renunciãs, ſi læſa fuerit, an reſtitutionẽ flagitare poſſit; & an admittatur ſtante iuramento? & num. 2. & num. 8. vbi de Imperiali deciſſione.*

3 *Dos congrua, atq; competens quæ? & vtrũ iudicis arbitrio relinquatur?*

4 *Dolum præſumi, ex enormi, vel enormiſſima læſione, minimèq; offendere iuramentum, & num. 5.*

6 *Caput quamuis, & caput cùm contingat, quibus in terminis loqui, & de ſenis coangustationibus remiſſiuè.*

7 *Læſam dici mulierem, eo ipſo, quòd pro vna dote, renuntiauit pluribus hæreditatibus.*

9 *Iuramentum an confirmare dicatur renũciationem factam ſtatuti forma minimè ſeruata prohibentis perſonam contrahere, quòd non.*

10 *Renunciantem ſucceſſioni, tàm ex teſtamento, quàm ab inteſtato iuramento adhibito, haud impediri ſuccedere per viam teſtamenti.*

RACEMATIO 161.

HAud infirmam, & minimè obſcurã mihi eſſe videri antimoniã illam, quinimò inclyte lector, inter diſceptationum ſuarum quaſi tropheã
1 iudicari, an nè dotatæ filiæ † ſucceſsioni paternæ renuntiantes cum iuramento oblæſionem, in integrum reſtitui mereantur? & nẽpè exploratiſsimi iuris eſt, eas de iure Pontificio renuntiare poſſe, ex quò iuſiurandum ſeruari poſsit, abſq; ſalutis eternæ diſpendio, ex Innocentij, ac Bonifacij Romanorum Põtificium pronuntiatis, cap. cùm contingat, de iureiuran. & cap. quamuis de pact. lib. 6. vbi Didac. Couarr. tert. relactio. part. & longè inferiùs, & § 4. cùm concordantibus. Angel. conſ. 303. ad finem Ioa. Cepha. conſil. 34. lib. 1. Andr. Alciat. conſi. 25. nume. 6. lib. 8. idem conſ. 30. expreſsiùs And. idem reſpondit conſ. 27. lib. iſto, Io. Cepha. conſ. 142. lib. citato. locupletiùs alciatus memet ſcribebat conſi. ſuo 1. lib. 8. Aymo. Sauilia. conſ. 856. nume. 12. lib. 5. Andr. Gail. obſeruat. 147. lib. 2. practica. obſeruat. vbi de
* conſono * ſcribentium ore.
2 Nùm † quoq; a iureiurando relaxationem efflagitare valeant, attento quòd iuramentũ minimè eſſe debet iniquitatis vinculum, ſed tribus Comitibus ſubnixum veritate, iudicio, atq; iuſtitia. Roland. Vallenſ. conſ 7. num. 47. num. 48. lib. 3. idem conſ. 60. num. 67. num. 68. lib. 4. Tib. Decia. conſ. 39. num. 12. lib. 2. Ioſeph. Maſcard. concluſio. 1264. nu. 29. lib. 3. de probatio. Tib. idem conſi. 56. num. 20. & paulò poſt lib. 4. Iacob. Menoch. conſ. 401. nu. 198. lib. 5. facit etiam, quia Summus Pontifex prælibato cap. quamuis, dùm loquitur de dotibus, intelligi debet de competẽtibus iuxta facultates, diuitiaſq; parentum, enuntiatum quippè id dotis, de
3 congrua exponitur, minimèq; eſſe debere † legitima ipſa minorem Philip. Dec. conſil. 611. num. 7. Aymo. Sauilia. conſ. 940. lib. 5. eo accedat Ioſep. Maſcard. concl. ſua 570. lib. 1. de probatio. num. 12. & latè inferiùs, quo in loco, poſt doctorum congeriem, ait, an dos congrua, competenſq; fuerit, iudicis arbitrio exiſtimari, ſcribit Anto. Teſſau. deciſ. 192. quòd nihilominus arbitrium dirigi debet ſecundum qualitatem perſonarum, filiorumq; numerum, ac patrimonij quãtitatem, atq; conſuetudinem loci, regionis, & familiæ, vt ibi per eum more ſuo. Tib. Decia. conſ. 10. num. 15. lib. 2. Aym. Sauilia. conſ. 683. per totum, lib. 4 pulcherrimè Iacob. Menoch. conſ. 580. num 9. & longè inferiùs, lib. 6. Tiber. idem, conſ. 17. lib 2. per totum. idem conſ. 78. num. 14. num. 19. & inferiùs lib. 5. ſubtiliter, & venuſtè declarat Andr. Alciat. conſi. 18. lib. 9. idem conſ. 55. num. 4. lib. 8. And. Gail. obſerua. ſuperiùs excurſa, num. 4. & nu. 6. vbi poſt numerum ſeptimum enucleauit hæc præſertim locum ſibi obtinere reſpectu filiæ in ætate minori adhùc conſtitutę ob ſexus fragilitatem, ac iudicij imbecillitatem, quamuis indiſcrimina-
4 tim vigeant prædicata † in filia maioris ætatis, quandoquidem ex enormi, vel enormiſſima læſione, vt putà ſi vltrà dimidiam decepta fuerit, dolus præſumitur. Ioan. Ceph. conſ. 207. nu. 74 lib. 2. Iacob. Mand. conſ. 89. num. 5. vberiùs Cepha. idem conſ. 142. lib. 1. idem conſ. 137. num. 60. & videndus eſt idem conſ. 34. lib. iſto, Ioſeph. Maſcard. concluſio. 1264. num. 28. lib. 3. de probatio. vbi nu. 29. ſubiungit, poſt Pet. Ancha. conſultum fore, ſororem, quæ cum iuramento renuntiauerat fratri hæreditatem paternam, ſtante enormi læſione, reluctare poſſe iureiurando minimè mouente. Cepha. idem conſ. ſuo 378. lib. 3. quo loci poſt num. 14. ex mente Neuizæ. nuptia. ſylua cautelã enarrauit

rauit, vt pater cui renuntiatur, abſit renuntiationis tempore,& poſtmodum alio inſtrumento ratificet, ne paterna reuerentia cenſetur renuntiatum, atq; ideò immodica læſione exiſtente renuntiatio ipſa reſcindatur, vt ibi per eum. idem conſ. 308. nu. 21. affluentiùs compertiùſq; Cepha. Memet. conſ. ſuo floridiſsimo 405. num. 22. num. 23. & longè inferiùs vbi de ſcribentium mole illos nō cito, cùm apud eum in fonte à quo piam cer
5 ni rectè valeant: idem † conſ. 445. num. 10. num.44. lib. 3. cum ſimilibus, à Tib. Decia. conſ. ſuo, 56. num. 18. num. 19. lib. 4. Roland. Vallenſ. conſ.7. num. 43. lib. 3. vbi dicebat, quando minor enormiſsimè læditur in contractu,quia tunc re ipſa verè eſt dolus, quia ſic lex præſumit, iuramentum minimè obeſt minori ipſi,ratio hæc eſſe videtur, Roland. inquit ibidem,num.44. quia vbi eſt læſio enormis, interueniſſe dicitur dolus re ipſa,& ob id iuramentum haud obligare minorem, ruſticum,vel mulierem. Didac. Couar. ſuperiùs excurſus cap. quamuis. §.4. num.3. Roland. idem conſi. ſuo.60. num. 66. lib. 4. vbi de magis concordi ** prudentum Veto. locupletiſsimè habes per Iacob.Menoc. conſil. 848. num. 27. num. 32. num. 34. & latè infra lib. 9. Pet. Surd. deciſ. 299. num. 10. Aymo. Sauil. conſ. 635. conſ.636. lib.4. Iacob. Menoch. conſ. 990. nume. 17. lib. 10. Tiber. Decia. conſ. 78. num. 28. lib. 4. vbi ſubdit, infringi renuntiationem etiam ſi iudicis decretum interueniſſet infinitas allegādo auctoritates, idem conſ.71. num.6. & nu. 9.lib.iſto,abundè docuit Iacobus idem conſ. 401. num. 157. & longè inferiùs lib. 5. quo
6 in loco more ſuo de doctorū turba, vbi † nu. 167. inquit, cap. quamuis. & cap. cum contingat, loci præcitatis, loqui quando adeſt dolus ex propoſito,non enimuerò de dolo re ipſa, vt ibi per eum,& de illorum ſplendore, Io. Cæpha. conſ. 34. num. 20. nume. 23. & infra, & num. 31. idem conſi. 142. num.24. num. 25. num. 28. & num. 38. lib. 1. Andr. Alciat. conſ.27.per totum lib.8. vbi ſex pulchras coangultationes enarrauit, quas vide per te. idem conſ.55. & de enormiſsima læſione iurata, Andr. idem ſapientior, conſ. 1. vbi de veriori ore ** magis communi ſententia, num.4.& poſt num. 18. lib. ſuperiùs excurſo. Andr. idem conſ. 135. num.8. & longè inferiùs, vbi poſt num. 13. lib. 5. tametſi enormiſsimæ læſioni renuntiatum ſit,& conſ.
7 120. circa medium lib. iſto † & mulier dicitur ſatis ſuperq; læſa, eo ipſo, quod pro vna dote renuntiauit pluribus hæreditatibus, Philip. Dec. conſ. 380. num. 15. & conſil. 551. num. 2. Tib. Decia. conſ. 86. nume. 21. lib. 5. idem conſ. 71. num. 10. lib. 4. idem conſ. 39. ſub nume. 8. lib. 2. Andr. Gail. obſerua. 147. nume. 12. lib. 2. pract. obſeruat. cum concordantibus à Ioa. Cepha.conſ. ſuo 137. poſt num. 56. lib 1. diciturq; læſio enormis, quando is eſt læſus in 6.parte, vel ſi pro 600. renuntiauit 4000. quemadmodum poſt alios optimè explicauit Tib. idem conſ. 78. num. 32. quo loci etiam exemplificat de enormiſſima læſione. idem conſ. 86. num. 17. lib. 5. cum concordantibus alijs,quos ſi citarè vellem, ſingulaq; illorum veſtigia proſequi, res ipſa in immenſum penè folium abiret.

8 Cæterùm † longo veluti poſtliminio redeuntes ad noſtrā facti ſpeciem,dum quærebatur, an filia reſtitutionem in integrum, ac relaxationem à iureiurando flagitare poſsit, And. Gail. vbi ſupra, num. 10. teſtatus eſt, in Imperiali camera reſtitutionem in integrū concedi,probata enormi lęſione etiam abſq; abſolutione, cum huiuſmodi iuſiurandum ſit impium, & contrà bonos mores iuris Canonici,vt ibidem per eum,multa alia cumulantem, & de læſione ipſa probanda. & quo pacto, iam declarauit Ioſep. Maſcard. conclu. ſua 960. lib. 2. de probatio. illud applicandum eſt facta bonorum paternorum, & maternorum generica renunciatione, haud renunciatum præſumi ſucceſsioni fratris. vel ſororis, ex ſcribentium mole relata per Rolan. Vallenſ. conſ. 95. nu. 44. lib. 1. & poſt eum, cęteroſq; concomitantes Ioſep. Maſcard. loco citato, conclu. 1264. num. 35. lib. 3. ſed
9 id † pulchrioris indagationis erit, vtrùm iuramentum confirmare dicatur, renunciationem factā forma ſtatuti minimè ſeruata prohibentis perſonam contrahere, & ſe obligare? Iacob. Menoch. conſ. ſuo 918. num. 32. & latiùs in ſua lib. 10. poſt decem,& ſeptem Iureconſultos egregios,concludit,veriorem, magiſq; ** receptam ſententiam eſſe, vt non confirmetur renuntiatio ipſa codex eſt prælo emiſſus non immorabor. is quoq; locus in mentes venit,filiam ſi renuntiaſſet bonis maternis vel paternis adhibito iureiurādo,haud impediri quin,ex matris,vel patris teſtamento ſuccedere valeat. Philip. Dec. conſ. 475. nu. 5.cum multis alijs à Iacob. Memet. conuulſis, conſ. 806. nume. 8. lib. 9. & inferiùs abundè quo loci,num.12.ait,tametſi renun-
10 tiatio ipſa fuerit tamen ex teſtamento † quā ab inteſtato concepta,Matth. Afflict. Neap. deciſ. 350. vbi Cæſar Vrſillus in additamentis ad eum, at ſilentio non inuoluam, quamuis

Digitized by Google

tiis vulgatum axioma ſit, quòd filia reluctã-te ad renuntiandum coràm teſtibus proteſtetur minimè velle ſucceſsionibus ipſis renuntiare, etſi contingat eam in futurum renuntiare, id ſe tanquam inuita, & reluctans fieri, quo fit, vt ſubſequuta renuntiatio nullius reputetur valoris. ita Andr. Gail. ſuperiùs excurſus num. 18. cum concordantibus.

ARGVMENTVM.

Demonſtrari hoc in loco euictionem, in ſolidũ deberi à venditoribus, ipſorũuè hæredibus.

SVMMAE.

1 *Venditores inſolidum adſtringi de euictione, ex natura contractus venditionis.*

2 *Locus venaleij in l. cum ex cauſſa, de verb. obligatio. enarratur.*

3 *Concluſio, vel ſtabilimentum Dominorum Cameralium.*

4 *Euictio, an, & quando debeatur, ex natura rei, quando pretium, damna, litium expẽſæ, & vtrùm debeat expectari finis, temiſſiuè.*

RACEMATIO 162.

PLuſquàm manifeſtum eſt ſecundum notiſsimos iuris terminos, euictionis cautionem à venditore præſtari oportere; Paulus ad Sabinum in 1. 2. ff. de euictionibus, gloſa in l. pacta conuenta, ff. de contrah. emptio. Pet. Duc. regu. 242. Didac. Conarr. cap. 17. varia. reſolút. lib. 3. cum alijs à Nicol. Mozz. citatis tract. de contractib. de emptio. & venditio. columna, quarto loco poſita, num. 1. fol. 79.

1 Atqui † id impulit, quòd, & crebriùs eſſe videtur, numquid, ex contractus natura venditores inſolidum aſtringãtur de euictione ipſa? herclè euitandi multiloquij ſtudio breuiſsimè reſpondetur, affirmatiuè. venditio nanq; inſolidum defendenda venit, cum illius natura indiuidua ſit, & 1. l. in executione, §. inſolidum, de verbo. obligat. quo loci Paulus ita ſcribit, inſolidum verò agi oportet, & partis ſolutio affert liberationem, cùm ex cauſſa euictionis intendimus, nam authoris hęredes inſolidum denunciandi ſunt, omneſq; debent ſubſiſtere: & quolibet defugiente, omnes tenebuntur: ſed vnicuiq; pro parte hæreditaria præſtatio iniungitur. quem tex. expendit Marcus Aquilinus in l. 2. §. ſi in facto part. 1. poſt nume. 111. de verbo. obliga. fol. 177. vbi ponderat. ad idem, & ſecundo loco, citatur Veleij prudentiſsimi vi-

2 ri locus in l. cum ex cauſſa, tit. iſto, cum † ex cauſſa dupl[æ] ſtipulationis aliquid intendim*, venditoris hæredes inſolidum omnes conueniendi ſunt: omneſq; debent ſubſiſtere: & quolibet eorum defugiente, cæteris ſubſiſtere nihil prodeſt, quia inſolidum defendenda eſt venditio, cuius indiuiſa natura eſt, eccè quòd Venaleius concinatus fuit. ad idem, &

3. ſtabiliri videtur ſententia hæc Cælſi pronuntiato, in l. ſi rem quæ circa princip. ff de euictionib. ſi ei, qui mihi vendidit, Cælſus inquit, plures hęredes extiterint, vna de euictione obligatio eſt omnibuſq; denuntiari, & omnes defendere debent, etſi de induſtria non venerint in iudicium. vnus tamen ex his litem ſubſtineat, propter denuntiationis rigorem, vbi Accurſius, & quæ ſequuntur in tex. cum concordantibus. poſtremò vocatur Andr. Gail. obſerua. 14. lib. 2. practic. obſerua. quo in loco aſſerit, quòd cùm emptor à ſingulis venditoribus inſolidum pro indiuiſo vna eademq; obligatione ſibi caueri valuiſſet, reluctarent, atq; ideò cautionem tantummodo virilibus partibus offerrẽt, per

3 Dominos Camerales † concluſum fuiſſe, venditores ipſos compellendos fore inſolidum, ex quò ipſi de euictione inſolidum tenentur. vbi nume. 3. ait, nullam fieri iniuriam, neq; grauamen aliquod inferri, ex eo quod emptori obligationem pro indiuiſo tradere debeant. & demùm, num. 4. ſubiungit, idem ſtatuendum eſſe in pluribus venditorum hæredibus, etenim ipſi quoq; inſolidum emptori prælibato de euictione aſtringũtur, & quãuis vnicuiq; pro hæreditaria parte præſtatio iniungatur, nihilominus defenſio minimè ſcinditur ſed benè intereſſe. idq; receptum fore in hæredibus iam patet, ex prudentum locis ſuperiùs excurſis cui aggrego Marcum Aquilinum vbi ſupra, num. 107. num. 108. num. 109. num. 110. & longè inferiùs, & nu. 114. quo in loco arguendo dicit, inſolidum defendendam eſſe venditionem, vt ibidem per eum locupletiùs hæc, & alia ſubtiliùſq;

4 cumulantem. † Sed an, & quando deberi euictio, ex natura rei, quando pretium, damna, fructus, & litium expenſæ? Adeas Iacob. Menoch. conſ. 418. per totum lib. 5. & quid de euictione promiſſa in caſu litis. & moleſtiæ, vt tunc fas ſit ad bona permutata reuerti nùm expectari debeat finis litis, tangit Aymon. Sauilia. conſ. ſuo, 682. lib. 4. & vtrùm veniat euictio ipſa cum expenſis, idem conſil.

Digitized by Google

conſil. 334. lib. 3. cum ſimilibus ab Anton.
Teſſau. deciſio. 85. deciſio. 102. per totum.
congeſtis.

ARGVMENTVM.

In materia hæreticalium quorumdam caſuũ in hoc communi prælo conjectorum agi.

SVMMÆ.

1 *Hæreticam aſſertionem fore, ſi quis aſſerat hominem, ſi non peccaſſet, attamen mori eum oportuiſſe. & an ſit omninò verũ, per totum.*

2 *Delictum, vt euitetur, bonum ſenſum in ambiguis depromendum.*

3 *Pro hac facti ſpecie duo ſparguntur capita, aut Theologicè, aut Philoſophicè.*

4 *Diluuium ob pęnam peccatorum, haud propter naturalem cauſam eueniße.*

5 *Infirmus hoſtiam non conſecratam petens, non quod de fide dubitet, nũm hæreticus habendus?*

6 *Cauſam inſpiciendam, haud factum, & cur aliquid fieri.*

RACEMATIO 163.

HÆreſis crimen maximum atq; publicum eſt, cùm offendatur diuina
Maieſtas, turbeturq; iniurietur Sãctæ Romanæ Eccleſiæ vnitas, fideſq; Catholica, nullamq; peccatũ ipſa grauiùs, & hæreticorum infidelitatem oneroſius peccatum eſſe, quàm Iudeorum infidelitatẽ.
Roland. Vallenſ. conſil. 63. lib. 3. quo loci, nu. 6. ait, hæreticorum pęnam in hæreſi perſeuerantium ignem corporalem fore, bonorumq; publicationem, idem conſ. 8. & conſ. 75. lib. iſto, & de modo probationum latiſſimè Ioſep. Maſcar. conclu. 855. vſq; ad con-
1 cluſio. 863. lib. 2. de probatio. at † id intuendum eſt, ſolerter figendo mentẽ, & ne quęſo putes, vt cymbalum tinniens, vel æs Æneum ſonans, fac Sempronium audacter, velle firmare, hominem compoſitum humo in fata cædere debuiſſe, ex quò ipſe nullo adiumento corruptionem, ac obitum euitare poterat, cùm ex contrarijs compoſitus, quæ inuicem reluctantur, ſit natura ſua corruptibilis, & ob id ſi minimè peccaſſet, attamen oportebat eum mori, aſſertio huiuſcemodi, hęretica iudicetur? candide lector, id compertiſsimum eſt, quinimè ſplendidiſsimum, quod apud
Diuum Auguſtinum legimus, lib. 13. de Ciuitate Dei, cap. 15. dum inquit, conſtat inter Chriſtianos veraciter catholicam tenentes Fidem, etiam ipſam nobis corporis mortem non lege naturæ, qua nullam mortẽ hominis Deus fecit, ſed meritò inflictam eſſe peccati: quoniam peccatum vindicãs Deus dicit homini, in quo tunc omnes eramus terra es, & in terram ibis. ſapienter commemorauit quoq; Diuus Paulus ad Romanos cap. 5. cap. 8. per vnum hominem Paulus micantiſsimus ait, peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, corpus quidem mor-
2 tuum eſt propter peccatum. † Rurſus exagerandum eſt, hæreticam dici haud poſſe propoſitionem aliquam, quæ multiplicem ſtatũ habere poſſet, ratio hæc eſſe videtur, quòd in criminalibus cauſsis probationes eſſe debent luce meridiana clariores Roland. Vallenſ. conſ. 57. nu. 32. lib. 4. Ioſep. Maſcard. conclu. 739. lib. 2. de proba. & quando aſſertio aliqua eſt ambigua, in dubio bonus sẽſus depromitur, vt euitetur delictum, Vlpianus in l. meritò, ff. pro ſoc. & alia huiuſmodi innumera Tib. Decia. conſ. 4. lib. 3. num. 33. num. 34. quo loci ſcribit, verba in illum ſtatum ſemper accipi debere, quæ minimè ſonent Delictum, atq; illa pronuntiata ego vendicabo intelligi debent iuſtitia mediante, & ſic de vindicta iuſta non autem illicita cum concomitantibus alijs à Ioan. Cepha. deductis conſ. ſuo 424. lib. 3. vbi de pronuntiatis illis, tuoglicla, e dagli Roland idem conſ. 11. num. 37. lib. 3. & inferiùs Aymo. Sauilia. conſ. 362. nu. 16 lib. adhuc 3. Tib. idem conſ. 8. num. 42. & latè inferiùs lib. 1.
3 or, vt † reuertamur ad noſtram facti ſpeciem duo à nobis conſpargi oportet capita, quorum alterum eſt, ſi aſſertionem eam theologicè intelligimus, & tunc intrepidè concludendum hæreticam fore, repugnat præfectò Sacræ Diuinæq; Scripturæ deuotorum patrum ſententijs, Sacro Concilio qui ore conſono, communibuſq; ſuffragijs præcidunt, ſi primus homo non peccaſſet, nec ipſe mortẽ obijſſet, neq; nos ipſi ab illo deſcendentes in fata concederemus, huiuſmodi namq; mors fuit peccati ipſius pęna, quam Deus mundi huius opifex primis indixit parentibus, Geneſ. cap. 2. quacunq; hora ex hoc ligno comederitis morte moriemini. Alterum ſit caput, ſi autem Philoſophicè, vel naturaliter, & tunc fatendum erit, propoſitionem veram eſſe cenſeri, minimèq; hæreticalem de ſententia, Senecę doctiſsimi viri dum ſcribebat, mortem fore hominis naturam, haud pęnam. loque-

Digitized by Google

loquebatur Seneca, vt Philoſophus, qui cor-
ruptibile, ac mortale putat, quod ex corru-
4 ptibilibus factum eſt. † de quo quidem, Adæ
peccato, cùm dixit Deus in ſudore vultus tui
veſceris pane tuo, & terra ſua ſpontè fructus
non daret, & meminit Pyrrhus Alphanus, in
l. 1. nu. 276. fol. 129. de off. ei, cui manda.
eſt iuriſd. cum concordãtibus. ita copioſiùs,
reſpondit Iacob. Menoch. conſ. ſuo 766. lib.
8. per totum ferè, & in ſpecie poſt num. 9. &
ſub num. 10. & ſapientior infra, quo me re-
mitto. ad fauorem Dominæ Camillæ Her-
culianæ, vbi num. 17. eam quoq; defendit,
ab alia propoſitione circa diluuium, quod ob
pęnam peccatorum, non propter cauſſam na
turalem eueniſſe, & num. 19. dum Camilla
ſcripſerat, animam deſcendere in hęc corpo-
ra rerum cunctarum ſcientiſsimam. quæ nẽ-
pè aſſertio præſupponit animas antè corpo-
ris conſtitutionem creatas fuiſſe, quod hære-
ticum fore demonſtrat Alphon. de Caſt. lib.
2. aduerſ. hæres: in verbo anima hęreſi ter-
tia. idem poſt nu. 19. dùm explicabat moy-
5 ſis pronũtiata, inſpirauit in faciem † eius ſpi-
raculum vitæ. per ſpiracula ipſamet Camil-
la Herculiana intelligebat elementum ignis.
& eſt quoq; falſum, à vero alienum, atq; hæ-
reticum. quãdoquidem theologi omnes ex-
ponunt pro anima, & de multis alijs, de qui-
bus ibidem quos vide per te, ſi tibi ociũ erit.
Cæterum quæro infirmus Hoſtiam nunimè
conſecratam petit, nõ quod de fide dubitet,
ſed quo dici poſsit ſumpſiſſe Chriſti Corpus,
indignum ſe putans Corporis Chriſti rece-
ptione, nùm hæreticus habendus ſit iſte ta-
lis? & quidem Calder. conſ. 4. titulo de hæ-
ret. reſpondebat, negatiuè. & ſic hæreticum
non cenſeri, quamuis ita faciendo peccet.
quem aſſequutus eſt Aymo. Sauilianus, conſ.
406. num. 2. lib. 3. quo loci ſcripſit, rapiens
meretricem, vel alienam ſeruam furti, haud
tenetur, ſi quidem in hoc minimè rapit, vt
6 furetur, ſed libidinis gratia † ideoq; inſpi-
ciẽda venit cauſſa, ipſa nõ factũ, ac introſpi-
ciendũ fore, cur aliquid fiat. & poſt modum
ſubiungit illud Calder. ſuperiùs excurſi pul-
chrum caſum conſ. 4. cum ſimilibus. ab eo-
dem conſ. 436. nu. 11. lib. iſto.

Et per hęc, ad laudem omnipotentis Dei; qui trinus, & vnus eſt, Glorioſiſsimæq; Virginis Mariæ, matris Verbi incarnati, ac tocius Cœleſtis Curiæ triumphantis, atq; tutelaris Ioannis Baptiſtæ: ſit impoſitus finis huiuſmodi racemationibus, Mohac patria mea, ſeptimo Ianuarij 1604.

Quamprimùm inclyte lector, (Deo duce) ſecundum habebis volumen.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
SINGVLARVM RERVM, QVAE toto hoc volumine continetur.

INCLITI ATQ. EXIMII

V. I. D. CAROLI IALLONGI, SICVLI Motucenſi, memorabilium copioſus.

A

ABſolutionem à iureiurando, minimè concedi ei, qui aduerſus illud venit, priuſquàm eam impetrauerit, ex crebriori ſententia. racem. 105. nu. 2. & nu. 4. fol. 206.

Abſolutionem iuramenti petens ab Epiſcopo, an pro contractus reſciſſione agere poſſit, coràm iudice prophano, apud eundem venerabilem Epiſcopum? copioſè diſcutitur, racem. 122. fol. 232.

Abſolutio iurisiurandi conſideratur duppliciter, altera quæ propriè denominatur abſolutio: altera verè habilitatio, & quod ſit, inter vtramq; diſcrimen, & an, & quando requiratur citatio partis? explicatur. ibidem nu. 2. & nu. 3.

Actorem petentem ſibi reſtitui rem vnà cum fructibus, vel intereſſe, eum, ſatis fore, ſi petat in genere, & poſt modum in proceſſu, liquidatio fiat. racem. 35. nu. 6. fol 49.

Actum ab initio nullum, vtrùm ex ſequenti habilitate confirmari? racem. 98. num. 6. & num. 7. fol. 198.

Actum quemcunq; ad primam vicem cohartandū, ex Pomponij Iureconſulti loco. racem. 58. nu. 3. fol. 139.

Actus morientium ſimpliciter diſpoſitos, in ſuſpenſo minimè ſtare, ex paulo; race. 114. nu. 6. fo. 217.

Actioni dotiū petendarū, an 30. annorū curriculis præſcribatur? racem. 104. nu. 6. fol. 205.

Actio, & paſſio, tamquam contraria, concurrere non poſſunt, in eodem ſubiecto. racema. 155. nu. 3. fol. 277.

Acceſſiones à præparationibus, an diſſonę ſint? racema. 45. num. 25. latè demonſtratur, & num. 31. nu. 32. & nu. 33. fol. 101.

Accuſatus quòd titium interfecerit, ſi poſtmodū fuerit probatum, quod occidi mandauerit, an eodem damnari iudicio? racem. 126. fol. 239.

Accuſaui ex quò deiiciſti me de poſſeſſione, ſi probauerim, quòd eyci feciſti, an ſuccumbam? ibidem num. 2.

Accreſcendi ius, locum non obtinere in bis, quæ ex contractibus proueniunt, ob concordem Iuris interpretum mentem, & quid in feudis? racemat. 146. nu. 2. & num. 3. vbi declaratur. fol. 265.

Aduocati, vt pietate digni, apud Deum haberi poſſint, pauperum viduarum, cauſſas gratis facere debent, & vtrum peccent, pecunias accipiendo? racem. 40. num. 13. fol. 61.

Aduocati reuelantes iura clientis aduerſæ parti, quibus punitionibus plectendi veniant? ibidē n. 16.

Aduocationis munus, difficile, ſatiſq; periculoſum, doctoreſq; imitari aues. ibidem num. 17.

Aduocati malè patrocinantes, ſæpe perdūt linguam, cùm ad mortem tendunt, ibidem nu. 18. vbi remiſſiuè de quadam facti ſpecie, ruſtici boues ducentis.

Aduocatum ſanctum, neminem reperiri niſi dominum yuo, anglicum, aduocatum pauperum. ibidem, nu. 19. fol. 62.

Aduocationis munus, apud Chriſtum, valdè meritorium, quemadmodum Ieſus ipſe exercuit. ibidem, num. 20.

Aduocatum habens gratis, an aduerſarius qui ſuccubuit, ad aduocati illius ſalarium aſtringatur? ibidem, num. 23.

Adoleſcentiæ fragilitati, legem nullam, aut diuinā,

vel humanam, reperiri, quæ illi non miſereatur. racem. 40. nu. 34. fol. 64.

Adoleſcentes inter ſe pollutionem facientes, qua pœna afficiendos? ibidem num. 83. fol. 71.

Adoptionem nepotis ab auo factam, eum liberare à patria poteſtate, ſed aui morte illarum in patris poteſtatem recidere. racem. 124. nu. 3. & nu. 4. fol. 236.

Adulterio nil grauius exclamant canoniſtæ. racem. 45. nu. 12. & nu. 13. vbi de Imperatore Aureliano, qui diro tormentorum genere, vſus fuit, aduerſus quendam adulterum. fol. 100.

Adulterium quod? & de illius, ethymologia, & quàm deteſtandum, ibidem nu. 14. & nu. 15.

Adulterium ſimplex quod nam dicatur, quodq; nuncupetur dupplex? ibidem nu. 16.

Adulterij ſola cauſſa, nùm matrimoniū diuidat euāgelico iure, quoad thorum? ibidem nu. 19.

Adulterium an probari præſumptiuè per teſtes, qui viderint mulierem cum iuuene deoſculantes, tangendo mammillas, & an per auditum, alioſq; modos? ibidem nu. 20. & nu. 21. vbi remiſſiuè.

Adulterium, an probetur, ſi teſtes viderint iuuenem diſpectoratum, diſſolutiſq; caligis, vel ſi iniecta fuerint brachia, manus, collo, vel ſi probatū fuerit, mulierem à viro deoſculari, mammillas tangi? ibidem nu. 28. nu. 39. nu. 40. & nu. 42.

Adulterium, inter atrocia connumerari delicta, & in omnibus peccatis grauiùs redditur. ibidem nu. 58. fol. 105.

Adulterium patrare mulierem ob famis neceſſitatē, prohiberi oſtenditur, racem. 46. nu. 14. fol. 109.

Aduerſus petentem librum exiberi in iudicio, vtrū liberis fidem faciat? racem. 88. nu. 4. nu. 5. & nu. 6. vbi duo principes conſtituuntur caſus. fol. 183.

Afflictionem afflictis addere propè impium eſſe cenſetur, racem 48. nu. 17. fol. 121.

Agentes, atquè conſentientes, pari pena plectendos: intelligitur, quando conſenſus eſt cooperatiuus. racem. 34. nu. 5. fol. 48.

Agrorum exſcreſcentia, ob inundationem, vel incrementum aquarum facta, commodo cuius cadat, an habēti dominium vtile, an ne domino directo? racema. 54. nu. 4. fol. 134.

Altercationes in patria ipſius auctoris exortæ inter binas Eccleſias. racema. 40. nu. 54. nu. 55. & nu. 59. fol. 67.

Alexandri Imperatoris ſancionem, in l. 2. C. de teſtament. racem. 89. nu. 15. fol. 186.

Alexandi Romani Pontificis pronuntiata, cap. literis, de præſump. tranſcribi, racema. 45. nu. 37. fol. 103.

Alexander conſ. 58. lib. 5. errore elapſus, longèq; deceptus. racem. 51. nu. 3. fol. 130.

Alienationis vno actu permiſſo, cenſetur quoq; permiſſus, omnis alius ſibi ſimilis. race. 2. n. 6. fol. 4.

Alimentorum legatum, alicuius vxori, nùm poſteriori relictum iudicetur? racema. 58. nume. 4. fol. 139.

Aliud eſſe, vtrùm venditori ſententia obſit, & aliud eſt, numquid appellandi tempus lapſum fuerit. racem. 79. num. 3. fol. 169.

Alpheni vari conſtitutionem, lege in teſtamento, de conditio. & demonſtra. declarari, racem. 84. nu. 6. fol. 177.

Alluuionis ius, quando conceſſio aliqua coangustata non reperitur, locum habere, exiſtimari. racem. 54. num. 3. fol. 133.

Amaſios amorum flammis æxtuantes, amaſiarum minas expauēſcere racem. 40. nu. 75. fol. 70.

Ambaſciatoribus datum ad replubicam minimè pertinere, demonſtratur, racema. 4. nu. 6. fol. 7.

Amor paternus erga filios, quanti momenti, & ponderis ſit, Apertè cauent iuris peritorum, ac Cæſarum pronunciata. racem. 81. nu. 7. fol. 173.

Amoris ardorem, & paterni, & materni, ineſtimabilem iudicari, racem. 40. nu. 1. fol. 59.

Amorem parentum erga liberos, vehementiſſimum, maioremq; cenſeri, quàm mariti in vxorem: ibidem num. 3.

Amore nil vehementiùs, & quàmplura patiantur amara, infælices, & deplorandi amantes. ibidē, num. 74.

Anatociſmum ſuccintè declaratur, diciturq; lucrū. racem. 7. nu. 8. fol. 12.

Animam corpore pratioſiorem, ob peccata infelicē, alligatamq; cenſeri, racem. 42. nu. 15. fol. 81.

Animi deliberatiunem fallere facit iracundiæ calor, ex Paulo, atq; Martiano racem. 44. n. 35. fol. 92.

Animum eſſe quid facti, & id quod eſt facti minimè præſumi, ex Iureconſolti Triphonij loco. ibidem num. 51.

Andream Alciatum, virum egregium atq; inſignē, nuncupari, racem. 46. nu. 4. fol. 112.

Andreas Alciatus ſuffragatur cuidam hypotheſi cuius doctrina ſummè extollitur. racem. 55. nu. 7. fol. 136.

Andreas Tiraquellus, Ioanneſq; Cephalus, exornātur, & extolluntur. racema. 108. num. 10. & num. 11. fol. 211.

Andreas AlCiatus de magis commoni ſententia teſtatus eſt ſuper quadam facti ſpecie, de iudice recuſato. racem. 59. num. 4. fol. 140.

Anno Romano, vel ſolari Rēplubicam Romanam, Chriſti Eccleſiam, totumq; orbem, vſos fuiſſe. racem. 55. nu. 2. fol. 135.

Annus naturalis duodecim menſes habet, atq; exordium capit, a Ianuario, uſq; ad alium Ianuariū, & obiter de Neapolitanorum fauſto, ac pompa enarratur, ibidem nu. 3.

Annus legitimus, enomolus, vel emergens, & qui incipit ab incarnatione Domini, explicantur, ibidem

Digitized by Google

ibidem num. 5.

Annus legitimus, anomolus, uel emergens, & qui incipit ab incarnatione Domini, explicantur. ibidem num. 4.

Anthemij, ac Leonis, Cęſarum pronuntiata, quo nã pacto intelligenda, in l. ſi ex falſis, C. de tranſactio. racema. 47. num. 10. fol. 114.

Antonini, ac Seueri Cęſarum pronuntiata, in l. 1. C. ubi de crim. agi oport. enarrari, racem. 6. nu. 2. fol. 9.

Appellatione rei, uel immobilis, utrùm comprehendatur aqua? racem. 60. nu. 1. & nu. 4. fol. 141.

Appellandi tempus decem dierum, à die ſententiæ, ac ſcientiæ, tribui, racema. 79. nu. 4. fol. 169.

Appellare poſſe quemlibet, non ſolum ob verum intereſſe, verùm etiam ob quale, quale præiudiciũ. ibidem num. 5.

Appellatione coniunctorum in ſtatutis, minimè comprehendi feminas coniunctas: racem. 102. num. 9. fol. 203.

Appendices, vel acceſſoriæ, principalium ſuorum, naturam aſſequi. racema. 107. num. 6. & nu. 8. fol. 209.

Appellandi tempus à quo die exordiatur, adhoc, vt ſubſtituti excludantur, appellandi beneſitio? racem. 109. nu. 4. fol. 212.

Appellatione mobilium, an veniat pecunia, attento communi vſu loquendi, vt ſub eo pronuntiato intelligantur vtenſilia, domuſq; ſuppellectilia: racema. 158. num. 6. fol. 281.

Aquam non moueri, neq; humeribus auferri, niſi mediantibus vrceolis, peluibus, & ſimilibus. racema. 60. num. 2 fol. 141.

Aquæ conceſſio ad certum perticarum numerum taxata, an, & quando augeatur vltra taxatiuæ naturam, vel pretij quantitatem? remiſſiuè ibidem num. 5.

Aquæ ſeruitutem habens pro prædio irrigando, nùm augere valeat, aut aquam trahere, ad prædia ampliora? racem. 61. fol. 141.

Aquarum curſum immutari non poſſe, in vicinorum præiudicium, ex multis demonſtratur: racem. 62. fol. 143.

Aquæ vtilitatem percipiens is, qui ſuperiora prædia tenet, pati debet, vt inferior per aquæ ductum ipſius commoditatem quoq; habeat. ibidem nu. 4.

Aqua poſtquàm alicuius prædium eſt ingreſſa, an efficiatur propria, adeo ut illa facere liceat, Domino prædij quicquid uoluerit? ibidem nu. 5.

Aquam naturaliter ſe habere, ut de ſuperiori fluat inferiùs, ex Vlpiani pronuntiato. ibidem nu. 6.

Arbitrio Iudicis relinquendum, an uicini cenſeãtur ad æmulationem ſublimia conſtruere palatia. racema. 69. nu. 8. fol. 153.

Area mea ſi uentum non habet, niſi ab vna parte, ſi ab ea ædificetur, ædificantem talem probiberi poſſe. racema. 69. num. 5. fol. 153.

Argumentum à contrario ſenſu, maximi eſſe momẽti. racem. 18. nu. 4. fol. 27. racema. 40. num. 96. fol. 72.

Argumenta de re, ad perſonam, & de tempore, ad locum, & è contrario ualida: ibidem nu. 8.

Argumẽtum à fortiori deſumi, ſi ineſt de quominus, ergò de quo magis racema. 40. nu. 9. fol. 60.

Argumentum de diminutione, ad augmentum, ualidi momẽti eſſe cenſeri: racem. 52. nu. 5. fol. 131.

Argumentum à contrario ſenſu, maximi fore momẽti racem. 89. num. 16. fol. 186.

Argumentum de contractibus, ad ultimas uoluntates, & è contrario plurimi fore momenti: racem. 111. nu. 5. fol. 214.

Argumentum de perſonis, ad res, & è contrario, ualidi roboris, & momenti: racem. 33. nu. 4. fol. 47.

Argumentum ſi de quo magis, ergò de quo minus, ualidum fore: racem. 64. nu. 5. fol. 146.

Argumentũ de feudo, ad fideicommiſſum, & è contrario, ualidum, racema. 143. nu. 4. fol. 261.

Argumentum à contrario ſenſu, an admictendum in feudorum conſuetudinibus? examinatur: racem. 147. fol. 267.

Argumentum à ſimili in feudis, quo pacto recipiatur? ibidem nu. 5.

Argumentum à contrario ſenſu in contractibus feudi, & inueſtitura, locum obtinere: ibidem nu. 7.

Ars mechanica eſt uendere oleum, ſal, & capas, & his haud diſſimilia: racem. 75. nu. 4. fol. 164.

Articulus iuris, & quæſtio facti demonſtrantur, & ſcinditur quæſtio ipſa in duas partes, & quę ſint? racem. 48. num. 13. & nu. 14. fol. 120.

Aſſaſſinium dici quando quis aliquem, pecunijs inducit, ad id faciendum. racem. 44. nu. 54. & nu. 55. fol. 94.

Aſſaſsinium, inter atrociſsima, & horrenda delicta, connumerari: ibidem nu 56.

Aſſecuratorem minimè teneri niſi ex facto ſuo, & illorum, quos prohibere ualeat: racem. 8. num. 6. fol. 13.

Aucto monachorum numero, per extrinſeca capita, an idem redditus debeatur? racem. 61. num. 6. fol. 142.

Augmentum idem iudicari, quod de re ipſa principali, ex paulo: racema. 52. num. 6. fol. 131.

Augmẽtum legati gregis, legatarij lucro cædere, uel fideicõmiſſarij, & quomodo intelligatur? breuiſsimè oſtenditur: racem. 54. nu. 5. fol. 134.

Augmentum gabellarum, cui pertineat, an emptoribus, an nè communitati? ibidem nu. 7.

Auari naturam eſſe, ut magis doleat ex amiſsione iam partorum, quàm acquirendorum, & libentiùs intuitur aurum, quàm ſolem racema. 40. nu. 101. & nu. 102. fol. 73.

Auari minimè erant in regia Dauid, neq; ſuperbia

tumentes

Digitized by Google

tumentes: ibidem num. 104. fol. 73.
Auaritiæ cupiditatem, malorum omnium, radicem fore ibidem num. 103.
Auunculus ſi ſe cum patre aſtringit inſolidum, dotis cauſſa ipſius filiæ, quòd tamquam fideiuſſor, acceßiſſe putatur: racema. 32. nu 4. fol. 46.
Auxilium minimè cooperatiuum ſubminiſtrans, iudicis arbitrio puniendum. racema. 34. num. 2. fol. 48.

B

BAldi auctoritatem, quanti momenti fuiſſe demonſtratur: racem. 38. nu. 4. fol. 55.
Baldus inquiens, in fæudorum cauſsis, quòd non reperitur ſpeciatim in conſuetudinibus fæudorũ deciſum, Romanis dijudicandũ legibus, explicatur: racem. 147. nu n. 3. fol. 267.
Bannitum filium à patre ali debere, oſtenditur: racema. 43. nu. 14. fol. 85.
Barones non debent in ſuos vaſallos ſæuire, aliâs ma lè tractantes, priuantur boronia. racem. 40. nu. 45. fol. 66.
Baronem, Marchionemq; Comitem, nuncupari filium, perſæpe viuente ad huc patre, à legislatoribus: racem. 71. nu. 2. fol. 156.
Baronia conceſſa per illa verba, de hærede in hæredem, quomodo interpretentur? & in campo fæudali verbum hæres, racem. 129. fol. 242.
Baroniæ forma, pro te, & hæredibus quibuſcunq;, & pro te atq; hæredibus: racem. 130. num. 6. fol. 245.
Baronia pro te, & filijs legitimè natis, vel ex legitimo matrimonio exortis, vel pro te, & filijs ex te legitimè deſcendentibus, legitimatos per ſubſequens matrimonium, minimè recipi, oſtenditur, racema. 136. nu. 3. & nu. 4. fol. 251.
Baronia antiqui fæudi iure conceßa, nùm iudicanda noua? racem. 139. fol. 256.
Baronia pro te, filijs nepotibus, atq; pronepotibus, vel tuæ proli, vel generi, ex pacto, & prouidentia exiſtimatur: racem. 140. nu. 2. fol. 257.
Baroniã pro te, liberis, & ſucceßoribus quibuſcũq; maſculis, ex pacto, & prouidentia iudicari, & quid de fæudo pro ſe, & hæredibus maſculis, ab eo legitimè deſcendentibus. ibidem nu. 5. nu. 6.
Baronia pro ſe, & hæredibus maſculis, an eos hæredes eſſe oporteat? racem. 142. nu. 4. fol. 260.
Baronia conceſſa, vt alteri, uel de vno fæudatario ad alterum reuerteretur, ius accreſcendi locum habere, idem ſi fuerit dictum quamdiu viuerent, vel vobis, & cuilibet veſtrum, concedimus: racema. 146. nu. 7. fol. 266.
Bartolus luminare Iuriſciuilis ardentiſſimum, & de illius ſummis laudibus: racem. 18. nu. 11. fol. 18.
Bartoli deciſio, in l. 2. ff. de priua delict. pulchra, & inſignis: racem. 44. nu. 36. fol. 92.
Bartolum ciuilis iuris aurigam, nota nihilominus remanere, oſtenditur: racem 88. nu. 11. fol. 183.
Blaſphemus quis? & de blaſphemia ipſa demonſtratur: racema. 41. nu 20. fol. 77.
Blaſphematori quotidiano credẽdum non eſſe, & quo pacto temperari? explicatur: ibidem num. 22. num. 23.
Blaſphemantium pœna. ex Imperatorijs Sanctionibus in regno, quæ? ibidem nu. 24.
Blaſphemum quem minimè probari, quòd bis, vel ter, Diuinæ Maieſtatis nomen execratus fuerit. ibidem num. 25.
Blaſphemiam eſſe, ſi aliquis diceret, al diſpetto di Dio, ex veriori ſententia, nu. 26.
Bona fideicommiſſo ſuppoſita, & alienari prohibita, an permutari valeant? racem. 2. nu. 5. fol. 4.
Bona fideicommiſſo obnoxia, permutari non valere, ſi teſtator ad illa affectionem habuerit: ibidem num. 8.
Bonifacij Octaui conſtitutio, in capite 2. §. ſtatuto, de conſtitut. lib. 6. expenditur racema. 6. nu. 5. fol. 9.
Bonifacij Octaui Romani Pontificis, conſtitutionem, capite vltimo de for. competet: ponderari racem. 122. nu. 4. fol 233.
Bonorum pronunciato, an comprehendi dicantur nomina, ſiue credita debentium? & an. & quando inter ſtabilia, adſcribãtur? racem. 157. fol. 279.

C

CAnonicam portionem, Epiſcopo nõ deberi: pro dote collata Eccleſiæ: racem. 21. nume. 13. fol. 33.
Capitis tertij de furt. verba tranſplantari: racema. 46. nu. 21. & nu. 22. vbi caput paſce racema. 86. diſtintio fol 110.
Capitula, vel poſitiones à Iudicibus admictenda, quando ſunt ambigua: racem. 153 fol. 274.
Capitula notoriè impertentia, à Iudicibus confutanda: ibidem nu. 2,
Caput Alphonſi Regis, loquentis de ſpolio infra bimeſtre, an obtineat ſibi locum, quoad fructus, & de qua poſſeſſione interpretandum? racema. 3. fol. 5.
Caput dudum, de conuerſio. coniuga. declaratur: racema. 89. num. 4. fol. 184.
Caput quamuis, & caput cum contingat, quibus in terminis loqui? & de ſenis coanguſtationibus, remiſſiuè: racem. 161. num. 6. fol. 286.
Cauſſam inſpiciendam, haud factum & cur aliquid fieri: racem. 163. nu. 6. fol. 289.
Cauſſam finalem nuncupari ſine qua, aliquis aliâs facturus non eſſet: racem. 19. fol. 29
Cauſſam vel originem primeuam vbiq; ſanè ſpectandam fore: racema. 154. fol. 275.
Cauſa ſecunda operatur tantùm, quantùm illi à prima cauſſa influit: ibidem nu. 3.
Cauſſa recedendi à ſponſalibus, an iuſta, vel iniuſta ſint,

Digitized by Google

ſta ſint, iudicis arbitrio relinquitur: racem. 159. nu. 2. fol. 282.

Cæcutientes duo, vnum proſpicientem facere non poſſe, ſed oportet, vt ambo in foueam cadant: racema. 40. nu. 57. fol. 67.

Calſi pronuntiatum, in l. item ſi fundi, ff. de vſuf. non inconcinniter explicari, racem. 108. num. 7. fol. 210.

Cenſum creari duppliciter, nempè alterum nuncupari reſeruatiuum, alterum verò conſtitutum: racema. 112. nu. 2. fol 215.

Cæſar in autentica, ſi quis in aliquo documento, C. de edend. de qua ſcripturarum ſpecie loquatur? racem. 27. nu. 9. fol. 41.

Cæſaris reſponſum in l. vltima, C. de iur. delib. expendi, & ponderari: racem. 18. nu. 3. & inferiùs fol. 27.

Cæſaris pronunciatum, in autent. ſi qua mulier, C. ad velleia. coanguſtari: racema. 160. nume. 6. fol. 284.

Cæſareæ conſtitutiones, in autent. quib. mod. natu. efficiant, ſui, & quibus modis natu. efficiant. legit. §. oportet, & §. ſit igitur licentia, perpenduntur, racem. 135. nu. 2. & nu. 3. fol. 250.

Ceſſionarium exceptione ſpolij ſibi ceſſi, vti valere, ac ſi ipſemet ſpoliatus fuiſſet: racema. 3. nume. 4. fol. 5.

Ceſſionarium tunc reſtituendum, cùm ſpeciatim remedium poſſeſſorium recuperandę ceſſum fuerit: ibidem num. 6.

Ceſſionarium nominis debitoris, aduerſus cadentem agere non poſſe, ob id quòd minimè valuerit, debitorem exigere, raccma. 24. nu. 5. fol. 37.

Ceſſionarium creditorem eſſe, & verum, facilè demonſtrari: racem. 116. fol. 221.

Ceſſionarij quotieſcunq; regreſſum habituri aduerſus cadentes, confeſſiones illorum, præiudicare ipſis, ibidem nu. 3.

Certitudinem ommittere, & quærere indicia, vel cõiecturas, eſt infirmitas intellectus: racema. 104. num. 2. fol. 205.

Chriſtus Generationis humanæ Redemptor, æterno Patri, ſuæq; Matri immaculatiſſimæ ingentē exhibuit reuerentiam: racem. 43. nu. 3. fol. 83.

Citandus nùm debitor ſit, aduerſus quem inſtrumenta exequi debeant? racem. 74. nu. 5. fol. 163.

Clauſulam illam quòd ſpecialitas generalitati nõ deroget, nec è contrario quem effectum pariat? racema. 160. num. 3. fol. 283.

Clauſula ſaluo iure impertinentium, & non admittendorum, quid operetur? racem. 153. nu. 3. fol. 275.

Clauſula ex nunc, pro ut ex tunc, cuius efficatiæ? & circa reſolutiua contractuum verba, remiſſiue habes: racem. 63. num. 2. fol. 145.

Clauſula iuris Francorum coniecta in pheudorum formis, quid ſibi velit? duo ſparguntur capita, racemat. 147. num. 8. fol. 268.

Clementis Tertij Romani Pontificis conſtitutionem, cap. plerumq; de donatio. int. viri & vxor. breuiter enarrari: racem. 45. nu. 49. fol. 104.

Cleopatram, omnium quæ in ægipto erant, formoſiſſimam: racem. 40. nu. 76. fol. 70.

Clerici in materia gabellarum ſolutionis. quando immunes ſint? examinatur: racema. 40. num. 62. fol. 68.

Clericum negociatorem, ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi peſtem confutandum, ibidem num. 64.

Clericum ementē frumenta, vel vina pro familia ſua ſeu ex ſui vſus neceſſitate, ad gabellæ ſolutionem non aſtringi, ſi id quod ſuperfluit, vendiderit, ibidem num. 65.

Clericos peccare ſi vinum, & ſimilia vendant, vltra pretium à Principe ſtatutum, ex quò ligat eos, ibidem num. 69. nu. 70. fol. 69.

Clerici non debent ſe implicare negocijs ſecularibus, nec honores mundanos ambire: racemat. 40. nu. 71. & nu. 72. fol. 69.

Clerici ſodomitæ, an ſuſpenſi, adeò vt interim celebrantes, irregulares exiſtimentur? ibibem n. 85.

Clericis impermiſſum haud eſſe, ad ſcaccos ludere, ex concordi ſententia ibidem num. 90.

Clericus qui diſtulit à principio litis, allegare priuilegium clericatus, an à Iudice laico mulctandus, ratione contumaſia? racema. 72. num. 4. num. 6. fol. 158.

Clericos laicorum ſtatutis, non ſubiacere, illoſq; immunes fore, à ſecularium exactionibus: racema. 101. fol. 201.

Clerici illorumq; coloni tranſgreſſores, edictorum principis, dum exportant annonas, à quo Iudice plectantur? remiſſiuè. ibidem nu. 4.

Colonum prædia obnoxia habentem, vtrum expellat emptor? & quid ſi paratus fuerit intereſſe ſoluere, an audiatur emptor? racem. 76. fol. 165.

Comites, vel Barones an compellere valeant ſuos vaſallos, vt eant ad illorum molendina, & quid dē facultate venandi? racema. 40. num. 48. & inferiùs fol. 66.

Commiſſarij, procuratores vtrùm compellãtur ad ea, ad quæ tenentur tutores? racem. 7. nu. 9. fol. 12.

Commodantem, cui ennervatus redditus eſt equus, à commodatario, duo probare oportere extrema, quòd tempore quo equus fuit commodatus, ſanus eſſet, & quòd ex inde commodatarij culpa, deterioratus reſtitutus: racem. 117. fol. 222.

Commodatarium reſtituere non teneri duplum, quòd conſequutus fuit, occaſione furti in re commodata ibidem num. 6.

Compenſationem in decimis, vel quotidianis diſtributionibus, haud recipi demonſtratur: racemat. 156. fol. 278.

Com-

Digitized by Google

Compenſatio nihil aliud eſt, quàm debiti, & crediti dependentis, ab eiſdem perſonis, contributio, ibidem num. 2.
Compenſatio, an aduerſus debitum iuramento ſubnixum, recipiatur? ibidem, nu. 6.
Concubinarium, & maximè vxoratum, in teſtẽ non admitti: racem. 40. nu. 77. fol. 70.
Concupiſcentiam duplicem fore, ex qua omnia oriuntur mala racem. 49. fol. 127.
Conductor palatij, an teneatur locatori damnum reſarcire, ſi fuerit exuſtum, ex quo mulier qua adaptabat cannabum, idq; poſuerat in furnũ vbi accidentaliter euenit ignis? racem. 65. fol. 147.
Conductorem domus, minimè aſtringi, ſi fuerit exuſta ab aliqua muliere, qua non erit electa, neq; ad aliquod munus deputata: ibidem num. 4. & inferius.
Condemnatos abſolutè, & ſimpliciter, ſingulos inſolidum teneri, ſi ſententia ex ſui natura, indiuiduã rem contineat: racem. 70. nu. 4. fol. 155.
Conductor qui ob ſuperiorum iuſſus, vel aliquo timore iuſto ductus, conductam domum reliquit, an teneatur ad penſionem? examinatur: racem. 76. fol. 165.
Conductorem per ſuperiorem prohibitum, cui locator reluctare nequit, liberari à penſione ipſa ibidem nu. 3.
Conductor equum ſoluere compellitur, ſi probauerit eum in itinere mortuum, abſq; qualitatibus, & quo pilorum genere fuerit veſtitus: racem. 117. nu. 4. fol. 222.
Condicio matrimonij impeditiua quàmuis confutetur, attamen ſecus erit, quando in illius defectũ, legatum fuerit à teſtatore in locum pium tranſlatum: racem. 103. nu. 5. fol. 204.
Condicionem aliam ſuſpenſiuam, aliam reſolutiuã, & qua ſint? declaratur: racem. 113. fol. 215.
Confeſſionem relatiuam, minimè probare, quoties nil reperiatur in inſtrumento relato: racem. 14. nu. 12. fol. 23.
Confeſſionem in ijs quæ iuris ſunt præiudicium minimè afferre: racem. 26. nu. 5 fol. 29.
Confeſſionem de recepto à fugitiuis factam, tertijs creditoribus nihil obeſſe: racema. 39. nume. 3. fol. 56.
Confeſſionem mariti de dote recepta, quàmuis non probet, attamen ſi pro parte vera, ſit totam intelligi veram: ibidem nu. 6.
Confeſſionem propriam, cæteris longè præſtantiorẽ eſſe, racem. 95. nu. 6. fol. 194.
Confeſſionem cædentium, ſecundum regulas iuriſq; terminos, ceſſionario nil obeſſe videri: racema. 116. nu. 2. fol. 221.
Confeſſiones cædentiũ factæ cũ reſeruatione præuia, vt ceſſionarij aſtringantur quibuſuis cædentiũ creditoribus ſatisfacere, ceſſionarijs detrimentũ afferunt. idq; receptum eſt, venditorum reſpectu, erga emptores: ibidem nu. 4. & nu. 5. & inferius.
Confeſſio cædentis, quãuis ex iurium dogmis, ceſſionario non obſit, attamen effectualem inducit probationem, aduerſus cædentem: ibidem nu. 7. fol. 222.
Connexa capita, & plura, quæ dicantur, quodue vnum? explicatur: racem. 95. nu. 10. fol. 195.
Conſanguineus fideiuſſor, qui de euictione promiſerat in contractu venditionis, non excluditur ad venditionem retroactandam, ex forma ſtatutorũ, racem. 20. nu. 1. & nu. 5. fol. 30.
Conſenſus alterius in matrimonio contrahendo, tam et ſi reprobatus, tamen aliud in conſilio ſtatutum eſt: racem. 103. nu. 6. fol. 204.
Conſenſus aduerſarij non proficit ei, qui impetrat reſcriptum ſubreptitium in gratioſis, aliud in reſcripto iuſtitiæ. racem. 105. nu. 2. fol. 206.
Conſiliarios, campanæ ſono, vel voce præconũ, conuocari oportere. racem. 11. nu. 4 fol. 18.
Conſcientiam, Clypeum fore, rationalis animæ, vel ſenſum cognoſcentis bonum, & malum: ibidem num. 8.
Conſtitutio dictans, vt faciens tractatum, & auxilium præſtans homicidio puniatur pœna mortis, locum ſibi non obtinebit, ſi fauor fuit ſimplex, & minimè cooperatiuus: racem. 34. nu. 3. fol. 48.
Conſtitutionem genericam, dotem, vel priuilegiatũ caſum, non comprehendere, demonſtratur: race. 102. nu. 5. fol. 202.
Conſuetudine, vel municipali lege, ſi mercatorem codici fides habeatur, & vnius libri rationes, ſint in alium relatæ, an referenti codici quamuis relatus minimè proferatur, fides præſtari debeat? racem. 14. nu. 5. fol. 23.
Conſulere, ſcribere, vel ſtudere, ſeruile munus non eſt, ſed ſpirituale, racem. 42. nu 10. fol. 80.
Contractus perfectionem in tempus nundinarũ differens, vt aufugias gabellas, an frans iudicetur? racem. 20. nu. 9. fol. 30.
Contractus venditionum, vt donec ſoluerit pretium, venditam rem, pro certa mercede conductam, validos fore: racem. 48. nu 30. fol. 123.
Contractus ſi ſcripturam requirat, pro ſua ſubſtantia, an eiuſdem notarij exemplo manu ſcripto, credatur? racem. 89. nu. 13. nu. 14. & num. 17. fol. 185.
Contractum fœneratiuum argui, ſi conueniatur, ut ſolus emptor gabellam ſoluat, cùm ab utraq; parte ſoluenda erat: rac. 113. nu. 6. fol. 215.
Contractus, & diſtractus, par eſt ratio, ex Cari, & Carini Cæſarum reſponſis: racem. 122. num 7. fol. 233.
Contumacem verum, eum nuncupari, qui perſonaliter citatus fuerit, in termino habili: racemat. 107. nu. 2. fol. 208.

Conuentio

Conuentio an à iure permiſſa putetur, vt dilatione data, dominio minimè translato donec pretium ſoluatur, certum quid ſingulis annis, reddendum? racem. 48. nu. 31. fol. 123.

Conuentionem prohibitoriam non diſtrahendi, per infinitiuum conceptam, dominij translationem implicare: racem. 63. nu. 6. fol. 145.

Creditor cui eſt datio facta inſolutum, aliquorũ prædiorum, vt ſi infra terminum pecunia non ſolueretur, an eo effluxo dationi præallegatæ ſtare teneatur? racem. 9. fol. 14.

Creditorem poſteriorem, de cuius credito patet per realem numerationem, præferri, habenti dumtaxat confeſſionatum: racem. 39. fol. 56.

Creditori vtrùm furari permittatur, ex quo nulla via poſſit ſuum creditum probare? racem. 46. nu. 34. & inferiùs fol. 111.

Creditores quando maritus ad inopiam vergit, etiã poſteriores, an admittantur ad offerẽdum vxori, quæ bona cæpit inſolutum, & quando? diſcutitur: racema. 114. fol. 217.

Creditor primus ſpecialem, genericamque habens hypothecam, an poſſit ſpecifica reiecta, in perniciem alterius creditoris, ad generalem occurrere? racema. 160. fol. 283.

Crimen homicidij, grauiſſimum, ac atrociſsimum, & inter horribilia delicta, connumerari: racem. 44. nu. 5. & inferiùs fol. 88.

Crimine veneris præpoſteræ abutentes, valdè execrari, & quàm horrendum, ac ſordidiſsimũ, oſtenditur: racem. 40. nu. 78. & nu. 79. fol. 70.

Culpam ſiue agendo, ſiue accipiendo certam, ac limitatam obijci debere, atq; qualitatem ad actum requiſitam, ſpeciatim probari: racema. 177. nu. 2. fol. 222.

Curtij Iunioris rationem, in autent. ſi quis in aliquo, Cod. de edend. nu. 45. reiectam: racemat. 25. nu. 5. fol. 38.

D

Dauid pœnitentia peracta, poſt mortiferum crimen, indignitate, & honore, permanſiſſe: racem. 49. nu. 9. fol. 128.

Delictum à filio familias, vel ſeruo commiſſum nũquid mandato Patris, vel Domini factum eſſe putetur? racem. 152. fol. 273.

Delictum, vt euitetur, bonum ſenſum in ambiguis depromendum: racem. 163. nu. 2. fol. 288.

Delicta impunita remanere non debere, ne cæteris delinquendi occaſio, præſtetur: racem. 6. nu. 3. fol. 9.

Decretum à pretore, non perfunctoriè, ſed rediligentius animaduerſa, interponendum: racemat. 11. num. 6. fol. 18.

Debitum vendens, vel debitoris nomen, idq; rerum eſſe permittens, quæ ſint illius partes? declaratur: racem. 24. fol. 36.

Deteſtatio aduerſus deplorandos, & ingratiſsimos peccatores: racem. 40. nu. 4. & num. 5. vbi de benificentia, quæ amorem parere debet, fol. 59.

Declarationem legis optimam, C. de contrahen. ſtipulatione Phil. Deci. enarrari: racem. 25. num. 3. & nu. 4. fol. 37.

Declaratio nil noui inducit, & ad declaratum retrotrahitur: racem. 35. nu. 5. fol. 49.

Demonſtratæ rei fruſtrà quem, demonſtrationem addere: racem. 40. nu. 68. fol. 69.

Deum Mundi huius opificem, ob blaſphemias, ac periuria, ira ſuccendi: racem. 41. nu. 1. fol. 75.

Deus Optimus Maximus beneficentiſſimus eſt, ibidem nu. 30. fol. 78.

Deum operationum noſtrarum, remuneratorem fore, demonſtratur: racem. 42. nu. 16. fol. 79.

Deum omnipotentem, inuiſos habere homicidas, nilq; aliud expectare niſi quòd alteri fuerint: racem. 44. nu. 3. & nu. 4. fol. 87.

Delictum patrari mandantem, grauius delinquere, quàm mandatarium: ibidem nu. 21.

Decemnij tempus, ſaltem ſtudentibus decernendum fore in vtroq; iure, racem. 53. nu. 4. & inferùs, fol. 132.

Deus ſuperantiſſimus, poſt Mundi creationem ſeptima die quieuit, quæ nuncupatur ſabbatum: racemat. 42. nu. 4. fol. 80.

Demonſtratæ rei, fruſtrà demonſtrationem fieri: racem. 109. nu. 3. fol. 211.

Decimæ à quolibet ſoluendæ ſunt, debenturq; lege Diuina, Moſayca, prophetica, ciuili, atq; canonica: racem. 42. nu. 18. fol. 82.

Decima, & ius decimandi quo pacto diſcrepent, explicatur: ibidem nu. 19.

Decimas decimarum fructus fructuum, vſuras vſurarum, an dari? ibidem nu. 20.

Decimas diuidendas, quando perſona in vtraq; Parrochia, habitauit, racem. 42. nu. 21. fol. 82.

Decimas vtrùm per ſingulares teſtes, probari? ibidem nu. 23. & nu. 24. fol. 82.

Decimarum cauſſa, vti ſpiritualis, vtrùm poſsit per laycum Iudicem prœcidi? ibidem nu. 22.

Diuitias exoriri à caſu, vel induſtria, naturamq; humanam, citiùs pronam ad voluptatem, racema. 4. nu. 2. fol. 6.

Diuitem quem eſſe, & pauperem, iudicum pectoribus relinquitur, qui perpendere debeant, perſonarum qualitates, gradus, vel dignitatem: racem. 36. nu. 7 fol. 51.

Dilatio conceſſa actori, poſt terminum ad probandũ communis reo eſt, & e contrariò racemat. 37. fol. 53.

Dictiones vnà, cum, ſimul, coniunctim, cuius naturæ ſint? declaratur: racem. 55. nu. 6. fol. 135.

Diocletiani, & Maximiani Cæſarum conſtitutio, in lege non modus, Cod. de ſer. & aqua, racemat.

Digitized by Google

61. nume. 5. fol. 142.

Diocletiani Maximianiq; Imperatorum reſponſa, in lege ſi manifeſta, Cod. tit. iſto, enarrari; racem. 62. num. 2. fol. 143.

Didaci Couarruuiæ Hiſpani opinio tenetur Ioannis Fabri reücitur, & confutatur: racem. 78. num. 4. fol. 168.

Diuiſio errore comperto, vtrùm retrattari poſſit, & concluditur quòd ſic; racem. 119. fol. 226.

Diocletiani Maximianiq; Cæſarum Sanctionem, in l. 3. C. com. vtr. iud. enarrari: ibidem nu. 2.

Diuiſum Imperium hodie cum iure, Cæſarem habere diſtinctaſq; regiones fore, & illarum diuerſos Dominos: racem. 134. nu. 5. fol. 249.

Dictionem nihil, vniuerſaliter operari, & tantùm affert dictio omne, quantùm aufert, dictio nullus: racem. 135. nu. 4. & nu. 5. fol. 250.

Diluuium ob pęnam peccatorum, haud propter naturalem cauſſam eueniſſe: racem. 163. num. 4. fol. 289.

Donationem filio factam, à patre matrimonij contẽplatione, eo ſubſequuto, minimè reuocari: racemat. 19. nu. 2. & nu. 4. fol. 29.

Donationem matirmonij fauore factam, in inſtrumento ipſo, partem eſſe ipſius, atq; confundi cum ipſomet dotali contractu: ibidem num. 5. & inferiùs.

Doctorem magis proficere vniuerſali Eccleſiæ docẽdo, quàm curatum miniſtrando, & erudire connumeratur inter operas miſericordiæ: racem. 40. nu. 21. fol 62.

Dolo bono, vt malitijs, & fraudibus obijcietur, vtendum, aliquando eſſe: ibidem nu. 35. fol. 64.

Doctorem inueſtiri per birretum, ex quò birretum, dicitur bis rectum, quia eum oportet eſſe bis rectum: ibidem nu. 37.

Doctores nùm diebus feriatis conſulere poſſint? examinatur: racem 42. nu. 9. 10 & nu. 11. fol. 80.

Dominicæ dies celebratio, vtrùm diuino, an ne Pontificio iure, inſtituta? remiſsiuè habes: ibidem num. 12.

Dos mulieris patrimonium fore, cenſetur: racema. 45. nu. 51. fol. 104.

Dotis ratione minimè ſoluta nùm cõcedatur aliquid interim, ratione intereſſe, vel alimentorum ſingulis annis, tres enarrantur caſus: racemat. 48. nu. 33. fol. 124.

Doctorem intelligi, qui verè, & abſolutè ſit doctor, atq; ad ciuilis ſapientię conſumationem, peruenerit: racem. 53. nu. 6. fol. 133.

Doctoratus inſignia quę? & de illius ſubſtantia, quę requiri? demonſtratur: ibidem nu. 7.

Dominij translationem, inuolui ex ſpecifica bonorũ hypotheca eſt magis communis opinio racem. 63. nu. 5. fol. 145.

Dominum teneri tunc ex famulorum delictis, ſi perpetrauerim ea, in illo miniſterio deputati, vel cũ illorum opera, vteretur: racemat. 65. nume. 3. fol. 147.

Donatio facta filio familias, ad ſacros ordines conſequendos, an in legitimam imputari debeat? racem. 78. nu. 2. fol 168.

Dotium promiſsionem à muliere, vel minore factam, ſine curatore, iudiciſq; decreto, validi eſſe momenti: racem. 102. nu. 6. fol. 202.

Dotium retentionem à filijs fieri poſſe, aduerſus matrem tutricem, donec ratio reddita fuerit: racemat. 104. fol. 205.

Donationes abſentibus factas, cum notariorum interuentu, quando validas eſſe? racemat. 118. fol. 224.

Donatio facta pauperibus, vel pijs locis, an ſubſtineatur antè rathificationem, vel ſi non fuerit acceptata priuſquam moreretur, donans? ibidem num. 3.

Donatio alicui abſenti facta notario acceptante, vel ſtipulante pro eo, vtrùm validi ſit roboris? ibidem num. 4.

Donatio abſenti nunquid reuocari valeat, antè tertij illius rathi habitionem, & an, & quando perfecta cenſeatur? ibidem nu. 5. & inferiùs.

Donans ſi prius mortem obierit, quàm donatorius rathificet, rerum donatarum dominium, ad donantis hęredes transfundi: ibidem nu. 7. & paulo poſt, vbi determinatur quę opinio ſit tenenda: fol. 225.

Dolum generica liberatione minimè remiſſum iudicari, ſed ſcrupuloſam dumtaxat inquiſitionem: racem. 121. nu. 3. fol. 228.

Dotis reſtitutio, an feudi onus, adeo vt alienari permittatur? racem. 143 nu. 2. & inferiùs fol. 260.

Dos ex vera iuris ſententia, reſtitui ex bonis fideicommiſſo obnoxiis, non prohibetur, & eſt magis opinio concors: ibidem nu. 5. & nu. 8.

Doctor an teneatur de falſo, prodiens in iudicio conſilium per ſe factum, ſubſcriptum tamen, ſub nomine alterius famoſioris? remeſiuè habes, racemat. 47. nu. 32. fol. 118.

Doctoris pronuntiatum ſecũdum legem, quam citat, intelligendum: racem. 147. nu. 4. fol. 267.

Dos congrua, atq; compotens quę? & vtrùm iudicis arbitrio relinquatur? racemat. 191. num. 3. fol. 285.

Dolum pręſumi ex enormi, vel enormiſsima lęſione, minimèq; offendere iuramentum: ibidem nume. 4 & num. 5.

Duces, Marchiones, & Comites, vndè duxerint originam, remiſsiuè: racem. 5. fol. 8.

Dulciùs eſſe, de aqua fontis, quàm torrentis bibere: racem. 40. nu. 10. fol. 60.

Duorum, vel trium in ore ſtat omne verbum iure gẽtium, ſatiſq; fore, euangelica lege: racema. 111. num.

Digitized by Google

num. 4. fol. 214.
Duo ſi naſcantur, & ignoretur quis prior, in lucem proditus fuerit, an ſit locus gratificationi? racem. 145. nu. 3. fol. 264.

E

EBrietatem probari ex aſpectu, exemplum affertur, de ionata: racem. 40. nu. 97. fol. 73.
Ebrios equiparari infantibus, et furioſis, qui neſciũt quid loquantur: ibidem nu. 99.
Edifitia extollere, quando alicui permittatur, duo principes caſus enarrantur; ob quos datur reſolutio plena: racem. 69. fol. 153.
Edificare quem præſumi in dubio, non vt alteri obſit, ſed vt ſibi perficiat: ibidem nu. 4.
Editta laycorum principium, de non exportãdis annonis, an liget clericos, eorumq; colonos? racem. 101. nu. 2. & nu. 3. fol. 201.
Emancipationem, adoptionem, notariorum, doctorumq; creationem, in numerum voluntariæ iurisdictionis adſcribi: racem. 28. nu. 3 fol. 41.
Emptor ſi in appellationis cauſſa ſubcubuit, an venditor pro ſuo intereſſe appellare valeat? examinatur: racem. 79. fol. 169.
Emptorem, cui ceſſa ſunt iura omnia, & procurator effectus in rem ſuam, allegare priuilegia venditoris, quamuis ipſius perſonę coherentia, racemat. 83. nu. 7. & nu. 8. fol. 176.
Emptorem cenſus, non venditorem, aſtringi ad onera ſoluenda: racem. 112. fol. 214.
Emphiteoſi duobus conceſſa, vtrùm deficiens portio, accreſcat directo dominio, vel alteri? race. 146. fol. 265.
Emphiteoſi inſolidum duobus conceſſa, an inter eos emphiteotas, ius accreſcendi locum ſibi vendicet? & quid ſi fuerit expreſſum, vt expectetur omniũ mors, an accreſcat alterius portio, domino directo, vno præmoriente, nec ne? ibidem nume. 8. & inferiùs.
Enunciatiua verba, an, & quando validi iudicentur momenti? remiſſiuè demonſtratur, racema. 26. nu. 4. fol. 39.
Enunciatiua verba, fidem haud minorem facere, aduerſus hedes, vel ſucceſſores: ibidem nu. 7.
Epiſcopus legatum acceptans, pro quarta debenda, abſq; proteſtatione vlla, ſupplementum petere nõ poterit: racem. 21. nu. 11. fol. 33.
Epiſcopos curare debere, vt magiſtri, ac doctores cõſtituantur, qui liberalium artium ſtudia doceant: racem. 40. nu. 53. fol. 67.
Epiſcopus, ſi ſub excommunicationis pęna. præcipit, quòd qui aliquid, de facultatibus titij habuit, reuelare teneatur, atq; ipſe cùm titij ipſius, creditor forem, mihi furtiuè ſatisfecerim, nùm quid me ipſum patefacere abſtringar? racem. 46. nu. 39. fol. 112.
Errorem probari, vbicumq; res, aliter ſe habet dittum, vel attum: racem. 119. nu. 7. fol 226.
Aetas annorum ſeptem ad contrahendum ſponſalia, nùm de aſſentia requiratur? racem. 159. nu. 5. fol. 282.
Euitio, an, & quando debeatur ex natura rei, quando pretium, damna, litium expenſæ, & vtrũ debeat expectari finis? remiſſiuè: racem. 162. nu. 4. fol. 287.
Exemplis inſtrumentorum fidem non adhiberi, originali minimè exhibito, examinatur racema. 84. nu. 1. & nu. 9. vbi de concordi ſententia fol. 177.
Exempla ſiue à priuata perſona ſcripta ſint, ſiue à publica, non probare: racem 85. nu. 1. fol. 178.
Exemplum à duobus, pluribusuè notarijs deſcriptũ, neque fidem facere: ibidem nu. 2.
Exemplum neque pro fiſco, Eccleſia, vel dote, aut pia cauſſa, probare: ibidem nu. 3.
Exempla eorum ſi quis inſpexerit, quę teſtes in iuditio depoſuerunt, an poſſit alios producere teſtes? diſcutitur: racem. 86. per totum fol. 179.
Exemplum iudicis authoritate ſumptum, an probet, & quę requirantur ſollemnitates, & quã faciant fidem, aduerſus tertium minimè vocatum? explicatur ferè per totum racem. 87. fol. 180.
Exempla, vt plenam faciant fidem, ea depromere volens, quid fieri oportet? conſulitur ibidẽ, nu. 6.
Exemplum an aduerſus edentem probet, aduerſus vè illum, qui in iuditio produxit illud, vel qui extra iuditium ſuo edidit aduerſario? duo ſparguntur capita: racem 88. nu. 1. & nu. 10. fol. 182.
Exempla minimè probare aduerſus producentem, ſi productio vt potè erronea reuocata ſit. & neq; ſi ab aduerſario exemplum impugnatum ſit, & quo pacto intelligendum, explicatur ibidem nume. 7. & inferiùs.
Exemplo manu eiuſdem notarij tantummodo ſubſcripto, qui originale ſcripſerat, fidem adhibendam: racem. 89. nu. 10. fol. 185.
Exemplum eius manu ſcriptum, qui originale confecit, nùm probet? habes ibidem num. 1. num. 8. & num. 9.
Exemplum extra iuditium, cenſentiẽtibus partibus ſcriptum, an probet? declaratur: racem. 90. per totum fol. 186.
Exemplum, an ſaltem prę ſumptionem inducat? diſcutitur: racema. 91. nu. 1. num. 2. & num. 8. fol. 187.
Exemplum nunquid probandi onus in aduerſarium transferat? idem nu. 4. & nu. 5.
Exemplum habens, vel teſtem de auditu, ſi ab vtraque parte non impares fuerint probationes, ſentẽtiam habebit ad ſui fauorem, & an ab expenſis, vt temerè litigans, abſoluatur? ibidem nume. 6. & num. 7.
Exemplum habens, nùm tanquam bone fidei poſſeſſor, fructus lucretur? ibidem nu. 8.

Digitized by Google

Exemplis in archiuio publico repertis, vtrùm credatur ? racema. 92. nu. 1. & inferiùs, & ferè per totum fol. 189.
Exempla in archiuio reperta, an quoq; extra territorium fidem faciant ? diſcutitur ibidem num. 8. vſq; ad finem.
Exemplo antiquo an credendum, & quo pacto intelligatur ? racem. 93. num. 1. num. 5. & num. 6. fol. 191.
Exempla ſi in actis relata, an probent, & quę requirantur ? explicatur: racem. 94. num. 1. vſq; ad num. 6. fol. 192.
Exemplum exempli in actis relitti, nùm ample probet ? & quæ exigantur, demonſtratur ibidem nu. 8. & latè inferiùs.
Exemplum inſtrumenti, ſi ex Magnę Curię actis depromatur etiã parte minimè citata, propter illius auctoritatem probabit, quod, & idem in preuilegiorum exemplis, receptum eſt: ibidem nu. 13.
Exempla vel cęterę ſcripturę minimè ſollemnes, nunquid probent parte non opponente ? examinatur, racem. 95. nu. 1. nu. 4. & nu. 8. fol. 194.
Exempla parte non repugnante, vtrùm ſtandum ſit, ſi in eo fuerint enuntiata ſollemnia, & quid ſi nõ fuerint enarrata an etiam aduerſario minimè oppugnante, probet ? racem. 96. nu. 2. & inferiùs fol. 196.
Exemplum ſi ſit productum in termino, authenticũ uerò inſtrumentum poſt terminum, vtrùm in termino dicatur probatio facta? diſputatur: racem. 98. ferè per totum fol. 197.
Exemplar quamuis de partium voluntate fiat, minimè probare, ſi partes ſpeciatim originale non approbauerint: racem. 15. nu. 3. fol. 25.
Exemplar ſi deficiat, deficit quoq; exemplatum ex Alpheni Vari pronunciato: racem. 27. num. 4. fol. 40.
Exemplum vtrùm probet, aduerſus eum, qui habet authenticum, & ob id producere nolit ? racema. 97. fol. 196.
Exemplum an probare, quando originale habens, exemplum falſum eſſe opponit: ibidem nu. 5.
Excipientem nõ fateri, veram eſſe intentionem actoris ex Marcelli reſponſo: racemat. 16. nume. 5. fol. 25.
Explicationem veram ad legem optimam, C. de contrab. ſt p. racem. 25. nu. 6. & inferiùs fol. 38.
Expuere in faciem, inter atroces connumerari iniurias, exemplum Saluatoris noſtri citatur, racem. 42. nu. 17. fol. 82.
Expenſę à patre filio infirmo, habẽti bona materna, an repetendi animo factę cenſeatur ? racem. 50. fol. 129.
Expenſæ ipſius ſepulturę quamuis contra probibitionem factæ: repeti poſſunt: ibidem nu. 3.
Expenſas in infirmitate factas, parificari funeralibus expenſis, ibidem nu. 6.
Executores deputati ad virgines maritandas, puellã Monaſterio ingredientem, an dotare valeant? racem. 21. nu. 12. fol. 33.
Exequutionem aduerſus debitorem communem, an impediri à tercio ? racem. 31. nu. 1. fol. 45.
Exequutiones permiſſi, ne faciliter impediantur: ibidem nu. 3.
Exequutionem petens liquidatione minimè facta, vtrùm admiſſi? examinatur: racem. 35. fol. 49.
Exequutio ſententiæ an retardetur, ob reſtitutionẽ in integrum ? remiſſiuè habes, racem. 102. nu. 4. fol. 202.
Ex hæredationem in locum maledictionis ſubrogatam, demonſtrari: racem. 43. nu. 6. fol. 84.

F

Facti ſpecies Rapha. Cuma. conſ 6. relata, in qua inſtrumentum mentionem faciens de alio, probat, quomodo intelligenda, & in tribunalibus obſeruanda ? racem. 13. nu. 3. fol. 21.
Famulum relocaſſe iudicari operas hęredi ipſius defuncti, qui conduxerat, ſalario ad hoc ordinato: racem. 33. nu. 2. & nu. 5. fol. 47.
Famuli aut fugientes bona è domo deperdita ſubtraxiſſe præſumuntur, racem. 46. nu. 32. fol. 110.
Famuli ſurripientes tot res, quæ ad ſalarij ſummam extendunt, an furti crimine excuſentur ? ibidem nu. 33. & nu. 36. vbi conditiones tranſcribuntur, & nu. 37.
Falſi crimen, deteſtabilius homicidio, & beneficia: & quod dicatur falſum ? racem. 47. num. 3. & nu. 4. fol. 113.
Falſitatem ad inducendam, quæ requirantur? & an diuerſa ſint, falſum quid fore, & non continere veritatem ? ibidem nu. 5. nu. 6.
Falſi pęna tùm de iure cõmuni, tùm de iure Regni, quæ ? ibidem num. 20. & inferiùs fol. 116.
Fama quotuplex, & quo pacto depingatur ? ibidem nu. 22. nu. 23. nu. 24. & nu. 25.
Famam proximi minimè denigrandam, cuius iacturam morte grauius haberi ibidem num. 26.
Fama bona theſaurus inæſtimabilis, & lilium dans, ſuauitatis odorem, & ſicut corpora noſtra illuſtrantur, ab ardentiſsimo Sole, pari iure, & ipſa bona fama: racem. 48. nu. 23. fol. 122.
Feſtucam obijcere quis minimè valebit, in aliorum oculis, qui trabem in ſuis, habet: racem. 40. nu. 12. fol. 61.
Feminę ad feudi ſucceſſionem, non recipiuntur, regulariter, ſed fallit in Regno: racematio. 129. fol. 242.
Fæminam quamuis per horam anteà natam, maſculum non excludere: racem. 145. nu. 5. fol. 264.
Feudum pro te, & hęredibus, de tuo corpore legitimè deſcendentibus, an admictatur ad illud, legitimatus per ſubſequens matrimonium? examinatur:

Digitized by Google

tur ? racem. 138. nu. 2. & inferiùs fol. 255.
Fæudum nouum, quod vetus cenſeatur, pro antiquo eſſe, atq; fratri in ſucceſsione fratris, locum patere: racem. 129. nu. 3. fol. 256.
Fæudum in dubio ex pacto, & prouidentia fore putari: racem. 140. nu. 1. & nu. 4 fol. 257.
Fęudum ex pacto, & prouidentia eſſe videri, quando eſt conceſſio facta Titio, & liberis, vel Petro filio ſuo: ibidem nu. 3. & nu. 7.
Fæudum ſimpliciter, & abſolutè hæreditarium nuncupari, ſi inueſtitura dictet pro te, & hæredibus, & quid ſi comprehenſum fuerit pro te, & hæredibus quibuſcumq: ? racema. 141. nu. 1. & nu. 5. fol. 258.
Fæudo in hęreditario quis non admittitur, niſi hæres, vel filius, vel agnatus: ibidem nu. 4.
Fæudi hæreditarij natura eſt, vt vaſſallus facultatẽ habeat, diſponendi ibidem nu. 6.
Fæudum ex pacto, & prouidentia, & hæreditariũ ſimul quod ? racemat. 142. num. 1. & num. 2. fol. 259.
Fæudi mixti natura eſt, vt vaſſallus de eo teſtari poſſit inter ſuos, & ſuccedens ſit primi inueſtiti hæres: ibidem nu. 3.
Fæudum ſi pro ſe, & hęredibus recipiatur, vtrùm vox maſculis, ſub intelligatur ? ibidem nume. 5. fol 260.
Fæudum pro Titio, & hæredibus maſculis, ac fęminis receptum, ſi ad fęminam tranſitum fecerit, an maſculus ex ea procreatus cæteris fęminis anteferatur ? racem. 129. nu. 3. fol. 243.
Fæudorum naturam eſſe, vt in ſucceſſione ipſorum, nullum ſit diſcrimen inter fratrem ex latere patris dumtaxat, & fratrem vtrinq; coniunctum: ibidem nu. 4.
Fæudo legato, vtrùm legatarius obtinere valeat, ſaltem quo ad ęſtimactionem ipſam ? racema. 130. nu. 2. nu. 3. & nu. 4. fol. 244.
Fæudum pro ſe, & hæredibus quibuſcumq; conceſſum an legari valeat ? ibidem nu. 5.
Fæudum pro ſe, & filijs legitimis, ac naturalibus conceſſum, legitimatus ob ſubſequens matrimonium, admittitur: racem. 136. nu. 5. fol. 252.
Fæudum ſi eſt hæreditarium, hæres ſiue conficiat inuentarium, ſiue nõ defuncti facto ſtare tenetur: racema. 144. nu. 5. & nu. 8. vbi inſolidum hæreditarijs creditoribus, obligatur: fol 263.
Fæudi in hæreditarij ſucceſſione, venire, vt filios, et vt hęredes, ex inueſtituræ forma: ibidem nu. 9.
Fęudum in ambiguo, an præſumatur antiquum, vel nouum ? remiſſiuè: ibidem nu. 10.
Filia dotata ſucceſſioni paternæ renuncians, ſi læſa fuerit, an reſtitutionem flagitare poſſit, & an, admittatur ſtante iuramento ? racematio. 161. fol. 285.
Filij Doctorum, an patris retineant dignitatem, atq; ideo eodémmet fulgeant titulo ? racemat. 5. nu. 8. fol. 8.
Filius, an, & quando reuocare valeat pro ſua legitima, bona à patre diſtracta in ludo? racem. 155. num. 5. fol. 277.
Fideiuſſor ſi interuenerit contractui per minorem facto ſtatuti forma minimè ſeruata, nùm conuulſo eo, conuellatur, & ipſius fideiuſſoris obligatio ? examinatur: racem. 10. fol. 16.
Fideiuſſorem nuncupari eum, ſi contingat, aliquem mutuo accepiſſe pecunias ſub vſuris, ad quem minimè peruenit pecunia, dato quòd, vt principalis ſe obligauerit: racem. 32. nu. 6. fol. 47.
Fiſcus ſi admittitur ad oppoſitionem ſuam probandam poſt terminũ, pari melodia recipi valere contradictorem: racem. 37. nu. 3. fol 53.
Filios non honorãtes patrem, ac matrem maledictos, ex pluribus auctoritatibus: racem. 43. num. 4. fol. 84.
Filij parentes diligere præſumuntur quemadmodum è contrariò ibidem, nu. 7.
Filius familias ſtudiorum cauſſa, mutuum accipiẽs, exceptionem Macedoniani opponere non poteſt: ibidem num. 16.
Fideicommiſſorum naturam fauoribilem eſſe, citiùs quàm odioſam, ex per multorum authoritatibus: racem. 54. fol. 133.
Filius ſub cõditione grauatus, vt ſi Pręsbiter factus ſit, hæreditatem reſtituere debeat, an pro impleta habeatur, ſi abſque filijs deceſſerit ? quattuor enarrantur ſententiæ racem. 64. fol. 145.
Fideiuſſorum promiſſio de iudicio ſiſti, iudicatoque ſoluendo; vel de reddeundo ad carceres, vtrùm extincta putetur, ob principalis debitoris mortẽ ? racem. 80. fol. 171.
Fideiuſſor qui promiſit reum ſiſtere, ſi principalis cõditionem mutet, liberatur: ibidem nu. 2.
Fideicommiſſarijs pluribus conſtructis, à teſtatore ſubſtitutionibus, ſi prima fruſtranea euadat, quid iuris ? racem. 100. nu. 5. fol. 200.
Filium deducere nõ poſſe legitimam ex fideicommiſſo, vel rebus alienari prohibitis, ſi commodè ex alijs facultatibus hæreditarijs, illam eligere valebit: racem. 110. fol. 212.
Filiam ſemel excluſam, perpetuò excluſam remanere quamuis quieſcat excluſionis cauſſa: racemat. 124. nu. 6. & nu. 9. fol. 236.
Filius, an, & quando poſſit alimenta petere, a patre ſuo ? racem. 43. nu. 14. fol. 85.
Filius omnem, reſtituere hæreditatem grauatus, cenſetur, quoq; ſuam legitimam reſtituere obnoxius: racem. 127. num. 1. ſed contrarium, & melius, nu. 2. fol. 240.
Filius ſimpliciter adeundo, patriſq; iudicium agnoſcendo legitimam minimè prohiberi, detrahere: ibidem num. 4.

Finem

Finem digniorem reputari omni eo, quod ordinatur, ad ipſum: racem. 128. *nu.* 5. *fol.* 242.
Filius patris hæres, an valeat illius factum peſsundare inuentario confecto? racem. 155. *fol.* 277.
Fideicommiſſo bona ſuppoſita pro dotis constitutione, diſtrahi: racem. 143. *fol.* 260.
Filius, vaſſalli, an reuocare valeat, à patre diſtractum fœudum inuentario confecto? diſputatur: racem. 144. *fol.* 262.
Filius, vel ſeruus quicquid gerunt, conſenſu patris, vel domini geſſiſſe cenſetur, cum ſuis coangustationibus: racem. 152. *nu.* 5. *nu.* 6. *fol.* 274.
Forma à lege tradita ad vnguem obſeruanda: racemat. 18. *num.* 6. *fol.* 28.
Formoſiorem, robuſtiorem, atq; animoſiorem, prius natum iudicari: racem. 145. *nu.* 4. *fol.* 264.
Fraudem, ſeu culpam haud præſumi, quando ex ea, detrimentum non contingit: racemat. 20. *nume.* 8. *fol.* 31.
Francisci Petrarcæ reſponſio, dũ alloquebatur cuidam pauperi qui dicebat ſe in paupertate natum, & eiuſdem dum reſpondebat, ei qui valde inflabatur, iactans ſediuitijs plenum: racema. 36. *nu.* 6. & *nu.* 8. *fol.* 51.
Fraus in dubio non præſumitur: racem. 137. *num.* 6. *fol.* 254.
Fructus beneficij Eccleſiaſtici quo pacto diuidantur inter hæredes defuncti, & ſucceſſores? racema. 38. *nu* 11. *fol.* 55.
Frumentum vendere negans penuriæ tempore, eſt conciues iugulare: racem. 44. *nu.* 59. *fol.* 95.
Fructus nùm fideicommiſſario reſtituendi, ſi filius ne dum res aliquas, verùm etiam legitimam reſtituere grauatus fuerit? diſcutitur: racema. 56. *fol.* 136.
Fructus, pendentes, & ſolo cohærentes, nùm contineri iudicentur, in legato mobilium? habes racemat. 125. *fol.* 238.
Fructus à ſolo ſeparati, mobiles eſſe videntur: ibidem num. 3.
Fructus etiam maturos, ſub mobilium legato quia adhuc mortis tempore pendebant, non venire, ſed hæredi competere: ibidem nu. 8.
Fundus relictus, & per fideicommiſſum reſtituendus, ſi interea alluuione auctus fuerit, auctus ita fideicommiſſario debetur: racemat. 54. *num.* 2. *fol.* 133.
Furtum quod? racem. 46. *nu.* 1. *num.* 2. & *nu.* 3. *vbi de definitione Diui Thomæ, vbi de rapina. fol.* 107.
Fur, an cenſeatur is, penès quem comperta ſit, ſubtracta res? duo, & principes conſtituuntur caſus: ibidem nu. 5. & *inferiùs.*
*Furem nocturnum vtrùm interficere concedatur? ibidem nu.*8. & *nu.* 9. *vbi explicatur.*
Furantem in aliqua domo incendij tempore, magis puniri demonſtratur: ibidem nu. 10.
Furari nùm permictatur, comeſtibilium, aut cibariorum quantitatem, ob neceſſitatem famis? ibidem nu. 13. & *nu.* 15. & *inferiùs vbi declaratur, nu.* 17. *vbi ampliatur,* & *num.* 18. *vbi de verbo victus, & latè infra, & nu.*20. & *nu.*28. *num.*31. *vbi aduerſus communem ſententiam: fol.* 110.
Funiculum dupplicem, fortius ligare: racema. 66. *nu.* 10. *fol.* 149.

G

GAbella an ſoluenda de donationibus, legatis, vel contractibus conditionalibus, race. 113. *nu.* 6. *fol.* 215.
Gabellas duas minimè ſolui, ex duobus correſpectiuis contractibus: ibidem nu. 3.
Gabellam bis pro eadem re, vel eodem facto, ſolui non debere: ibidem nu. 4.
Gabella nùm ſoluenda veniat, ab emptoribus immunium rerum, vt clericorum, & ſimilium? ibidem nu. 5. *fol.* 216.
Gaudia ſæculi huius, fluxa, merore permixta, ac dolore finienda: racem. 49. *nu.* 10. *fol.* 128.
Geminactionem valdè nuliri, verbaq; ocioſa, eſſe minimè debere: racem. 121. *nu.* 7. & *nume.* 14. *fol.* 230.
Gelaſii pronunciata capite illic, 23. *queſt.* 4. *ponderari: racem.* 66. *nu.* 8. *fol.* 149.
Geminactio multa operatur de qua Ioſeph Maſcardus, concl. 838. *relatu eximia, ſcribit: racema.* 18. *nu.* 7. *fol.* 28.
Geſta per procuratorem falſum, rathificari poſt ſententiam, an valeant? racem. 150. *nu* 5. *fol.* 271.
Gordiani Cæſaris pronuntiatum in l. 1. *C. ſi aduerſus creditorem, expendi, racemat.* 51. *nume.* 2. *fol.* 130.

H

HAereticam aſſertionẽ fore, ſi quis aſſerat hominem, ſi non peccaſſet, actamen mori eum oportuiſſe: racem. 163. *fol.* 288.
Hermogeniani ratio redita in l. qui id quod, ff. de donat. racem. 154. *nu.* 4. *fol* 276.
Hæredes patris ſimpliciter ad eundo, abſq; beneficio legis, & inuentarij, compelli ratam, gratamque eius diſpoſitionem habere: racem. 155. *num.* 4. *fol* 277.
Hæres qui ſcienter ſcribere omiſit, nonnullas hæreditarias, res, vtrùm omni penitus inuentarij beneficio careat, & ob id, inſolidum hæreditarijs creditoribus teneatur? racem. 18. *fol.* 27.
Hæredem quæ detrimenta ſequantur, ſi inuẽtarium non confecerit, remiſſiuè habes: ibidem nu. 14. *fol.* 29.
Hæredem non admicti, ad retrahendam bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum, alienactionem: racem. 29 *fol.* 43.

Hæreſim

Digitized by Google

INDEX.

Hæreſim manifeſtam denotare, illa verba, ò Dio mio, ſe non mi vuoi tu, togliami il diauolo: *& de hæreticorem materia: racem. 41. nu. 27. & inferùs fol. 78.*

Hæredem, legati ad pium vſum relicti tenuitatem, vel deficientiam, ſupplere non teneri: racem. 52. nu. 1. & nu. 2. vbi coanguſtatur, fol. 131.

Hæredes minorum infringere non poſſe contractus approbatos à minoribus ipſis, quamuis ſtatutorũ ſollemnitas, non interuenerit: racem. 82. num. 2. fol. 174.

Hæredibus pronunciatum, Baroniam, hæreditariam eſſe, demonſtrat: racem. 141. nu. 2. & inferius, fol. 258.

Hæredem filium, alienactioni fæudi ex pacto, & prouidentia contrauenire poſſe, præcipuè quando teſtatoris factum, eſt aduerſus, legis, diſpoſitionem: racem. 144. nu. 2. & nu. 3. fol. 262.

Hæredem pro fæudo hæreditario, etiam confecto inuentario, contrauenire haud poſſe, oſtenditur: ibidem num. 7.

Hypothecam tacitam exoriri, ex adminiſtratione tutelæ: racem. 104. nu. 3. fol. 205.

Hominem, vitam degere iudicari per ſpatium annorum centum racem. 37. nu. 4. fol. 54.

Hominum dogma, vel ſapientia eſt, vt Deum cognoſcat, & colat: racem. 40. nu. 6. fol. 59.

Hominem natum colendi Dei gratia, vt illi ſeruiat, eumq; contemplet: ibidem nu. 106. fol. 74.

Homicidium quàm tetrum, quàm nepharium, virtutes calorom apud ſupernam Maieſtatem, exclamant: racem. 44. nu. 1. & nu. 2. fol. 87.

Homicidium corporis animati per emptionem eſſe: ibidem nu. 7. & nu. 8. vbi de homicidio caſuali.

Homicidium pro defenſione, haud punibile, quamuis Cardinalem quis interficeret: ibidem nu. 9.

Homicidium perpetrari animo, facto, verbo, ſeu lingua: ibidem nu 10.

Homicida non dicitur ſi ad loca ſolita aueſſerit, vbi capiebantur feræ beſtiæ, & ob noctis obſcuritatẽ, propter ferarum ſtrepitum credens eas fuiſſe, hominem occiderit: ibidem num. 27. & num. 28. fol. 91.

Homicidũ penam non vendicare ſibi locum, ceſſante dolo: ibidem nu. 30. & inferius.

Homicidium an deliberatè perpetratum dici poſſit, non præcedente aliquo, ad illud propoſito? & vtrùm cenſeatur illico commiſſum, quamuis longa itineris diſtantia interuenerit? ibidem nu. 33. & nu. 34. fol. 92.

Hominem veneno extinguere plus eſt, quàm gladio interficere: racem. 44. nu 57. fol 95.

Hominũ vitã temporibus noſtris, breuiorẽ: rac. 49. nu 7 fol. 128.

I

I*Acobum Menoch. Patauinæ accadentiæ ſplendorem: racem. 51. fol 130.*

Iaboleni pronuntiatum, in l. vtrùm, de verbo. obliga. ponderari: racem 19. nu. 3. fol. 29.

Iacobum Menochium exornari valdeq; extolli: racem. 10. nu. 6. racema. 45. nu. 17. nu. 30. & num. 41. vbi quoq; Ioſeph Maſcard. laudatur, fol. 100.

Idemnitatis promiſſorem, ad quæ Compelli? racem. 8. nu. 3. vbi de eo qui promiſit aliquem defendedere, ab omni moleſtia: fol. 12.

Idemnitatis promiſſionem, eneruari quando principalis obligatio, aliqua ex cauſſa flocci penditur: ibidem, nu. 4.

Illiteratos ab ordinibus reiici debere, ac deterrimos putari, quàm homicidas canonibus: racem. 40. nu. 52 fol. 67.

Ignorantia an præſumatur in facto de longinquo non graui, ſed proprio: racem. 47. nu. 12 & quid in dubio? racem. 152. nu. 2 fol. 273.

Imperatoris Coſtantini ſantio, l. vlt. C. de ord. cognit. racem. 36. nu. 11. fol. 52.

Imperatoris Aureliani conſtitutio, in l. cum inte. C. de donat. ant. nup. refertur: racem. 45. nu. 46. fol. 103.

Imperatoris Antonini reſponſum, in l. 2. C. de ſeruitu. & à qua, animaduertitur: racem. 60. nu. 3. fol. 141.

Imperatoris Alexandri pronunciatum, in l. procurator, C. de edend. tranſcribi, racem. 95. nume. 2. fol. 194.

Imperatorum Maximiani, & Diocletiani pronunciata: racem. 122. nu. 9. fol. 233.

Inſtrumentum in vna parte falſum, an in alia ſuſtineatur? racem. 47. nu. 10. fol. 114.

Induſtriam propriam nemini obeſſe, atque aliorum inertiam prodeſſe ex doctorum turba: racem. 4. nu. 7. fol. 7.

Inſtrumento referenti, niſi inſtrumentum inſpiciatur relatum, minimè credi quamuis de eo facta ſit à notario fides, qui inſtrumentum referens confecerit: racem. 12. nu. 1 & nu. 4. fol. 19.

Inſtrumentum relationem habens ad aliud, de cætero conſtare oportet, ad quod relatio fit, ex quò deficiente exemplari, deficit exemplum: ibidẽ n. 3.

Inſtrumentum mentionem faciens de alio, probat quando continet certum aliquod, vel ſi referens poteſtatem habeat, conſtituendi id quod, continetur inſciptura relata: racem. 14. fol. 22.

Inueſtituram primam, & veterem, non herclè poſteriorem in Baronijs, attendendam: ibidem nu. 10.

Inſtrumentum de alio menſionem faciens, probare, ſi notarius departium conſenſu, inſpexit inſtrumẽtum, atq; retulit, & quo pacto intelligendũ? explicatur, racem. 15. fol. 24.

Inſtrumentum ſe ad aliud referens, aduerſus contrahentes in eodem inſtrumento præſentes, & conſentientes, probare: ibidem nu. 4.

Inſtrumen-

Digitized by Google

Inſtrumentum ab aliquo productum, aduerſus illum probare, racem. 16. vbi nu. 3. & nu. 4. decrebriori ſententia, fol. 25.
Index exemplum, ſumptum, copia, tranſumptum, memoriam, idem valere, cautum fuit: racema. 27. nu. 7. fol. 40.
Ingratitudinem miſericordiæ fontes, exſiccare, & iure fori, iureq; poli, culpari: racem. 40. nume. 7. fol. 60.
Inſultorem, ſiue agreſſorem, in dubio præſumi iuniorem, & cordaciorem, & ad rixam aptiorem: racem. 44. nu. 64. fol. 96.
Inducta à fauorem, & gratiam in odium, ac læſionẽ, retorqueri non debere: race. 56. nu. 3. fol. 136.
Inſtrumentum confectum in ea Ciuitate in qua, nullum comparitur ſtatutum, ob quod permittatur inſtrumentis parata exequutio, an exequi valeat, eo lòci vbi tale ſtatutum vigeat? racematio. 74. fol. 161.
Inſtantia curatoris defectu, ſi pereat, vtrum reſtituendus veniat prius minor, an ne agat aduerſus eum? racem. 77. nu. 3. fol. 167.
Inſtantia, probationeſq; aduerſario ſubtrahentem puniri, & in cauſa ſuccumbere: racem. 46. nu. 41. fol. 112.
Inſtrumentum apochæ, librorum rationis formas, breuiter demonſtrari: racem. 84. nu. 8. fol 178.
Intrumẽtum authenticum ſi ſit productum in actis, poterit peti reſtitui, atq; exemplum relinqui, racem. 94. nu. 7. fol. 192.
Inſtantiæ peremptæ inſufflatione conceſſa, an apponi valeat, & quando derefectione expenſarum? racem. 106. fol. 207.
Interdictum vti poſſidetis, rei vendicationis præparationem fore, ex Vlpiani ſententia: racem. 122. nu. 6. fol. 233.
Infirmus Hoſtiam non conſecratam petens, nõ quòd de fide dubitet, nùm hæreticus habendus? racem. 163. nu. 5. fol. 289.
Inueſtitura eſt illa, quæ omni fæudorum naturæ derogat: racem. 138. fol. 255.
Inueſtituræ tenorem maximè in Fæudis, vel Baronijs, attendendum, ex multorum ſententijs: race. 146. nu. 6. fol. 266.
Inducta ad augmentum, diminutionem operari non debere ex Florentino: racem. 114. nu. 7. fol. 217.
Ioannis Cephali reſponſum 393. lib. 3. ſtupendum fore iudicari, racem. 29. nu. 2. fol. 43.
Ioannis Bolognetti ſententia in l. gallus. §. & quid ſi tantum de lib. & poſth. racema 64. nu. 3. & nu. 4. vbi de alia Marci Aquilini. fol. 146.
Ioſeph Maſcardus, ac Tib. Decian. egregij viri: racem. 85. nu. 5. fol. 179.
Ioannis Cephali ſententia, conſ. 272. nu. 143. lib. 2. & alibi reiecta: race. 127. nu. 6. fol. 241.
Ioannis Cephalus Iuriſconſultus excellentiſſimus: racem. 81. nu. 5. fol. 172.
Iudex originis, homicidam extra territorium delinquentem, an punire, & inquirere valeat? examinatur: racem. 6. & nu. 6. vbi de veriori ſententia, fol. 9.
Iuſiurandum à conſiliarijs adhibendum fieri ante ſignatis ſacroſanctis ſcripturis: racem. 11. nume. 5. fol. 18.
Iuriſdictionis diuiſio in voluntariam, & contentioſam à Martiano traddi: in l. 2. ff. de officio pro conſul. racem. 28. fol. 41.
Iuriſdictio voluntaria, & contentioſa quæ? ibidem nume. 2.
Iuriſdictio alia eſt ordinaria, alia delegata, & quomodo inter ſe diſtent? ibidem nu. 4. & inferius.
Iudex teſti apertè aliquid dicenti poterit fidem non adhibere, ſed ne in ſindicatu teneatur, cauſſam exprimere debet: racem. 95. nu. 5. fol. 194.
Iuriſconſulti Pomponij ſancio, in l. turpia, §. 1. de leg. 1. expenditur: racem. 103. nu. 3. fol. 204.
Iuramenti abſolutionem, duplicem compariri, alteram copioſam, alteram impropriam: racematio. 105. fol. 206.
Iuſiurandum remitti non ualere iuranti, poſtquam in periurium ſe ſe inuoluit: ibidem nu. 3.
Ius vnum quando in aliud transfunditur, non attendi amplius transfuſi iuris naturam, cuius rei exẽplum citatur, de vxore loth. racem. 108. nu. 4. fol. 210.
Iuris interpretes ſi conſilium fecerint, modico tempore impenſo, vel labore, abſq; librorum reuolutione, an tantum accipere ualeant, quantum accepiſſent, ſi laboraſſent? racem. 40. nume. 22. fol. 62.
Iudicantis proprie eſſe, veritatem inquirere, & ſemper non quid ipſe velit, ſed quod religio cogat, obſeruari ibidem nu. 24. & inferiùs.
Iuſtitiam dupplicem comperiri, diſtributiuam, atq; commutatiuam: ibidem nu. 26.
Iudicem oportere medicorum veſtigia inſectari, & quo pacto? ibidem nu. 27. & nu. 28. vbi multa enarrantur.
Iudex duos habere debet ſoles, vnum conſcientiæ alterum verò ſcientiæ: ibidem num. 29. & num. 30. vbi Dei miniſter eſt.
Iuſtitiam colere, & obſeruare debet quis piam ad hoc, vt verus Iudex eſſe iudicetur: racemat. 40. nu. 32. fol. 64.
Iuſtitiam amãdam fore, & cum zelo charitatis adminiſtrandam, non cum odio, vel maliuolentia: ibidem num. 33.
Iudices iniuſtos, homines non appellari, ſed inter animalia bruta connumerandos, & maleiudicantes, Deum habent vltorem, ibidẽ nu. 38. & inferius
